Digitized by Google

4
25
1
2 in
316



01

9.—3.D.25

9—5—C.9

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ROTERODAMI.
Typis REGNERI LEERS.
MDCXCVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

L. ANNÆI
FLORI
RERUM ROMANARUM
Libri quatuor,

Annotationibus, in uſum ſtudioſæ Juventutis, inſtar Commentarii illuſtrati.

AUCTORE

JOHANNE MIN-ELLIO.

Quibus accedunt Excerptiones Chronologicæ, ad FLORI *Hiſtorias accommodatæ: additus denique L. Ampelius ex Bibliothecâ Salmaſii.*

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

ROTERODAMI,
Typis REGNERI LEERS.
Anno CIↃ IↃ CXCVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Nobilissimis, Amplissimis, ac Prudentissimis

V. V. D. D.

D. FRANCISCO VERBOOM, I. C. *Urbis Prætori.*

D. JOHANNI VANDER MEYDE, I. C. *Consuli, Senatori, & Scholarchæ.*

D. GULIELMO VANDER AA. I. C. *Civitati Roterodamensi à Secretis, Senatori, Scholarchæ.*

D. ADRIANO BOON, I. C. *Senatori, Scholarchæ.*

D. GULIELMO SOESTIO, *Verbi Divini Ministro, Scholarchæ.*

D. SEGERO VAN SON, *Verbi Divini Ministro, Scholarchæ.*

Digitized by

Eruditis pariter & probis Viris.

D. SIMONI SIMONIDÆ.
D. JACOBO BORSTIO.
D. FRANCISCO RIDDERO.
D. CORNELIO LICOGTON.
D. HENRICO WEIMANS.
D. BARTHOLOMÆO DONIO.

} Verbi Divini Ministris.

D. CHARLES de ROCHEFORT, *Ecclesiæ Gallicanæ Pastori fidelissimo.*

D. ISAACO GRUTERO, *Gymnasii Roterodamensis Rectori vigilantissimo.*

D. BERNARDO HOVIO, *ejusdem Gymnasii Conrectori spectatissimo.*

Dominis & Mæcenatibus suis
ex affectu & officio
inscribit

JOHANNES MIN-EL.

DE-

DEDICATIO.

SIc à rerum Arbitro, conſtitutum eſt, Viri Ampliſſimi, ut nutantibus ſenſibus innixa cognitio, arceri debeat à divinitatis arcanis. Qui tamen exiſtere voluit innumera potentiæ ſuæ documenta, tùm præcipuè, quod faciem ejus referret, unius Principatum. Quem adeò pro libitu ſuo dirigit ac moderatur, ut, cùm ſummo loco ſtare non poſſit, inferioris mundi leges experiatur. Sic ad Aſſyrios delapſa dominatio, à Medis Perſiſque aucta, Macedoniæ imperio ſubjugatur. Cujus gloriæ dùm invidet Parthus, nil niſi occaſio data Romano potentiæ ſuæ propagandæ; dùm enim mutuis vulneribus decertatur, ac pro ſe quiſque gnaviter annititur, Orbem univerſum agitabat. Neque exſpectationi deerat Virtus aut Fortuna, quò ſublimibus incrementis augeretur. Undè non alia major magiſque fundata imperii conſtantia, quæ florentibus rebus adderet perpetuitatem. Sicut autem ſemina primò diffunduntur, dein herbeſcen-

tem oſtendunt viriditatem; ita inerat futuræ potentiæ fatis, ut per quaſdam velut ætates ad rerum faſtigium perduceretur. Quarum ſingulæ ita fœliciter temperatæ, prout Reipublicæ ratio poſtulabat. Principio rerum Regibus parêre cœpit, quò convenarum incondita multitudo eouſque in officio contineretur, donec conjugum ac ſoli charitas animos eorum conſociaſſet. Ab his cerimoniæ inſtitutæ, ſacra peracta, belli paciſque leges ſancitæ, pecuniæ publicæ diſpenſatæ; multa ſeveriùs vindicata, conſtituta ſapienter. Intereat autem Populi Romani, ut eorum ultimus, rapto per ſcelus imperio, vitalia peteret anxiè à prioribus conſervatæ libertatis, quò major poſteà ac illuſtrior exurgeret. Hinc duo Conſules inſtituti, quibus inſignia Regum concederentur. Sed neque ſtabilis erat Optimatum potentia, dùm plebs indiga, non modò omnis expers honoris, ſed adempto etiam connubiorum conſortio, maximâ cum indignitate ſerviret. Indè Tribunitiis procellis concuſſa Reſpublica, donec tranquilla moderatio imperii, Conſulum ac Senatorum injurias vindicaret. Nihil autem Populi

puli fœlicitati deeſſe videbatur, quam ut Plebiſcita Patritios adſtringerent. Quibus impetrandis ita vehementer incubuit, ut difficilem paſſurus fuiſſet moderationem, niſi legum aliquo præſidio ſubſecuto. Intereâ per diverſa terrarum arma circumtulit, donec Italia conſummata, tranſmarinos triumphos auſpicaretur. Quo tempore præclara abſtinentiæ, juſtitiæ, civilis denique concordiæ exempla extitêre. Hinc nulla Nobilium diſſenſio, ſed omnium in Rempublicam ſtudium eſt impenſum. Paulatim verò horrêre cæpit humanæ fragilitatis viciſſitudines, ac in viſceribus ſuis experiri, quod ab Annibale aliquo debuiſſet. Igitur vetere labante diſciplinâ, ubi opes atque divitiæ ſæculi mores affixêre, merſam vitiis ſuis Rempublicam peſſumdedêre.

Jamque univerſo orbi par eſſe cœperat Populus Romanus, cùm amentes Tribuni plebis, agrariis aliiſque legibus, judiciorum ad equites tranſlatione, civium animos perturbarent. Gliſcentibus igitur in dies odiis, ubi diſciſſa factionibus ſuis civitas ruinâ cladium involveretur, Syllam aliquem repperit, qui Senatus aſſertâ libertate, po-

pularium arbitria convulsit. Sed oborta per Pompejum tempestas, ubi judicia per legem Aureliam renovantur, majorem plebis audaciæ viam patefecit, quam ut novæ mutationis species confirmaretur. Igitur suffragiis largitione corruptis, Marii, Cinnæ, Pisonis, aliorumque conspiratione laniata Respublica, ad unius iterùm imperium respexit. Erant in Urbe cives potentissimi: Crassus, Cæsar, Pompejus, qui nimiâ felicitate florentes, mutuis viribus in suam gloriam nitebantur. Horum initâ societate, Asia, Gallia, Hispania, maximæ provinciæ occupantur. Sic divisâ inter se dominatione suborta statim æmulatio, quæ in Reip. perniciem deflexit. Crasso namque à Parthis cæso, Pompeji necessitudine morte Juliæ, quæ malè cohærentis concordiæ pignus fuerat, abruptâ, ingemiscere rerum omnium status, ac unius Cæsaris Dictaturam experiri cœpit. Qui alienæ libertatis impatiens, ærarium effringere, patrimonium populi exhaurire cœpit. Hinc tantum odium duces incesserat, ut, quærentibus eos hostibus, proprio scelere mori mallent, quam alienæ gratiæ supereſſe. Quorum cla-

de

de excitus Cato, mortem etiam lætus accivit. Reverſo autem Cæſare, Ponticis aliiſque triumphis gravido, edita omnis generis ſpectacula, quò de exterorum Principum, civiumque ſuorum ſanguine triumpharet. Jamque, ſubactâ Hiſpaniâ, compoſitus videbatur terrarum orbis, cùm incruentâ primùm, dein horribili ſtrage rerum omnium tranſitum molitur. Erant, ut autor loquitur, in unum principem congeſti honores; circa templum imagines, &c. Præluſerant in Urbe prodigia, equorum fletus, Calpurniæ terriculamenta, quibus nihil cunctatus, ſpretâ etiam Haruſpicum religione: venit in curiam, ubi in curuli ſedens, tribus & viginti vulneribus trucidatur. Ingens exindè trepidatio Ciceronem exciverat ad novandam patriæ libertatem. Et exſtinctum fuiſſet domeſticum incendium, niſi fraudibus convulſa conſilia revireſcentem imperii ſtatum retardaſſent. Viam ad hanc converſionem Triumviri munivêre, qui non contenti venire in cruentiſſimi fœderis ſocietatem, niſi clariſſimi Ciceronis caput Fulviæ ludibrio exponeretur. Bruto autem & Caſſio cæſis, Pompejo in Aſiâ oppreſſo, Lepido

exarmato, Antonio in Ægypto interempto, tot civilibus bellis concuſſa Reſpublica, haud aliter reſpirare potuit, niſi unius imperio gubernaretur. Quod igitur magiſtratuum, Senatus ac populi fuerat, ad Octavium revolutum, qui, Jano clauſo, in luxuriem fluens ſæculum; ſeveriſſimis legibus adſtrinxit. Has populi Romani viciſſitudines, tot laboribus periculiſque jactatas, ad Auguſti Cæſaris principatum, noſter, quem illuſtrandum ſuſcepimus, Lucius Florus, quatuor libellis diſertè eleganterque conſcripſit. Quos qui compendium Livii aut breviarium faciunt, vel eo, præter cætera, redargui exiſtimo, quòd in iis à Livio ſæpenumerò abeat ac variet ſententia. Potiùs totius imperii florentis tabulam appellabimus, cùm præſertim ipſe in Prologo ſuo fateatur ſe ad exemplum eorum, qui terrarum ſitus pingunt, in brevi quaſi tabellâ univerſam imperii imaginem ac magnitudinem ob oculos poſuiſſe. Noſter itaque autor ſicuti nequaquam verboſus aut diffuſus, ita neque, ut illi, qui ſumma rerum capita aut nuda breviaria contexunt, in ſe reſtrictus eſt aut exanguis, ſed ſobriam & verbis cultam oratio-

nem

tionem amat, denſus interim ſententiis & rebus cum judicio prolatis, adeò frequens & fœcundus, ut verborum propè numerum ſententiarum numero conſequatur. Quæ profectò quemadmodum inſignis eſt, & noſtro cum maximis auctoribus communis laus, ita reliquas, ſi non adſint, facilè ſola compenſet. Nam ut in cibis ii præcipuè laudantur, qui minimum detrimentorum, ſucci plurimum habent; ita maximi facienda oratio, quæ pauciſſimis verbis plurimum frugis & rerum complectitur. Illud coronidis adhùc vice addam: olim ſicuti exiſtimaſſe magiſtrum dicendi Fabium accepimus, multùm profeciſſe eum, cui Cicero placeret; ita fidenter affirmare audeam, quicunque Lucium hunc Annæum Florum ſibi diligenti inſpectione familiarem reddiderit, eum exindè cum fructu maximoque operæ ſuæ pretio Polybium, Livium, Dionem, Tacitum, Appianum, Cæſarem, & id genus majorum gentium lecturum hiſtoricos. Platonis cœnam ejus fuiſſe indolis ajunt, ut eâ invitati atque excepti, poſtridiè, quaſi famem obſonaſſent, meliùs & majori cum appetitu pranderent; idem lectori ſtudioſiſſimo

ſiſſimo ex hujus auctoris conſuetudine futurum ſpondeo. Nam ejus licet plenis ſe lymphis proluat, ſitim tamen & ſtudium maximarum rerum magis magiſque exſtimulabit.

Cùm verò Typographo, viro honeſtiſſimo, viſum eſſet, ſub incudem revocare opus hoc Florianum; iſque eam ad rem qualiquali induſtriâ meâ uti vellet, quò illuſtriora omnia atque emaculatiora, eòque etiam Juventuti ſtudioſæ gratiora, in publico apparerent: viſum mihi quoque eſt, Viri præſtantiſſimi, ſub ampliſſimi nominis veſtri auſpicio, iſta in publicum edere, & oculis veſtris hoc, quicquid eſt operæ illius, humiliter ſubjicere: quibus jure, privati mei otii, cujus etiam Cato reddendam operam putabat, ratio conſtare debet. Publicæ enim meæ functioni, ut ſcitis, pleraque temporis portio impenditur; privatis hujuſmodi ſtudiis & ſcriptionibus reliqua. Præſidium omne & ſplendorem FLORUS hic ab ampliſſimo nomine veſtro ſumit, quò calumniatoribus ſuis oculi dolere poſſint; auctoritatemque à vobis ſolis requirit, ut omnem vellicantis judicii aleam facilè prævertat.

tat. Nota eſt enim ſingularis veſtra virtus, & erga bonas literas amor, quibus & ipſi dudùm non tam liberales animos veſtros excoluiſtis, quam exemplo etiam veſtro commendaſtis. Cæterùm veſtrarum virtutum ſolidiſſimam catenam hic magno verborum ambitu deprædicare, ſingularis veſtra modeſtia non patitur. Magis enim laudanda facere, vobis ſemper cordi fuit, quam laudari. Quin & laudari adeò jam familiare omnibus, ut, qui-nam laudem mereantur, vix dignoſci poſſit. Jam verò cùm & ego conſidero & recordor veſtra in me merita, non poſſum non verecundiâ ſuffundi: tot enim ac tanta ſunt, ut non ſim ſolvendo, nec pudebit me nominis: ſemper enim ingenui animi exſtimavi, ut, cui ſatisfacere nequeas, ei te plurimùm tamen debere agnoſcas. Certè doleo intimè, me aliud non habere majus, aut ſpecioſius munus, quo meæ in vos venerationi poſſem ſatisfacere. Sed aliud præ manu nunc non erat, & differre diutiùs poſſeſſionem æris alieni pudor meus & ingenuus animus recuſabant. Suſcipite igitur, Viri præſtantiſſimi, non pretium, vel præmium amori veſtro par, vel officio meo,

Digitized by Google

meo, ſed pro meâ tenuitate tamen officioſum: & ſervate mihi illum animum, quem hactenùs magnoperè mihi faventem ſenſi. Et ſuppliciter Deum pacis orabo, ut compingat veſtras *Dominationes* in omni opere bono, ad præſtandam ipſius voluntatem, efficiens in vobis, quod gratum ſit in conſpectu ſuo, per Jeſum Chriſtum, cui ſit gloria in ſæcula ſæculorum, AMEN.

ROTERODAMI. 1664.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

TAntum blanda in me Amicorum vis potuit, ut hunc laboris mei fœtum publico juri vindicare ſuſtineam, & vadum hoc tentare publicæ famæ. Nihil enim mihi minùs in animo erat, quam huic me devovêre curæ, faſtidioſo hoc, ac delicatioris palati ſæculo, quo multi nunc ſunt Ariſtarchi, plures ſycophantæ, qui jejunè malevoli, nihil præter ödium literarum profitentur; & ut nihil ſciunt, ita omnia carpunt, nihil admirantur. Vicit tamen eorum importunitas, quibus me totum debeo. Itaque non potui non ſuccinctas in Florum Notas in lucem dare, ſtudioſæ juventutis commodo impulſus, qui mihi unicus eſt ſcopus. Equidem ego ejus ſum animi, illi, qui docere velit, ſemper methodo ſtudendum, ut & breviter & dilucidè agat, nec auditorem aut ambagibus rerum, aut multiloquio oneret, nec de lanâ caprinâ, ut dicitur, diſputet, neque antiqua aut oblivione ſepulta ſine fructu quodam eruat & congerat; ſed rejectis omiſſiſque inutilibus, ipſum inculcet auctorem, textum ipſius manifeſtum det, ipſaſque res, & voces, & phraſes ſuccinctè explicet. En igitur tibi, benevole Lector, Florum à me notis ſelectiſſimis illuſtratum, ſed brevibus; omiſſis omnibus rerum & verborum ambagibus, quæ nihil lucis Auctori darent. Narrationem Auctoris, ſenſa ipſius, & hiſto-

rias

rias manifeſtas facere allaboravi: vocum ſignificationes proprias exhibeo, ut & genuina noſcatur vocis vis, & ad quam aliam ſignificationem tranſlata ſit: phraſes earumque ſignificationes & vim breviter & dilucidè expono: urbium quoque, regionum, amnium ſitum & deſcriptionem, ſed ſuccinctam & brevem, addo: loca corrupta reſtituo, aliis mihi præeuntibus: varias lectiones, & inutiles conjecturas, ubicunque non opus eſt, omitto, nec de rebus nullius momenti diſputo. Longè petita item, nihilque ad rem facientia prætereo, nec tam delaſſare lectorem, & multa ingerere, quam paucis prodeſſe annitor. Quò verò rerum æſtimatoribus ſatisfiat, operæ pretium me facturum exiſtimavi, ſi, quos ſecutus ſim fontes, candidè aperirem. In exprimendo quidem Floro nullius editioni penitùs adhæſi, cùm varia occurrerent loca, quæ ab ingenio, vel meliorum codicum autoritate, lucem requirere videbantur. Interim fuêre plura, quæ tutò prætermiſi, vel quia indigna, quibus manum admoverem, vel quia minus religioſus, ut propterea veterum ſcripturam ſollicitarem. Ubi tamen loco removenda erat, plurimùm tribui iis, qui tam inuſitatâ ingeniorum contentione, in limando hoc auctore allaborarunt, ut nihil ſordium, quæ per imperitos librarios irrepſerant, relictum videretur. Sic prodierunt Vineti, Stadii, Gruteri, Lipſii, Pontani, Freinshemii, Zevecotii ad eundem obſervationes.

Digitized by Google

tiones. Quibus ego ſubſidiis inſtructus, nihil reliquum videbatur, quam ut ea, quæ ab eximiis his hominibus erant excogitata, uno velut faſciculo concluderem, & adhibitâ judicii rectitudine, abſolutum opus literatis exhiberem. Auſus etiam plurima inſerere, quæ non indigna viſa, quæ recenti huic editioni adderentur. Ac ſicubi fortè humani ingenii lege erratum, veniam merebor ab ætate, tùm & præcipiti typothetarum feſtinatione, quæ ſtudia mea ſæpiùs interrupit. Atque ea ſunt, erudite Lector, quæ de inſtituto noſtro te ſcire volebam. Tuum erit labori noſtro conatibuſque pro animi tui candore favere, ac ſtudio tuo meam in majoribus poſthac audendis atque ſuſcipiendis diligentiam promovere, quæ ad ſolius Dei gloriam, ac proximorum meorum utilitatem eſt comparata. Vale.

In

Digitized by Google

In Viri

CLARISSIMI JOHANNIS MIN-ELLII,

Præceptoris optimè de me meriti,

FLORUM ILLUSTRATUM.

IN Floro floret præclari fama MIN-ELLI,
Nec flos marceſcet nocte die-ve Viri.
Quin tumulo ex ipſo, fortunatâque favillâ,
Naſcentur laudis lilia perpetuæ.
Accipe mente piâ ſtudiis devota Juventus,
Et quoſcunque alios Muſa Latina juvat;
Accipite animis gratis monumenta MIN-ELLI,
Et meritâ tantum tollite laude Virum.

J. WESTERWYCK.

SE-

Digitized by Google

SERIES CAPITUM.

LIBRI I.

PROOEMIUM. 1

1 *De Romulo.* 6

2 *De Numâ Pompilio.* 16

3 *De Tullo Hoſtilio.* 20

4 *De Anco Marcio.* 25

5 *De Tarquinio Priſca.* 26

6 *De Servio Tullio.* 30

7 *De Tarquinio Superbe.* 33

8 *Anacephalæoſis de* VII. *regibus.* 37

9 *De mutatione Reipublica.* 38

10 *Bellum Etruſcum, cum Rege Porſenâ.* 42

11 *Latinum.* 45

12 *Cum Etruſcis, Faliſcis, & Fidenatibus.* 49

13 *Gallicum.* 53

14 *Latinum.* 60

15 *Sabinum.* 61

16 *Samniticum.* 62

17 *Etruſcum, Samniticum, & Gallicum.* 66

18 *Tarentinum, & cum Pyrrho Rege.* 68

19 *Picenum.* 76

20 *Sallentinum.* 76

21 *Volſinenſe.* 76

22. 23. 24. 25. 26. *De Seditionibus.* 77. 78. 79. 80

Digitized by Google

SERIES CAPITUM.

LIBRI II.

1 PROOEMIUM. 82

2 *Primum bellum Punicum.* 82

3 *Bellum Ligusticum.* 90

4 *Gallicum.* 92

5 *Illyricum.* 94

6 *Punicum secundum.* 95

7 *Macedonicum primum.* 109

8 *Syriacum regis Antiochi.* 112

9 *Ætolicum.* 115

10 *Histricum.* 116

11 *Gallogræcum.* 117

12 *Macedonicum secundum.* 118

13 *Illyricum.* 121

14 *Macedonicum tertium.* 122

15 *Punicum tertium.* 123

16 *Achaïcum.* 126

17 *Res in Hispaniâ gesta.* 128

18 *Bellum Numantinum.* 132

19 *Transitio.* 136

20 *Bellum Asiaticum.* 137

Digitized by Google

SERIES CAPITUM

LIBRI III.

1 *Bellum Jugurthinum.* 135
2 *Allobrogicum.* 143
3 *Cimbricum Theutonicum ac Tigurinum.* 144
4 *Thracium.* 148
5 *Mithridaticum.* 150
6 *Piraticum.* 156
7 *Creticum.* 159
8 *Balearicum.* 160
9 *Expeditio in Cypron.* 162
10 *Bellum Gallicum.* 162
11 *Parthicum.* 168
12 *Anacephalæosis.* 171
13 *Seditiositas Tribunitiæ potestatis.* 174
14 *Seditio Tiberii Gracchi.* 175
15 *Caji Gracchi.* 177
16 *Appulejana.* 178
17 *Drusiana.* 180
18 *Bellum Sociale.* 181
19 *Servile.* 184
20 *Spartiacum.* 187
21 *Civile Marianum.* 189
22 *Sertorianum.* 195
23 *Civile sub Lepido.* 197

Digitized by Google

L. ANNÆI FLORI
[1]RERUM ROMANARUM
LIBRI IV.

PROOEMIUM.

1 [2]POpulus Romanus, à Rege Romulo [3] in Cæſarem Auguſtum, [4] ſeptingentos per annos [5] tantum operum pace belloque geſſit, ut, ſi quis [6] magnitudinem imperii cum annis [7] conferat, [8] ætatem ultra putet. Ita latè per orbem ter-

1 Quidam codices habent *Epitome Rerum Romanarum.* Epitome eſt conciſior laxioris operis & compendioſior narratio. 2 Laborioſos populi Romani progreſſus, & incrementa illa, quibus per bellicam virtutem, per diſciplinam rei militaris orbis imperium acquiſiverit, auctor noſter Florus enarraturus, ordine & imagine ab hominis ætate deſumptis, eam per infantiam, adoleſcentiam, virilitatem ac ſenium diſtribuit: dicitque populum R. egiſſe infantiam ſub Regibus 246. annis; adoleviſſe principem populum ſub Coſſ. Dictatorumque magiſtratu 245. annis ad primum uſque bellum Punicum: maturuiſſe deinceps virilitate ſuâ 221. annis, id eſt, uſque ad Cæſaris Auguſti primum conſulatum. Atque tantam imperii molem magnitudine ſuâ, Imperatorum inertiâ, populi Romani luxu avaritiaque conſenuiſſe, confectamque videmus. 3 Uſque ad. Ita loquitur auctor noſter infrà in fine Præfationis: *in ſæculum noſtrum.* Item infrà 1, 17, 1. *in id tempus.* 4 Alii ab V. C. ad Auguſti primum conſulatum 9. annos; alii 10. adjiciunt. Tacitus poſt 720. urbis annum ſolum Auguſtum imperaſſe ſcribit. Florus autem maluit uti rotundiore numero: quòd aliis etiam auctoribus familiare eſt. Sic Livius l. 9. P. R. *octingenteſimum annum bellare* ſcribit. Ita etiam in enarrandis cladibus, ubi cæſorum numerus refertur, rara centenorum mentio eſt, ſed tot ferè millia cæſa dicuntur. Sic infrà 1, 12, 7. *Cæſi apud Cremeram trecenti.* 5 Tot res. *Opera* enim ſæpiùs ſumuntur prorebus geſtis. Ita Vellej. 2. *Quanti voluminis* opera *geſſimus?* Hoc ſenſu *divina opera Cæſaris* reperias apud Val. Max. 9, 2, 4. & eundem 3, 2, 23. *C. Cæſar non contentus* opera ſua *Oceani claudere littoribus.* Dicit ergo P. R. tantum operum geſſiſſe. Hùc facit illud Virgilii 1. Æn. *Tantæ molis erat Romanam condere gentem!* Et Sal. in Cat. *Duabus his artibus, audaciâ in bello, ubi pax evenerat, æquitate ſeque, reque publica curabant.* 6 Potentiam & præcellentiam. 7 Comparet. 8 Æſtimet tantum operum tam brevi ſpatio geri non potuiſſe. Adeò ut *putare*, nihil hîcalind ſit, quam æſtimare. Ter. *Rectè* putas. Ut autem Latini *ætatem* vocant humanæ vitæ ſpatium ſuis progreſſibus diſtinctum; ita ſeptingentos annos, quibus infantiam, adoleſcentiam, juventutem P. Romani complectitur, *ætatem* vocat.

2 ſarum arma circumtulit, ut, qui res [1] ejus legunt, non unius populi, ſed [2] generis humani facta diſcant. Nam tot laboribus periculiſque [3] jactatus eſt, ut ad conſti-
3 tuendum ejus imperium, [4] contendiſſe [5] Virtus & [6] Fortuna videantur. Quare cùm præcipuè hoc quoque, ſicut cætera, [7] operæ prætium ſit cognoſcere; tamen quia ipſa ſibi [8] obſtat magnitudo, rerumque diverſitas aciem

1 Populi Romani. 2 Sic l. 4. c. 3. *Cum Romanæ dominationis, id eſt, humani generis converſione.* Solenne eſt bonis auctoribus per *Humanum genus* intelligere *Orbem Romanum.* 3 Agitatus. Sic Virg. 1. Æn. *Multum ille & terris* jactatus *& alto.* 4 Certaſſe, pugnaſſe. Hinc *contenſio* pro certamine, pugna: ut infrà 1, 3, 4. 5 *Virtutis* exempla in P. R. multa fuerunt: adeò ut Polybius Romanis plus virtutis, quàm Fortunæ, impertiatur. Hinc illa elogia, ut Romam dicerent *Imperii Virtutumque Larem; Virtutum omnium matrem; Virtutum omnium latiſſimum templum; totius orbis, totius mundi.* Imprimis aureum hoc Virtutum ſæculum illuxit temporibus bellorum, cum Porſenâ, Pyrrho & Annibale geſtorum. 6 Non quam caſum dixêre, ſed voluntas Dei, qua arcana quadam ratione adminiſtrantur res, ut vel ſuccedant rectè, vel ſecùs, prout ipſi viſum fuerit. Nam niſi Deus ſucceſſus largitur, fruſtrà omnis opera ſumitur. *Fortunæ* non aliud majus exemplum fuit, quam quod *Bello* contigit *Gallico*, cùm Ducum negligentia, aut incuriâ Præſidiariorum Capitolio & Urbe captâ, Anſer illium ſervavit ſcopulum, qui reliquo Orbi Romano ſolus de tot ſupererat terris. Unde Vegetius: *Mira*, inquit, *Fortuna, Viros, qui univerſum Orbem erant miſſuri ſub jugum, una avis ſervavit.* Vide præter alios Plut. de Fortuna Romanorum. Adde de hac Fortuna populi Romani inſignem locum Tac. H. l. 3. c. 46. & c. 59. Habemus & illud Fortunæ Romanæ documentum, quod ſæpe Romani duces acie imperitiſſime inſtructa vicerint tamen. Cùm igitur Romanis de Fortunæ beneficio tam manifeſtè conſtaret, templis & aris eam venerati ſunt, nunc *Fortunæ Publicæ*, nunc *Fortunæ Reipublicæ*, nunc *Fortunæ populi Romani*, nunc *Fortunæ Romanæ* nominibus cohoneſtarunt. Meminit præter alios Ovid. Faſt. 5. *Nec te præterco populi Fortuna potentis Publica, cui templum luce ſequente datur*, &c. Colebatur autem in cubiculo Principum, & unà cum Imperio tradebatur ſucceſſori. Tam ergo parùm ſine Fortuna Virtus effecerit, quam ſine virtute Fortuna. Senſit hoc Brutus, cùm exclamaret infrà 4, 7, 11. *Non in re; ſed in verbo tantùm eſſe virtutem.* Adeòque verum eſt interdùm illud: *Vitam regit fortuna, non ſapientia:* quod infirmat Sal. in Cat. *Profecto fortuna in omni re dominatur.* 7 Utile & dignum factu ſit, opera & labore dignum. Quoniam enim nihil vel gratius, vel dignius eſt, quam ut pro labore pretium, id eſt, merces debita perſolvatur, factum eſt, ut *operæ pretium* pro fructuoſo uſurpetur, & ad rem pertinente, vel quia decens, vel quia utile, vel quia glorioſum, vel quia jucundum. Cic. Operæ pretium *erat ludentes intueri.* Liv. *Faciuruſ-ne hinc* operæ pretium, *ſi à primordio urbis res populi Rom perſcripſerim.* 8 Obeſt, officit. Eadem magnitudo obfuit Carthaginienſibus, ut infrà l. 2. c 2. ſcribit Florus noſter. Nec non Xerxi, non credenti Demarato, qui Regi multitudinem ſuorum obfuturam prædixerat.

in-

intentionis [1] abrumpit; [2] faciam quod [3] ſolent, qui terrarum [4] ſitus pingunt: in brevi [5] quaſi tabellâ totam ejus imaginem amplectar, nonnihil, ut ſpero, ad admirationem principis populi [6] collaturus, ſi pariter atque [7] inſimul univerſam magnitudinem ejus oſtendero.

4 Si quis ergo populum Romanum, [8] quaſi hominem, conſideret, totamque ejus ætatem [9] percenſeat, [10] ut cœperit, utque [11] adoleverit, ut quaſi ad quendam juventæ [12] florem pervenerit, ut poſteà velut [13] conſenuerit, quatuor gradus [14] proceſſuſque ejus inve-

5 niet. [15] Prima ætas ſub Regibus fuit, propè [16] ducentos quinquaginta per annos, quibus circum ipſam

1 Interrumpit, avellit. Sic *Abrumpere ſermonem* dicimus. Hinc *Abruptus ſermo*, vel *oratio*, quæ caret exordio: quales ſunt orationes patheticæ. 2 In hoc opere imitabor Geographos. Alio ſimili uſus Sextus Rufus: *Morem ſecutus calculatorum, qui ingentes ſummas æris brevioribus exprimunt; res geſtas ſignabo, non eloquar.* 3 &c. *facere.* 4 Qualitates & poſitiones. *Situs* enim nonnunquam dicitur qualitas & poſitio loci. Cæſ. *Ut* ſitum *caſtrorum cognoſceret.* Aliquando *ſitus* eſt lanugo ex humore creata, præſertim in locis Sole carentibus. Plin. *Peſſimum eſſe crocum, quod* ſitum *edolet.* 5 Sæpiſſime vocem hanc elegantibus ſententiis & comparationibus addit Florus. Sic paulò poſt: *Si quis ergo populum Romanum*, quaſi *hominem*, *conſideret.* Sic infrà 2, 12, 9. Quaſi *templa & aræ poſſent defendere, quem nec montes ſui, nec arma potuiſſent.* 6 Additurus. 7 Simul, junctim. Sic infrà 2, 20, 1. *Populus R. ad Orientem pacem agebat, nec pacem modò; ſed inuſtatâ & incognitâ quadam felicitate relicta regiis hæreditatibus opes, & tota* inſimul *regna veniebant.* 8 Nam ſicut homines, ita civitates quoque & urbes naſcuntur, creſcunt, decreſcunt, moriuntur. Et ut homo, qui animalium ſolus rationis & cogitationis particeps eſt, cæteris omnibus præfertur animalibus; ita Rom. Imp. cæterarum gentium imperiis atque Reſp. dignitate excelluit. Pari ſimilitudine Cicero 5. de Finib. utitur. *Earum* inquit, *etiam rerum, quas terra gignit, educatio quædam & perfectio eſt, non diſſimilis animantium. Itaque & vivere vitam, & mori dicimus; arboremque & novellam, & vetulam, & vigere & ſeneſcere.* 9 Recenſeat. 10 Quomodo natus ſit. 11 Creverit, incrementum cepèrit. 12 Excellentiam vigorem, ἀκμήν. *Flos* enim ſæpiùs ſumitur pro excellentiſſimo in quoque genere, ornamento & decore. Cic. *Nobilitatis flos. Flos ætatis*, id eſt, vigor ſive integra ætas. Sic noſter infrà 3, 21, 25. *Flos ordinis equeſtris: ſanguinis Italici*, 4, 2, 5. *ſenatus* 3, 21, 25. 13 Evanuerit, tempore defecerit. Ita *conſeneſcere* dicitur *impetus* 3, 3, 5. Uſurpavit hoc verbum Livius de exercitu. 14 Progreſſus, profectus. Ovid. *Si cœpta proceſſus habeat fortuna perennes.* 15 Hanc antiquiſſimam fuiſſe imperandi conſuetudinem, meminit Ariſt. l. 3. Polit. c. 10. & 11. Et Juſtin. l. 1. *Principio rerum, gentium nationumque imperium penes Reges erat.* 16 Qui exactiùs computaverunt, à Roma condita ad liberatam, annos 244. numerant. Florus ideò adjicit (*propè*) ut ſexennium 250. annorum ſummæ deeſſe admoneret.

6 [1] matrem ſuam cum [2] finitimis [3] luctatus eſt. Hæc erit ejus Infantia. [4] Sequens à [5] Bruto Collatinoque Conſulibus, in [6] Appium Claudium, [7] Quintum Fulvium Conſules, ducentos quinquaginta annos [8] patet, quibus Italiam [9] ſubegit: hoc fuit tempus [10] viris armiſque [11] incitatiſſimum: ideo [12] quis Adoleſcentiam dixerit.

7 [13] Dehinc ad Cæſarem Auguſtum ducenti anni, quibus totum orbem [14] pacavit: hîc jam ipſa Juventa imperii,

8 & quaſi quædam robuſta maturitas. A Cæſare Auguſto

1 Alii *mammam*; alii *mœnia ſua* legunt. Unde hos *Circummuranos* dicit Marcellinus. 2 Vicinis, propinquis. 3 *Luctari* vocat, bella ut non magna, ita difficilia gerere, viribus nondùm confirmatis. 4 Sc. *ætas*, id eſt, ſecunda ætas. 5 Bini Conſules creati primùm ſunt, Regibus ob tyrannidem exactis, Junius Brutus, & Tarquinius Collatinus, A. V. C. 244. 6 Intelligit non Appium Claudium Cæcum, de quo infrà c. 18. ſed eum, cui cognomen Caudex, de quo l. 2. c. 2. 7 M. Fulvium Faſti præferunt. 8 Habet, extenditur. *Patêre* enim dicitur *ætas*, id eſt, habere tot annos, per tot annos extendi. Ita *patet tempus*, Sen. conſol. ad Marc. c. 24. *imperium*, 4, 2, 3. id eſt, extenditur, porrigitur. Suet. Tib. c. 16. *Toto Illyrico, quod inter Italiam, regnumque Noricum, & Thraciam; & Macedoniam, interque Danubium flumen, & ſinum maris Adriatici* patet, *perdomito & in ditionem redacto.* 9 Domuit, imperio ſuo ſubjecit: ita *pop. Romanus* ſubegit *Samnites*, infrà 1, 16, 8. Propriè ſignificat cogere, impellere. Sal. in Cat. *Ambitio multos mortales falſos fieri* ſubegit, id eſt, coëgit, impulit. 10 Circuitione ſignificat gentem Valeriam, Poſtumiam, Papiriam, Quintiam, Furiam Corneliam, Fabiam, Curiam, Fabriciam, quæ, à Regibus exactis uſque ad Italiam edomitam, magna & illuſtrata abſtinentiæ, modeſtiæ, fortitudinis & virtutis Romanæ documenta præbuit. 11 Promptiſſimum, fortiſſimum. *Sic incitatiſſimus furor* dicitur pro maximo. Nam *incitare* interdùm augere eſt. 12 Aliquis. Impetum notat primum optati honoris. Cùm enim ad Adoleſcentiam ventum, primamque juventutem, magnus eſt ſanguinis impetus; viresque jam ſe nimis cognoſcunt. Ipſe Cicero in adoleſcentibus maximè videtur æſtimaſſe impetum, qui in Orat. pro M. Cœlio ſic ait: *Non loquor de ſapientiâ, quæ non cadit in hanc ætatem. De impetu animi loquar, de cupiditate vincendi, de ardore mentis ad gloriam: quæ ſtudia in his jam ætatibus noſtris contracticra eſſe debent: in adoleſcentiâ verò tanquam in herbis ſignificant, quæ virtutis maturitas, & quantæ fruges induſtriæ ſint futuræ.* Vide C. Philip. 5. c. 17. Iphicrates, viginti annorum adoleſcens, quantus Imperator fuerit, vide apud Juſt. 6, 5, 2. Alexander M. itidem annos viginti natus, regnum orditur, & paulò poſt bellum Perſicum; quo profligato, terrarum ſupremum imperium nationi ſuæ peperit. Idem l. 11. c. 1. Hannibalem, cum A. V. C. 577. Romanos ad Cannas fudiſſet, annos unum & triginta fuiſſe natum, colligimus ex Livii lib. 30. cap. 37. ubi Hannibal ſeneà ipſum fatetur annorum 45. eſſe; cùm A. V. C. 531. pacem cum Romanis, civibus ſuis ſuaderet. 13 Deinde. 14 Subegit, domuit. Sic infrà 4, 2, 1. *Jam pace toto orbe* pacato, *majus erat imperium Romanum, quàm ut ullis externis viribus exſtingui poſſet*, & 4, 12, 61. *Omnibus ad Occaſum & Meridiem* pacatis *gentibus*, &c. hoc ſenſu *pacatæ ſylvæ* dixit Horat. Epiſt. 1, 2, 45.

1 in

[1] in ſæculum noſtrum haud multò minùs anni ducenti: quibus [2] inertiâ Cæſarum quaſi [3] conſenuit atque [4] decoxit: niſi quòd ſub Trajano [5] principe [6] movet lacertos, & [7] præter ſpem omnium, ſenectus imperii, quaſi redditâ juventute, [8] revireſcit.

1 Uſque ad: ut ſuprà. 2 Ignaviâ. 3 Evanuit, tempore defecit: vide ſuprà. Sic infrà 4, 2, 41. *ut ardentiſſimi ducis* conſeneſceret *impetus*. Cæſares curam Imperii abjiciebant: partim ne à voluptatibus ſuis avocarentur, partim quia ſubditos ſuos imbelles eſſe malebant: Cùm enim Tyranni eſſent, alios ſi militarem forte gloriam occupaſſent, favore exercitus & populi ſubnixos, ſibi nocere poſſe verebantur. 4 Decoctum, diſſipatum eſt imperium. Activum pro Paſſivo. Sic Livius: *Suſpicio* inſinuaverat *animis*. In verbo (*Decoxit*) egregia eſt ſimilitudo: ut enim ſi vitio noſtro illa diſſipemus, quæ noſtro labore parta non ſunt, ſed à majoribus relicta, *decoxiſſe* dicimur; ita quæ virtute & rei militaris gloria ſibi P. R. acquiſiverat, illa Imperatorum ignavia, hoſtium inſultu divulſa ſunt ab Imperio. Atque ita cum omnibus impiis comparatum eſſe, prudenter judicavit Sal. in Cat. *Ubi pro labore deſidia, pro continentiâ & aquitate lubido atque ſuperbia invaſêre, fortuna ſimul cum moribus immutatur. Ita imperium ſemper ad optimum quemque à minus bono transfertur.* 5 Imperatore. 6 Convaleſcit, vires recipit. *Lacerti* enim ſæpius ſumuntur pro viribus ac robore. *Lacertus* alioqui dicitur in homine ſumma brachii pars inter ſcapulę & cubiti oſſa. 7 Contra. 8 Renaſcitur, reviviſcit, & vires reſumit: nam quæ viridiora ſunt, majorem vim habent. Sic Curt. *Non revireſcit ſolùm, ſed etiam flores imperium.* Prædixerat hanc temporum felicitatem Cornix, quæ in hæc effuſa verba, ἴσασι πάντα καλῶς, clarè *innuit conſeneſcentem & decoctam* quaſi Remp. Romanam. *Revireſcere* autem propriè dicuntur arbores aut herbæ, id eſt, ad priſtinam viriditatem reverti; ut, *Laſuſque jubet* revireſcere *ſylvas*.

LIBER PRIMUS.

CAP. I.

De Romulo, primo Romanorum Rege.

I [1] PRimus ille, & [2] Urbis & imperii [3] conditor, [4] Romulus fuit; [5] Marte genitus, &

1 Reipublicæ Romanæ incrementa narraturus auctor noster, ab Urbis conditore, Regibusque, qui septem eo, quem prosequetur, ordine regnarunt, initium ducit. In hoc autem capite Romuli & Remi ortum, educationem, & fortunam exponit: quomodo, postquam Numitoris avi & Silviæ matris injurias ultus esset Romulus, Romam in Palatio condiderit, quam deinceps legibus, institutis, armis, consilio ita confirmavit: ut fundamenta tanto olim imperio jecerit: ipse Romulus incerti morte ereptus. Quirini nomine consecratur. Historiam Romuli, præter Florum, invenies apud Livium 1. Justin. 43. Eutrop. 1, 4. Plut. in Romulo. Valer. Max. l. 3. c. 2. & l. 5. c. 3. Virg. Æn. 8. Ovid. 3. & 4. Fast. & 14. Metam. Horat. l. 3 Carm. Od. 3. Propert. l. 4. 2 Romæ. *Urbis* cùm dicimus, τὴν πόλιν intelligimus Romam. Nam propriè hæc *urbs* dicta est, cæteræ, hâc una exceptâ, *oppida* sunt vocitata: vel ab *ope*, quòd *opis* causâ mœnibus cingantur: vel ab *opere*, quod *opus* sunt ad vitam gerendam: vel ab *opponendo* se hostibus: vel ab orbibus. Hujus enim rei gratia mœnia constituta sunt, ut homines *opes* suas eò conferrent, ubi nullum esset hostium periculum. *Urbs* autem ab *arvo*, id est, aratri curvatura, dicta est, quod antiqui Hetrusco ritu junctis bobus, tauro & vacca interiore aratro circumagebant sulcum, intra quem urbem ædificarent. Alii ab *orbe* & *arvo* appellatam *urbem* opinantur, quod sulcus in *orbem* duceretur. *Urbs* à *civitate* ita distinguitur, quod *urbs* mœnia ipsa significat. Virg. Urbs *antiqua fuit*, *Tyrii tenuere coloni*, *Carthago*. *Civitas* colonos, qui *cives* dicuntur: aut multitudinem civium, iisdem legibus utentium. Apul. *Quod omnis* civitas *approbavit*. Aliquando tamen hæc confunduntur, & modò Contentum pro Continente ponitur. *Cùm plerasque* civitates *viderimus terræ motu funditùs* collapsas. Modò Continens pro Contento. Vig. *invadunt* urbem, *somno vinoque sepultam*. 3 Ædificator, constructor. *Condere* enim aliquando idem est quod ædificare, construere. Virg. *Pallas*, *quas* condidit *arces*, *Ipsa*. 4 *Romulum* à *rumâ*, id est, ubere seu mamma, *Romum* appellatum, refert & damnat Festus: inde *Romulum* blandiendi causâ dictum, eò quod parvulus & inhians ad ubera lupæ sub fica repertus esset. Idem Festus *Romulum* à *robore* sic dictum putat: siquidem Græci ῥώμην *robur* appellant. Verùm de Urbis Romæ conditoribus *Historici certant*, *& adhùc sub judice lis est*. Quorum sententiæ à Livio l. 1. à Plutarcho in vita Romuli recitantur & refutantur. Florus noster cum iis sentit, qui à Romulo Romam esse conditam asserunt. Vide quæ nos ad Sal. p. 22. Condita est Roma eo loco, ubi expositi fuerant Romulus & Remus: anno à capta Troja 431. anno mundi 3213. undecimo Kalendas Maji, tempore Palilionum, id est, pastorum Deæ solemnitatis: quam sententiam etiam amplectitur Propert. l. 4. El. 4. *Urbi fastus erat*, *dixere Palilia patres*, *Hic cœpit primus mœnibus esse dies*. 5 Auctoritas magnum regnorum fulcrum est & salutis tutela. Ideò, ut eam sibi pararent, multi olim Principes cœlestem originem finxerunt. Unde, *ne successibus deesset auctoritas*, *duæ Amazonum Reginæ*, *Marthesia & Lampeto*, *genitas se Marte prædicarunt*, Justin. l. 2.

1 Rheâ

2 [1] Rheâ Silviâ. [2] Hoc de se [3] sacerdos gravida confessa est: nec mox [4] fama dubitavit, cum [5] Amulii [6] imperio abjectus in [7] profluentem cum Remo fratre, non potuit extingui. Siquidem & Tiberinus amnem [8] repressit: & relictis [9] catulis

1 Quidam *Serviam* appellant; quidam *Ilium*. Fuit virgo Vestalis, Numitoris, Albani Regis, filia. Amulius, frater minor, Numitorem primogenitum & successorem legitimum per vim regno depulerat, ejusque filium, ne qua spes heredis aut ultoris futuri superesset, in venatione percussit; filiam ad Vestale sacerdotium ceperat. Sed postquam furtivo concubitu gravidam deprehendit, eam custodia sepsit, ut partus enecaretur: ipsa quidem peperit gemellos, Romulum & Remum: qui Amulii imperio in profluentem projecti, beneficio Faustuli, regii pecoris magistri, in ripâ fluminis Tyberis reperti, inter pastores ab ipsius uxore Laurentiâ, (quæ ob vulgatum corpus Lupa dicta fuit) educati sunt: ipsa à partu liberata, & stupri rea, patrui jussu, viva defoditur. Alii in carcerem, deprecante Antho, Amulii Regis filia, conjectam referunt, & inde filii Romuli beneficio, cùm Amulium interfecissent, ereptam & liberatam. 2 Scilicet quod Marte genitus esset Romulus. 3 Virgo Vestalis seu Deæ Vestæ: sic dictæ, quod *Vestæ* sacra curarent. Has primùm sacerdotes Numa Pompilius Vestæ sacravit, stipendioque publico donavit, perpetuâque virginitate, aliisque cæremoniis venerabiliores effecit. Amulius ergo, ejecto è regno Numitore fratre, exinde, quod legitimum hæredem sexum ex nepte metueret virilem, Rheam Sylviam perpetuæ devovit virginitati. &, ne malitiæ deesset honos, eandem *Sacerdotis* titulo consecravit Liv. l. 1. 4 Scilicet de origine Romuli, id est, constans fama fuit, omnes crediderunt, Romulum Marte genitum. Sic apud Virg. Æn. 4. divinitatem Æneæ inde collegit Dido, quod maximos quosque casus evasisset: *Credo equidem (nec vana fides) genus esse Deorum. Degeneres animos timor arguit. Heu quibus ille jactatus fatis! quæ bella exhausta canebat!* Hùc referri possunt illa Sosthenis ad Leucippen apud Achillem Tatium, quæ Thersandri nuptias fastidiebat. *Eum-ne virum piratam existimas, quem adeò diligunt Dii, ut ex ipsis mortis faucibus eripuerint? Atque sumpta hinc dicendi occasione, naufragium recensuit, Divinâ ope factum, inquiens, quod evaserit.* Huic affine est, quod de Arionis Delphine fabulantur Poëtæ. 5 Avi sui. 6 Jussu, mandato. Sic infrà. c. 14. dicitur Manlius Torquatus *filium suum, quia contra* imperium *pugnaverat, quamvis victorem, occidisse.* Et paulò post: *quasi plus in* imperio *esset, quam in victoria.* 7 Fluvium præterlabentem, scilicet Tyberim. Ita Severus Albini filios *cum matre percussit, & in* profluentem *abjici jussit.* 8 Coërcuit, contraxit, cohibuit, continuit. Ter. *Tandem* reprime *iracundiam.* 9 Fœtibus suis. *Catulus* proprie significat juniorem canem: ab antiquo nomine *catus*, quod sagacem significat. Ponitur etiam pro fœtu omnium animalium, præterquam avium.

[1] lupa secuta [2] vagitum, [3] uber admovit infantibus, [4] matremque se gessit. Sic repertos apud [5] arborem, [6] Regis pastor tulit in [7] casam, atque [8] educavit. [9] Alba tunc erat [10] Latio caput, [11] Juli opus: nam [12] Lavinium patris Æneæ contempserat. Ab [13] his Amulius jam [14] bis septimâ sobole regnabat, fratre [15] pulso Numitore, [16] cujus ex [17] filiâ [18] Romulus. [19] Igitur statim [20] primâ juventæ face, patruum Amulium ab [21] arce deturbat, [22] avum repo-

1 Utrùm vera lupa fuerit Romuli nutrix, an Laurentia, Faustuli uxor, quæ ob vulgati corporis vilitatem *Lupa* dicta fuit, dissentiunt auctores. Priorem sententiam confirmant Plutarch. Virg. 1. Æn. Cic. 1. de Divin. Ovid. 3. Fast. Just. l. 43. Posteriorem refert Livius, l. 1. 2 Fletum duorum infantium, Romuli scilicet & Remi. 3 Mammas dedit, præbuit, obtulit Romulo & Remo. Sic recens nato Tartesiorum Regi Habidi, *post varios casus in Oceanum abjecto, ac in littore leni fluctu exposito, cerva affuit, quæ ubera parvulo offerret.* Justin. l. 44. Nec minùs Cyro, *in sylvis exposito, ubera præbuit canis, infantemque à feris ac alitibus defendit.* Idem l. 1. Itidem Hieroni, Siciliæ principi, *exposito, apes, congesto circa jacentem melle, multis diebus aluêre.* Idem l. 23. Sic legimus, Semiramidem à columbis nutritam: Jovem & Platonem ab apibus: Midam à formicis. 4 Et matris officium fecit. 5 Ficum scilicet, sub quâ mammas dederat infantibus lupa, quæ dicta fuit *Ruminalis*; vel quia pecora ibidem *ruminantia* æstum sub umbra vitabant: vel à *Romulo*, ibidem à Faustulo collecto: undè etiam *Romularis* vocata fuit. 6 Faustulus. 7 Tugurium suum, domum suam rusticam. 8 Aluit, nutrivit. 9 Urbs est in Latio, ab Ascanio Julo, Æneæ ex Creusâ filio, condita. Appellatur *Longa, ab situ porrectæ in dorso urbis*, Livius. 10 Latii Metropolis. *Caput* enim sæpiùs sumitur pro eo quod eminet, principemque locum obtinet, sic etiam inter urbes caput *Achaiæ Corinthum* appellat, infrà 2, 16, 1. *Campaniæ Capuam.* 1, 16, 1. &c. Idem est dicere *Caput gentis*: ut 2, 13, 1. 11 Juli Ascanii structura, κτίσμα: sic Tarentum appellat *Lacedæmoniorum* opus, infrà, 1, 18, 2. 12 Urbem illam in Latio, ab Æneâ patre suo conditam, & à nomine Laviniæ uxoris, Latini Regis & Amatæ filiæ, ita appellatam, spreverat, deseruerat in odium Novercæ. Unde Juvenal. Sat. 12. *Atque Novercali sedes prælata Lavino.* Lege Liv. l. 1. 13 Æneâ & Ascanio. 14 Decima quarta. Quatuordecim enim ab Æneâ & Ascanio primis Latinorum Regibus, continua successione Reges gubernarunt. 15 Regno expulso. Amulius enim regnum, quod Numitori fratri propter ætatem debebatur, fraude occupavit. 16 Numitoris. 17 Rheâ Sylviâ. 18 Scilicet *natus est.* 19 Itaque. 20 Primo impetu seu ardore fervoris juvenilis. Vide notam ad Prolog. 6. 21 Tutissimo ac validissimo præsidio, id est, regno cum violentia dejicit Romulus, adeòque obtruncat. 22 Numitorem in regnum restituit.

nit.

Digitized by Google

6 nit. [1] Ipſe [2] fluminis amator, & montium, apud quos erat educatus, mœnia novæ urbis [3] agitabat. [4] Gemini erant: uter [5] auſpicaretur, & regeret, adhibuêre [6] piacula. Remus montem [7] Aventinum, [8] hic [9] Palatinum [10] occupat. [11] Prior ille ſex [12] vultures, [13] hic
7 poſteà, ſed duodecim videt. Sic [14] victor augurio, urbem excitat, plenus ſpei, bellatricem fore: ita illi

1 Romulus. 2 Natale ſolum ſummè diligi, liquet ex illo Ovidii: *Neſcio quâ natale ſolum dulcedine cunctos Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui*, Unde Suet. de Veſpaſiano: *Princeps quoque & locum incunabulorum aſſiduè frequentavit, manente villâ, qualis fuerat olim: ne quid ſcilicet oculorum conſuetudini deperiret.* 3 Deliberabat, animo volvebat, conſilium capiebat. Ter. *Ergo quoque id quidem* agitans, *mecum ſedulò, inveni, ut opinor, remedium huic rei:* unde dicitur, *agitare conſilia. Agitare* propriè, eſt frequenter agere, movere: Frequentativa enim ſignificant frequentem actionem. 4 Reſtituto Numitore avo, ut Albam longam paſtorum advenarumque turba, quæ cum Romulo ad vindicandam Amulii tyrannidem confluxerat, exonerarent, capiunt ex avi auctoritate & ſubſidio novæ urbis condendæ conſilium: ſed diſtrahebantur æmulatione fratres, utrius auſpicio, & quo loco urbs conderetur. 5 Inciperet, aggrederetur negotium illud novæ urbis condendæ. *Auſpicari* propriè, eſt auſpicia ſumere, de rei eventu aves conſulere. Cicer. Auſpicari *eſt oblitus*. Et quoniam veteres nihil niſi auſpicatò, id eſt, auſpicio ſumpto, gerebant, fit, ut *auſpicari* ſumatur pro incipere, & negotium aliquod aggredi. Sic auſpicari *tranſmarinos triumphos* infrà 1, 18, 1. 6 Sacrificia. Sacris itaque legitimè peractis, rem auſpiciis permittunt: quæ quare *Piacula* vocet Florus, multi dubitant: ideòque hæc verba ſubſtituunt, *adhibuêre auſpicia*: aut, *adhibêre placuit Deos*: aut, *adhibuêre oracula. Oracula enim ex eo ipſo appellata ſunt, quod inteſt in his Deorum oratio*: ut ait Cicero in Topicis. Idem ergo fuerit, *adhibêre Deos*, & *adhibêre oracula*, hoc eſt, orationem Deorum. Cur autem Deos adhibuerint, ratio in præcedentibus verbis eſt, *gemini erant*, & ita nulla ætatis prærogativa. 7 Unum ex ſeptem collibus Romanis, ita appellatum ab *Aventino*, duodecimo Albanorum Rege, qui ibidem & habitavit & ſepultus eſt. Liv. l. 1. Dionyſ. l. 1. Remus autem Aventinum delegit propter Remuriam, jam utcunque ibidem à ſe extructam. 8 Romulus. 9 Unum quoque ex ſeptem Romæ montibus, à *palando* dictum; quod ibi *palare*, id eſt, errare pecudes ſolitæ eſſent ante urbem conditam: ſive quod *palantes* Arcades cum Evandro ibi conſederint: vel à *Pallante*, Evandri avo: vel à *Palantio*, Arcadiæ oppido, Evandri patriâ. Cauſa, quare Romulus in hoc monte conſtituerit Imperii ac dominationis ſedem, hæc eſt, quod, cùm expoſitus eſſet unà cum fratre Remo, ibidem à Fauſtulo educatus fuerit, adeòque quandam præbuerit vitæ incolumitatem. Accedit, quod in hoc loco vultures ipſi addixerant regnum. 10 Invadit. 11 Remus. 12 Vultures ideò potiſſimùm in auguriis obſervatos teſtatur Plutarchus, quod rariſſimè, & niſi fortuitò conſpiciantur; quod innoxii ſint, nec ex rapto vivant, & ſui generis cadavera non devorent. 13 Romulus. 14 Melius auſpicium nactus: qui enim plures vultures vidiſſet, is & locum, & nomen urbi poneret.

Digitized by Google

8 assuetæ [1] sanguine & prædâ [2] aves [3] pollicebantur. Ad [4] tutelam novæ urbis sufficere [5] vallum videbatur: [6] cujus dùm irridet angustias Remus, idque [7] increpat [8] saltu; [9] dubium an jussu fratris, [10] occisus est. [11] Prima certè victima fuit, [12] munitionemque urbis novæ san-
9 guine suo [13] consecravit. [14] Imaginem urbis magis, quàm urbem, fecerat: incolæ deerant. Erat in proximo [15] lucus: [16] hunc Asylum facit: & statim mira [17] vis hominum, [18] Latini [19] Tuscique pastores: qui-

1 Sic infrà 4, 12, 17. signis militaribus & disciplina, armis etiam *Romanis assueverat*. Ita Curt. l. 6. *gentes alterius* imperio ac nomine assuetas. 2 Vultures. 3 Id est, ex vulturibus colligebat & sperabat, urbem bellatricem fore. Nam *pollicere* dicuntur omnia; quæ colliguntur & sperantur ex iis. Sic *manifestam victoriam nata in prætoria puppe laurus* pollicebatur: l. 2. c. 7, 7. Vide infrà l. 1. c. 7, 8. Simile loquendi genus reperias infrà. 1, 6, 2. *claram fore visa circa caput flamma* promiserat. 4 Ideò autem dicit vultures id pollicitos fuisse, quod raro ferè volatu comitari solent exercitus, triduoque ante aut biduo volare, ubi cadavera futura sint. Plin. l. 10. c. 6, 5. Protectionem, custodiam. 5 Propugnaculum: quod ex vallis, id est, palis fiat. 6 Valli. 7 Cùm vallum, ut nimis angustum, irrideret Remus, saltu etiam transilivit simul, increpans, & quasi re ipsa demonstrans eas valli angustias, ut etiam levi saltu transiliri possent. 8 Ipso saliendi actu. 9 Cùm duo contraria, quorum uno proposito, alterum non potest ignorari, eloqui volumus; hac phrasi ita utimur, ut alterutrum tantùm exprimamus. Sic mox, Dubium *clypeos* an *armillas*. Ita *oblata sunt Cæsari Regni insignia*, Dubium an *ipso volente*: infrà 4, 2, 11. 10 Interfectus est à Celere, fabricæ præfecto. Unde Poëta: *Romulus aggreditur regnum, qui condidit urbem, Prima Remus quoniam mœnia transiit, obit.* 11 Unde Lucanus l. 1. *Fraterno primi maduerunt sanguine muri.* Nimis verum est, *ipsa natura vincula dominandi perversâ cupidine dissolvi. Hostes facti, qui fratres erant: nihilque profuit, eodem sanguine concretos esse; in iisdem visceribus, priusquam nascerentur, vel ut domo habitasse.* Prudenter Tacitus monet: *Arduum eodem loci potentiam & concordiam esse.* 12 Munimentum, vallum. 13 Sanctam fecit, & inviolabilem. 14 Ita apud Appian. legatis Carthaginiensium respondet Censorinus: *Vos, non vestrum solum, putamus esse Carthaginem.* Ita Themistocles ait: *Patriam municipes esse, non mœnia.* Just. 2, 12, 14. 15 Locus arboribus consitus. Lucos ac nemora veteres Deo alicui consecrabant. Hosce lucos violare vel subvertere, nefas erat & capitale. 16 Ex hoc loco templum, aliumve locum facit perfugis ad securitatem. De hoc Romuli Asylo lege Liv. 1. Plut. in Rom. Virg. Æn. 8. & alios. In sacris literis *urbes perfugii* dicuntur asyla, quæ Deus ipse constituit certis quibusdam casibus, atque iis, qui delicta non voluntaria commiserant. Vide Deut. c. 4, 17. 17 Multitudo, copia: ut magna *vis* auri atque argenti. Sic *vis hostium* l. 4. c. 13, 5. *imbrium* l. 2. c. 6, 45. *sanguinis* l. 4. c. 2, 32. Ita vis *magna gladiorum*. Liv. l. 1. *hominum* Liv. l. 2. 18 Populi Italiæ in Latio, de quibus Livius: Primò Italiam tenuisse quosdam, qui appellabantur Aborigines, hos, posteà adventu Æneæ Phrygiis junctos, Latinos uno nomine nuncupatos. 19 Populi ex Tusciâ sive Tuscaniâ, Italiæ regione, à sacrificiis ita appellata (Græci enim θύειν *sacrificare* dicunt, vel à *thure*, quo maxime in sacrificiis utimur, originem habentes.

dam

by Google

dem etiam [1] tranſmarini; [2] Phryges, qui ſub Æneâ; [3] Arcades, qui ſub Evandro duce [4] influxerant. Ita ex variis quaſi [5] elementis congregavit [6] corpus unum; populumque Romanum ipſe fecit. Res erat unius ætatis populus [7] virorum. Itaque [8] matrimonia à finitimis petita: quia non impetrabantur, [9] manu [10] capta ſunt. Simulatis [11] quippe [12] ludis equeſtribus, virgines, quæ ad [13] ſpectaculum venerant, [14] præda fuere. Et hæc ſtatim [15] cauſa bellorum [16] Pulſi [17] fugatique Vejentes. [18] Cæninenſium captum ac [19] dirutum eſt oppi-

1 Trans mare habitantes. 2 Populi ſunt è Thraciâ oriundi. 3 Populi ſunt ex Peloponneſi intima regione oriundi: ab *Arcade*, filio Jovis & Calliſtonis, Lycaonis Arcadiæ Regis filiæ, ſic appellati. 4 Cum copia venerant. Sic *Influentia negotia* legimus apud Plin. Paneg. c. 81. 5 Partibus, principiis. 6 Totum unum, collectionem unam. *Corpus* enim à Floro noſtro ſæpiùs uſurpatur pro quolibet toto, qualibet collectione. Sic *Corpus imperii*, l. 4. c. 3. Ita *Romani* corpus *fecêre ex membris*, l. 3. c. 18. &c. 7 Conſtans tantùm ex viris: ſicut Amazones poſſis dicere *populum fœminarum*. Vel *populus virorum* hic eſt multitudo, vel copia virorum. Ita Juſt. 10, 1. 6. *Oſtenti prorsùs genus, ubi in tanto populi*, id eſt, in tantâ multitudine filiorum, *non ſolùm ſociari, verùm etiam ſileri parricidium potuit.* Et Sen. Benef. 6, 33. *populus amicorum*. Rem quod attinet, penuriâ mulierum concidunt quantumvis magnæ civitates. 8 Maris & fœminæ conjunctiones, connubia. 9 Vi. Sic infrà 4, 1, 5. Antonius conjurationem Catilinæ *manu* opprimit. Ita Curt. 8, 2, 22. *Angustias munitas ac validas barbari* manu *turbantur*. Sen. *Nobiles conſectatus viros ſupplicium* manu *ſumpſit*. Habent à Græcis, qui χειροδίκην dicunt, cùm *rigido jus dicitur enſe*. 10 Rapta ſunt. 11 Enim. 12 Spectaculis equeſtribus. Conſualia intelligit, Neptuno equeſtri dedicata, qui *Conſus* dictus, id eſt, conſiliorum Deus. Vide Plurarch. in Romulo. Contaminari ſanguinem ſuum putabant vicini, ſi matrimonia cum eâ gentium plebiſque colluvione miſcuiſſent; contemptæ ſunt itaque legationes Romanorum conjugii cauſa cum vicinis ſuſceptæ. Conſilium ex neceſſitate ſumpſerunt, & additur dolus, rapiendas ſcilicet ad ludos equeſtres invitatas virgines, quando oculos & mentem ad ſpectacula convertiſſent. Succeſſit fraus: raptæ ſunt enim virgines, maxima ex parte Sabinæ, anno V. C. quarto, die 15. Cal. Septembr. Notandum eſt *Ludos* eſſe publica ſpectacula, quæ vel placandæ Deorum iræ, vel pro ſalute populi, vel gratiæ populi demerendæ cauſa ſunt edita: & tùm *Ludi* ferè in numero plurali uſurpantur. 13 Ludorum equeſtrium. 14 Alii *prædæ*: utrumque rectè. Numerus raptarum apud Dionyſ. eſt 683. 15 Cæninenſes enim, Cruſtomini, Antemnates, Vejentes, Sabini hoſpitaliter vocati, & hac nunc raptarum virginum injuria irritati bellum movent. 16 Abacti, expulſi. 17 In fugam conjecti. 18 Incolarum Cæninæ, urbis vicinæ Romæ, à *Canite* conditore. 19 Dejectum, everſum, deſtructum. Cæninenſes enim irâ magis, quam conſilio, rem gerentes, primo impetu fuſi fugatique ſunt.

Digitized by Google

12 dum. Spolia insuper [1] opima de [2] Rege, [3] Feretrio Jovi manibus suis Rex reportavit. Sabinis proditæ portæ per [4] virginem : [5] nec dolo : sed puella [6] pretium rei, [7] quam gerebant in siniſtris, petierat : [8] dubium

1 Magnifica, egregia, ampla. *Opima ſpolia* vocantur Feſto, quæ dux duci detrahit: eaque trina tantùm contigerunt nomini Romano : prima, quæ dux Romulus de Acrone, ſecunda, quæ Cornelius Coſſus de Tolumnio Vejentium Rege : tertia, quæ M. Marcellus de Viridomaro Gallo fixerunt. Vide Val. Max. 3, 2, 3. 4. 5. 2 Acrone. Acron enim, Cæninenſium Rex, à rege Romulo interfectus eſt. 3 *Jupiter* dicitur quaſi *juvans pater*. Sunt qui *Jovem* à *juvando* dictum velint. Cæterùm varia *Jovi* à Romanis cognomina fuerunt indita : ut *Jupiter Elicius*, *Capitolinus*, *Latialis*, *Piſtor &c.* Sic hoc loco à Floro noſtro *Jupiter Feretrius*, à *ferendo* pacem, vel *feriendo* hoſtem (ut quidam volunt) dictus: vel potiùs à *feretro* inſtrumento, de quo ſuſpendebantur ſpolia. Erat *Feretrum* ligneum inſtrumentum, ad id aptè fabricatum, ut ſpolia ferret, id eſt, ſuſtineret. Livius l. 1. *Romulus*, inquit, *duce hoſtium occiſo, urbem primo impetu capit, indè exercitu victore ducto, ipſe, cum factis vir magnificus, tùm factorum oſtentator haud minor, ſpolia ducis hoſtium cæſi ſuſpenſa, fabricato ad id aptè feretro gerens, in Capitolium aſcendit; ibique cum ea ad quercum paſtoribus ſacram depoſuiſſet simul cum dono, deſignavit templo Jovis fines, cognomenque addidit Deo: Jupiter Feretri, inquit, hic victor tibi Romulus Rex regia arma fero, templumque his regionibus, quas modò animo metatus ſum, dedico, ſedem opimis ſpoliis, quæ Regibus ducibuſque hoſtium cæſis, me auctorem ſequentes poſteri ferent.* Unde Apulejus *Trapæophoron* vocat. De Jove Feretrio pluta Propert. l. 4. El. 11. quam ſic concludit: *cauſa Feretri, Omine quòd certo dux ferit enſe ducem. Seu quia victa ſuis humeris hæc arma ferebant: Hinc Feretri dicta eſt ara ſuperba Jovis.* 4 Tarpejam ſcilicet, Capitolio præfecti filiam. Legendus Livius, Dionyſius, Plutarchus, Val. Max. 9, 6, 1. *Romulo regnante, Sp. Tarpejus arci præerat; cujus filiam virginem aquam ſacris petitum extra mœnia egreſſam, Tatius, ut armatos Sabinos in arcem ſecum reciperet, corrupit; mercedis nomine pactam quæ in ſiniſtris manibus gerebant. Erant autem his armillæ, & annuli magno ex pondere auri. Loco potitum agmen Sabinorum, puellam præmium flagitantem, armis obrutam necavit: perindè quaſi promiſſum (quòd ea quoque lævis geſtaverant) ſolvens.* 5 Nec fraude, nec ulla malitia contra patriam. Nimirùm Florus totus ſtat ab eorum ſententia, qui ſcriptum reliquêre, Tarpejam Sabinos potiùs circumvenire voluiſſe, quàm cives ſuos. Cùm enim mercedem proditionis pepigiſſet, quæd in ſiniſtris manibus Sabini haberent; non intellexiſſe armillas & annulos, ſed arma & clypeos; ut ſic interfectos & nudos Romanis trucidandos objiceret. 6 *Pretium* hoc loco ſumitur pro quacunque re, quâ aliud quid comparatur & quaſi emitur. Ita *pretium victoriæ* dixit, infrà 1, 17, 7, & 1, 20, 2. 7 Illud *quam* pendet ex precedente voce *rei*, quæ duplicem hic ſignificationem complectitur, *pretium rei*, id eſt, proditionis, & rem, quam gerebant in ſiniſtris. 8 Sic ſuprà: *Remus*, dubium an *juſſu fratris occiſus eſt.*

Digitized by Google

[1] clypeos, an [2] armillas [3] Illi ut & [4] fidem ſolverent,
13 & [5] ulciſcerentur, clypeis [6] obruêre. Ita [7] admiſſis
intra mœnia hoſtibus, atrox in ipſo [8] foro pugna, adeò
ut Romulus Jovem oraret, *ut* [9] *fœdam ſuorum fugam*
14 [10] *ſiſteret.* [11] Hinc [12] templum & [13] Stator Jupiter.
Tandem [14] ſævientibus [15] intervenêre raptæ laceris co-
mis. Sic pax facta cum [16] Tatio, [17] fœduſque percuſ-
ſum: ſecutaque res mira dictu, ut, relictis ſedibus ſuis,
novam in urbem [18] hoſtes demigrarent, & cum gene-
15 ris ſuis [19] avitas opes [20] pro dote ſociarent. Auctis

1 Scuta. 2 Ornamenta brachiorum. 3 Sabini. 4 Præſtarent quod promiſerant, Sabini fidem ſolverunt tradendo, quæ in ſiniſtris gerebant; & ſemetipſos, quos virgo per ſpeciem proditionis Romanis inermes objectum iverat, vindicaruut, obruendo clypeis. 5 Punirent. Sic infrà 1, 3, 5. *Hunc tam immaturum virginis amorem* ultus eſt *ferro.* 6 Oppreſſerunt, necaverunt. Sic & Ovid. *Arciſque viâ Tarpeja recluſâ, Digna animam pœnâ congeſtis exuit armis.* Tarpeja obruta clypeis oſtendit, *amari proditores, dum produnt, haberi odio, cum prodiderunt*; quod Antigonum dixiſſe Plut. ſcribit. 7 Cùm hoſtibus aditus eſſet præbitus. 8 Duo colles erant, Palatium & Capitolium. In Palatio erat Roma: in Capitolio opoſita arx Tarpeja, quæ firmo præſidio arceret hoſtes ab Urbe: ad quam Urbem illac tranſire neceſſe erat. Ergo arce tradita, ad mœnia uſque acceſſerunt: fuitque atrox pugna, egreſſo urbe Romulo cum ſuis, in ipſo Urbis aditu, ad veterem portam Palatii, ubi poſteà Romanum forum fuit, cùm creviſſet Urbs. 9 Turpem & effuſam. Sic fœda *clades*, infrà 2, 2, 23. 10 Stare faceret, reprimeret. 11 Exinde, ex eo. Ita auctor noſter loquitur, cùm alicujus rei cauſam originemve prædixit: ut infrà 1, 13, 6. *Exindè certamen.* 12 Situm fuit in Palatii radice. Hîc aliquando Senatusconſulta habebantur. 13 *Stator* à *ſiſtendo* dictus eſt, quod Romanos, à Sabinis in fugam verſos, *ſtiterit*, id eſt, corroboraverit, reſiſtere ac firmiter ſtare fecerit. *Stator* ergo propriè dicitur, qui aliquem *ſiſtit*, id eſt, ſtare facit: eſt enim à ſupino *ſtatum* verbi *ſiſto*, quod eſt ſtare facio, retineo. Undè *ſiſtere gradum, fugam, lachrymas*, id eſt retinere & comprimere. *Siſto* etiam aliquando pro repræſento, & quaſi præſentiam corporis exhibeo ſumitur: dictum ab eo, quod non tantùm comparêre quis debet, ſed etiam manere. Hinc *Stator* dictus nuntius Conſulis, aut alterius jus dicentis: & *ſtata ſacrificia*, quæ conſtitutis ac certis diebus fiebant. Præterea quæ ſuprà dicti ſcribunt de Jove Statore, lege Auguſtin. c. 13. de Civit. item Ovid. in fine 6. Faſt. 14 Furentibus. 15 Interceſſerunt. 16 Sabinorum Rege. 17 Scilicet poſt triennale bellum, hiſce conditionibus: ut Urbs à Romulo, Roma; Populus à Curibus, T. Tatii patriâ, Quirites vocarentur: ut mulieres, quæ vellent cum ſuis maritis vivere, liberæ ab omni opere & miniſterio, præter lanificium, haberentur. 18 Reſpectu animorum, quibus advenerant. Claudius apud Tacitum l. 11. *Conditor noſter Romulus tantum ſapientiâ valuit, ut pleroſque populos eodem die hoſtes, dein cives habuerit.* Ita Cic. *Romulus fœdere Sabino, docuit etiam hoſtibus recipiendis augeri hanc civitatem oportere.* 19 A majoribus relictas. 20 Loco dotis conjungerent.

brevi viribus, hunc Rex ſapientiſſimus [1] ſtatum Reipublicæ impoſuit: [2] juventus diviſa per [3] tribus, [4] in equis & armis, ad ſubita belli excubaret: conſilium Reipublicæ penes [5] ſenes eſſet, qui ex auctoritate [6] *Pa-*
16 *tres*, ob [7] ætatem [8] *Senatus*, vocabantur. His ita ordinatis, repentè, cùm [9] concionem haberet, antè

1 Alibi hoc vocat, *Ordinare Rempublicam*: Juſtinus *Formare*. 2 Juvenes diviſi. 3 Triplici modo vocabulum *Tribus* uſurpatur, aut pro loco, aut pro hominibus, aut pro jure. Quando pro loco ponitur, tùm partem quandam urbis Romæ ſignificat; quando verò pro hominibus, tùm partem quandam civitatis Romanæ, vel civium notat; pro jure acceptum, jus quo donati ſunt illi, qui in talem aliquam civitatis partem poſtea fuerunt à Cenſoribus diſtributi. Erant igitur *Tribus* populi Romani partes diſtinctæ locis in Urbe diverſis, ſic appellatæ, aut à *Tributo* dando, quia P. Romanus in Tribus diviſus tributa conferebat, aut quia primò tres tantùm fuerunt *Tribus*: quarum nomina hæc ſunt *Ramnenſes*, *Tatienſes*, & *Luceres*. *Ramnenſes* dicta fuit à *Romulo*, quam conſcripſit ex Albanis iis, qui ſecum eò ab Albâ convenerant & Palatium tenebant. *Tatienſes* à *Tatio*, Sabinorum Rege, qui à Romulo prœlio victus, ab eodem in Urbem Romam & Imperii ſocietatem receptus fuit. *Luceres* vel à *Lucumonibus*, id eſt, Thuſcis; vel à *luco* Aſyli, in quem multi fugâ delati, civitateque donati fuerunt. Quælibet ex Tribubus decem Curias continebat, unde 30. Curiæ colliguntur, quæ de nominibus Sabinorum appellatæ ſunt. 4 Cum equis & armis ad bella ſubitò orta vigilaret. 5 Conſiderabat enim Romulus parva eſſe foris arma, niſi ſit conſilium domi: nec *prodeſſe foris eſſe ſtrenuum, ſi domi male vivitur*, ut ait Val. Max. l. 2. c. 9. Delegit itaque ſenes, *quibus corpus annis infirmum, ingenium ſapientiâ validum erat*, ut loquitur Sal. in Cat. ex quorum auctoritate omnia ageret, quæ publicè ſibi ſuſcipienda exiſtimaret. *Senibus enim labores corporis ſunt minuendi, exercitationes animi etiam augendæ videntur, danda verò opera, ut amicos, & juventutem, & maximè Rempublicam conſilio & prudentiâ quam plurimùm adjuvent.* Cic. l. 1. Offic. 6 *Pater* proprie is dicitur, qui aliquem genuit. Quidam deduci volunt à Græco nomine πατηρ, quia πάντα τηρεῖ, id eſt, *omnia ſervat*. *Pater* etiam nomen reverentiæ eſt: unde dicit hoc loco Florus noſter ſeniores iſtos appellatos fuiſſe *Patres ex auctoritate* ſive ab honore, vel (ut Salluſtii verbis utar) *curæ ſimilitudine*, quia ita Rempublicam adminiſtrabant, ut patres familiam ſolent; unde verſiculi iſti: *Eſt pater hic curâ, pater eſt alius geniturâ: Hic pater ætate: pater ille vocatur honore.* Varias hujus appellationis cauſas adferunt Plut. in Rom. & Dionyſ. 7 Senium: unde *Seniores* dicti ſunt. 8 Hæc fuit prima Senatus lectio majorumque gentium; qui verò cum progreſſu temporis ſublecti ſunt, *Patres Conſcripti* appellabantur. Ita Sal. in Cat. *Delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium ſapientiâ validum erat, Reip. conſultabant.* At hæc ætas fuit inter Quinquageſimum & Sexageſimum annum. 9 Orationem, verba faceret ad populum. *Concio* enim tria ſignificat: primò (ut hoc loco) orationem ipſam, quæ ad populum habetur. Cic. *Leg.* concionem *tuam, nihil illa ſapientius.* Secundò multitudinem populi congregatam ad audiendum aliquem orantem pro utilitate communi. Sal. *Itaque* concione *advocatâ, hujuſcemodi orationem habuit.* Tertio denique ſuggeſtum, ſeu locum ipſum, unde verba fiunt. Liv. l. 3. *Vocato ad concionem populo, in* concionem *aſcendit.* A *concio* fit *concilium*, id eſt, multitudo populi conſulendi gratia congregata.

urbem

urbem apud [1] Capreæ paludem è [2] conſpectu [3] ablatus
17 eſt. [4] Diſcerptum aliqui à Senatu putant, [5] ob aſperius ingenium: ſed [6] oborta tempeſtas, [7] Soliſque defectio [8] conſecrationis ſpeciem præbuêre: cui mox
18 [9] Julius Proculus [10] fidem fecit, viſum à ſe Romulum affirmans, [11] auguſtiore formâ quàm fuiſſet: mandare prætereà, ut ſe [12] pro numine acciperent: [13] *Quirinum* in cœlo vocari, placitum Diis: [14] ita [15] gentium Roma potiretur.

1 Al. *Caprææ.* 2 Evanuit è mediis civium oculis, nullum prorſùs mortis ſuæ veſtigium relinquens. Sic de Amilcare, Carthaginenſium Rege, legimus apud Herodot. l. 7. è conſpectu ſuorum ablatum, neque uſquam gentium aut vivum aut mortuum comparuiſſe; ſi uſtrà Gelone ipſum quærente. Factum ſæpè antiquitùs, ut intercepti homines in ergaſtulis ſupprimerentur; ut ſcribit Suet. Aug. c. 31. Regnavit Romulus annos 37. diebus 77. 3 Ereptus. Atque is dies *Nonæ Caprotinæ* dictus eſt, eò quòd Romulus, exercitum eo die ad *Capreæ* paludem recenſens, ampliùs non comparuit. Variæ ſunt de Romuli morte ſententiæ apud ſcriptores. 4 Dilaceratum. Alii non in Capreæ palude, ſed in Vulcani templo dilaceratum tradunt, cùm forte Senatum coëgiſſet, de Republicâ conſulturus, & è Patribus ſuam quemque Regis partem in ſinu clam abſtuliſſe. Lege Val. Max. 5, 3, 1. Ovid. 2. Faſt. 5 Alias diſcerptionis cauſas Dionyſ. l. 2. c. 5. & Plut. in Rom. tradunt 1. Faſtum, cum contumelia conjunctum, fuiſſe intolerabilem; cùm affabilitas & modeſtia res ejus ſtabilire potuiſſet. 2 Quod præter conſuetudinem, inconſulto populo Vejentibus obſides reddidiſſet. 3 Contemptum novorum civium. 4 Crudelitatem in irrogandis ſuppliciis; quæ Caligulas, Neriones, Domitianos, alioſque innumeros mucronibus objecit. 6 Fortè, repentè exorta: hanc enim vim quandoque in compoſitionibus habet *ob* particula. Sic apud Liv. l. 23. Obnata *ripis ſaliebà*... 7 Solis obſcuratio. Tres ſolis defectum in unius Romuli hiſtoria factum legimus: primùm quo die conceptus dicitur: alterum Natali urbis die, cùm prima fundamenta jacerentur: tertium cum in vivis Romulus eſſe deſiit. 8 Apotheoſis, ſive quod in Deorum numerum eſſet tranſlatus ſpeciem fecerunt. 9 Hic fuit nobiliſ ac clariſſimus vir, Albâ oriundus. 10 Effecit ut crederetur. Nam *facere fidem* eſt efficere ut credatur. Vide infrà 3, 16, 6. Plebs enim cum facibus ad Curiam decurſans à Julio Proculo revocata eſt, cùm ejus orationi fidem adhibuiſſet. Is enim primarius in civitate vir, ſe Romulum in monte aſpexiſſe dicit, ut qui humana auguſtior forma divinitatem aſſecutus eſſet. Simile quid Suet. Aug. c. 100. *Necaſſe vir prætorius, qui ſe effigiem cremati eunteм in cœlum juraſſet.* Plura hùc pertinentia congeſſit Freinshemius: quibus adde Gruterum ad Liv. l. 1. c. 16. 11 Magnificentiore. 12 Loco Dei. 13 Rationes appellationis hujus varias adfert Ovidius 1. Faſt. ſive à *Quiri* ſeu *Curi*, id eſt, *haſtâ*, quod haſtâ aſſiduè uteretur: ſive à *Curibus*, opulentiſſima Sabinorum urbe: ſive à *Quiritibus*, qui tamen ab ipſo nomen acceperunt. 14 Id eſt, ſi hoc fecerint, ſi ſe pro numine acceperint. 15 Populos ſub poteſtatem ſuam redigeret.

CAP.

CAP. II.

[1] *De Numâ Pompilio.*

1 [2] SUccedit Romulo [3] Numa Pompilius: quem [4] Curibus Sabinis [5] agentem, [6] ultrò petivêre, ob [7] inclitam viri [8] religionem. [9] Ille [10] ſacra, & [11] cæremonias, omnemque [12] cultum Deorum immortalium

1 Numæ geſta ſcribunt Liv. l. 1, 18, & ſeqq. Eutrop. 1, 1. Val. Max. 1, 2, 1. Plin. 13, 13. 14, 12, 18, 29. Ovid. Metam. 15. Fab. 44. Virg. Æn. 6, 808. Plut. in vita Numæ. Dionyſ. 2, 59. 2 In Romuli locum venit. In hoc capite Numa Pompilius à Curibus Sabinorum, eò quod æquitate prudentiaque excelleret populi juſſu, Patrum auctoritate evocatus alter Pop. Rom. Rex creatur: qui etſi nulla belli laude nobilitatus ſit, tamen pacis & religionis virtute floruit: idem Pontifices, Augures, Flamines, Salios, Veſtales, alioſque ſacerdotes primus creavit. Verùm notandum eſt, poſt Romulum repente ſublatum, interreges Reip. præfuiſſe, id eſt, regnaſſe Patres, per viciſſitudinem decuriarum, eo, quo Livius prodit, ordine, annum unum. *Interregnum* vero, intervallum illud temporis, à re vocatum eſt, quo regnum vacavit à demortuo Rege ad ſucceſſoris proximi creationem. *Interrex* ille dicebatur, qui intereà regno præerat, donec ſucceſſor deſignaretur; ſed Interregia poteſtas quinque dierum tantùm erat: quibus exactis, alter iterùm creabatur Interrex. 3 *Numa* dictus eſt ἀπὸ τῶν νόμων, id eſt, *à legibus*, quas inſtituit. Pater erat Pompo Pompilius. Non multum à quadrageſimo anno aberat, cùm regnare inciperet. 4 *Cures* Sabinarum urbium nunc opulentiſſima: unde *Quirites* dicti putantur, ab *haſtis* ſcilicet, quas Sabini *Cures* vocabant. 5 Degentem, verſantem, habitantem. 6 Sponte, non laceſſiti aut moniti Numam Regem fecerunt. Sic ultrò *regnum datur Tullo*, infrà 1, 3, 1. 7 Celebrem & magni æſtimatam. Sic *ineliti armis Romani* 3, 1, 2, 97. Sanctitatem. Id verò & in aureo ſæculo primùm obtinuiſſe volunt, ut ad regnum neminem vel generis dignitas, vel ambitio popularis, ſed ſpectata virtus proveheret. Sen. Ep. 40. *Inter homines pro ſummo eſt optimus. Animo itaque tunc rectior eligebatur. Ideoque ſumma felicitas erat gentium, in quibus non poterat potentior eſſe niſi melior.* 9 Numa Pompilius. 10 Ritus ſacros, res divinas, omnia quæ ad divinum cultum ſpectabant. 11 Sacrificia. *Cæremoniæ* generaliter apud Latinos dicuntur omnes ritus ſacrificiorum, à *Cære oppido*, teſte Val. Max. 1, 1, 10. 12 Reverentiam, venerationem,

docuit:

Digitized by Google

docuit : ille [1] Pontifices , [2] Augures , [3] Salios , cæteroſque per [4] ſacerdotia , [5] annum quoque [6] in duodecim menſes , [7] faſtos dies nefaſtoſque [8] de-

1 *Pontifex* verò appellatus eſt vel à *poſſe* & *facio* , vel (ut Varro ait) à *ponte faciendo :* nam à *Pontificibus* pons ligneus ſeu ſublicius primùm eſt factus, & poſteà ſæpè reſtitutus, nec non cæterorum pontium cura iis data. Erant autem *Majores* & *Minores Pontifices* , inter quos unus ſummus, qui *Pontifex Maximus* dicebatur, à Numa Pompilio inſtitutus, quod maximarum rerum, quæ ad ſacra & religionem pertinent , judex eſſet. Pontificum officium erat , de ceremoniis ac religione cognoſcere, leges ferre de ſacris, quæ nondùm ſcripta eſſent , nec uſu recepta: Sacerdotes inquirere. Ipſi nulli judicio mulctæ-ve erant obnoxii , neque Senatui, neque populo dictorum factorumque rationes reddebant. 2 Hi ab avium obſervatione nomen habent. Horum officium erat , non avium tantùm , ſed ſigna omnia divinitùs miſſa interpretari. 3 Sacerdotes Martis , dùm ancilia ferrent per urbem , ſalientes. *Salii* (teſte Livio 12.) in urbe fuêre à Numa conſtituti , & Marti Gradivo conſecrati, qui totidem ancilia per urbem cum ſaltibus geſtabant atque tripudiis : undè & nomen habent. 4 *Sacerdotes* vocantur omnes , qui quæ-ve res ſacras divinaſque tractabant, è quibus aliquot ſingulis Diis operabantur , aut promiſcuè omnium Deorum rationem habebant , de quibus jam diximus , Pontifices. Ex iis, qui ſingulis Diis operabantur , à Numa inſtituiti ſunt , Salii 12. qui Marti : Flamines tres , quorum qui Jovi operabatur , Dialis , qui Marti, Martialis , qui Quirino , Quirinalis dictus eſt, quæ Veſtæ ſacra curabant , Veſtales erant virgines. Cæterum Floro *per ſacerdotia deſcribere* idem eſt, quod Tacito *per cohortes , per manipulos componere.* 5 De hac re vide Plut. in Numa. Ovid. Faſt. 1. Notandum hîc, Kalendarii corrigendi curam penes Reges , vel Imperatores fuiſſe; ſic enim poſt Numam legimus C. Cæſarem faſtos correxiſſe. 6 Per. Sic infrà 1 , 6 , 3. in *claſſes digeſtus eſt populus Romanus.* 7 Numa , cùm annum in duodecim menſes diſtribuiſſet , eundem etiam in certa dierum genera diviſit , ita ut quidam dies eſſent *Feſti* ; alii *Profeſti* , alii *Interciſi. Feſti* dicebantur , in quibus vel ſacrificia Diis offerebantur , vel epulationes celebrabantur , vel ludi in honorem Deorum egebantur, vel feriæ obſervabantur. *Profeſti* , qui hominibus ad adminiſtrandam rem privatam , publicamque conceſſi erant : ſic dicti (ut ait Feſtus) *quòd procul* ſint à Religione numinis divini. Horum alii erant *Faſti* , quibus Prætori licebat fari tria verba ſollennia. *Do , Dico , Addico : Do* ſcilicet *agendi poteſtatem* ; *Dico* , ſcilicet *jus* ; *Addico* id eſt , adjudico rem , de quâ agitur. Quibus contrarii ſunt *Nefaſti* ; his enim non licebat Prætori tria verba ſolennia fari. Alii *Comitiales* , quibus licebat cum populo agere , concilio coacto , populuſque Romanus convenire ſolebat ad ferendum ſuffragium, *Faſtis* quidem lege agi poteſt ; ſed cum populo non poteſt : Comitialibus utrumque poteſt : Undè Ovid. 1. Faſt. *Ille* ne faſtus *erit* , *per quem tria verba ſilentur :* Faſtus *erit* , *per quem lege licebit agi. Interciſi* dicti , in quibus Deorum ſimul atque hominum res agere licet: nam manè & veſperi fari , id eſt , jus dicere inhibetur ; medio tempore inter cæſam hoſtiam & porrectam fari , ſive jus dicere permittitur. 8 Definivit , partitus eſt.

ſcripſit.

Digitized by Google

1 ſcripſit. Ille [1] Ancilia atque [2] Palladium, [3] ſecreta quædam imperii pignora; [4] Janumque geminum,

1 *Ancile* eſt ſcutum breve & rotundum: de quo Virg. *Lævâque ancile gerebat.* Dictum eſt *Ancile* ab *anciſione*, quod fit ab omni parte veluti anciſum & rotundum. Ovid. *Idque ancile vocant, quod ab omni parte reciſum eſt: Quemque notes oculis, angulus omnis abeſt.* Freinshemius hîc citat Plutarchi locum in Numâ cap. 12. qui *Ancilia* vocat: ſic dicit, quoniam ἀγκυλὸν τὸ σχῆμα ποιοῦσιν, id eſt, *curvam figuram faciunt.* Ferunt, regnante Numa, breve ſcutum atque rotundum de cœlo lapſum: de quo Ovid. 3. Faſt. *Ecce levi ſcutum verſatum lenitèr aurâ Decidit: à populo clamor ad aſtra venit.* Conſulti deinde haruſpices reſponderunt ibi futurum totius orbis imperium, ubi ſcutum illud ſervaretur. Quo accepto reſponſo, & honoris gratia, & quò idem tutiùs ſervaretur, ne ab hoſtibus furripi poſſet. Numa Pompilius 12. alia ad ſimilitudinem cœleſtis illius fabricari juſſit, quæ in templo Martis repoſita fuêre: & cùm 12. adoleſcentes ſacerdotes Numa ipſi Marti Gradivo delegiſſet, juſſit ipſa cœleſtia arma, quæ *Ancilia* nominavit, ſuſpenſa collo ab illis per urbem portari, cum ſaltatu atque tripudiis carmina decantari: unde *Salii* dicti ſunt à *ſaltu*, teſte Ovid. 3. Faſt. *Jam dederat Saliis, (à ſaltu nomina ducunt) Armaque, & ad certos verba canenda modos.* Inter cætera carmina hoc fuiſſe dicunt, veterem Mamurii memoriam: quia cùm Numa acciviſſet undique fabros, qui ſcuta alia cœleſti ſimillima fabricarent, inventus eſt quidam Mamurius, qui adeò ſimilia fecit, ut à cœleſti diſcerni non poſſent. Juſſus itaque præmium petere quod vellet, nihil aliud petiiſſe dicitur, niſi ut Salii, Ancilia geſtantes, per urbem canerent in veterem Mamurii memoriam. 2 *Palladium* erat ſimulacrum Palladis, quod Æneas poſt excidium Trojæ, à Diomede acceptum in Italiam tranſportaſſe dicitur. Quem ideò *Penatigerum* vocat Ovid. Metam. 15. 3 *Fata* appellat Plautus: quibus nempe manentibus ſalus populi ſalva eſſet. *Pignus* enim dicitur omne illud, quod rem aut cauſam ſecuram facit, quoniam ea pignoris propriè dicti virtus eſt. Sic *pignus conjurationis* appellatur *ſanguis humanus* l. 4, 1, 4. Ita Capitolium *pignus imperii* vocat Tacit. Hiſt. 3, 72, 2. ſupercilium Conſulis Piſonis *pignus Reipublicæ.* Cic. pro Sex c. 8. *Secreta* vocat, quia illi maximè abſcondebantur, nec tractabantur, niſi rarò, & ab hominibus ei rei ſacris. Ergo *Pignora Imperii* ideò vocat, quod voce cœlitus miſſa exauditum eſt, civitatem omnium fore potentiſſimam, quamdiu Ancile de cœlo delapſum in eâ manſiſſet. Oraculum etiam de Palladio redditum erat, Urbem fore ſempiternam, ſi id ſimulacrum extra mœnia non portaretur. 4 *Janus* dictus eſt à *januis*, quod *januis* præeſſet. Primus docuit Italos vinum & far ad ſacrificia, & religionem magis, quam ad eſum & potum. Appellatur verò *Geminus*, ob ſingularem prudentiam, quâ præviderit futura, & præterita ſciverit.

[1] fidem pacis ac belli; inprimis focum [2] Veſtæ virginibus colendum dedit; [3] ut [4] ad ſimulacrum cœleſtium ſiderum, [5] cuſtos imperii flamma vigilaret. [6] Hæc om-

1 Signum, argumentum quod indicaret, pacem ne haberent an bellum Romani. Mortuus enim Janus inter Deos relatus eſt, templumque habuit Romæ à Numâ Pompilio poſitum, cujus portæ tempore belli patebant, pacis verò tempore claudebantur. Hinc Janus *Patulcius*, hinc *Clauſius* cognominabatur. Conſtat autem templum hoc ter fuiſſe clauſum; primò regnante Numa; iterùm, poſt bellum Punicum ſecundum; tertiò poſt bellum Actiacum. Vide l. 2. c. 3. & l. 4. c. 12. Hujus autem claudendi vel aperiendi templi ratio varia eſt. Alii dicunt, Romulo contra Sabinos pugnante, cum jam propè vinceretur, calidam aquam ex hoc loco eruptiſſe, quæ fugavit exercitum Sabinorum. Hinc ergo tractum morem, ut pugnaturi aperirent templum, quod in eo loco fuerat conſtitutum, quaſi ad ſpem priſtini auxilii. Alii dicunt, Tatium & Romulum, facto fœdere, hoc templum ædificaſſe. Undè & Janus ipſe duas facies habet, ut oſtendat duorum Regum coïtionem; vel quod ad bellum ituri debeant de pace cogitare: quò tutò poſſint reverti. 2 Quæ Veſtæ Deæ ſacratæ ferant. *Virgines* enim *Veſtales* dictæ ſunt, quod Veſtæ ſacra curarent. 3 Ut, ſicut ſidera æternùm lucent, ſic virginum aſſidua cura atque opera hic ignis lucere deberet; qui ſi fortè per negligentiam fuiſſet extinctus, nequaquam alio ex igni reparare fas erat, ſed accenſa per fomites ex Sole flamma, purus & cœleſtis ignis elicebatur. Alii dicunt, quod ideò ſervabant, ut ſignificarent ſe ita perpetuò puras & inviolatas eſſe debere, ſicut inviolatus ſervabatur ignis. 4 Ad exemplum, exemplo, more. 5 Putabant enim Romani poſt extinctionem, Urbis & imperii everſionem ſecutuam. Vide quæ diximus ad Saluſt. p. 62. & Ovid. 6. Faſt. & Roſin. Antiq. Rom. l. 3. c. 19. Primus æterni Ignis uſus fuit in Eccleſia Judaïca. Ab his procul dubio, ut alia, religionem hanc mutuati ſunt Ægyptii. Diod. Sic. Hinc Perſæ & Chaldæi; de quibus Curt. 4, 14, 24. ad quem locum videndus Freinshemius, & qui ab eo citantur. Ab his habuerunt Græci. Nam & Athenis & Delphis ignem æternum ſervatum fuiſſe legimus apud Plutarch. in Numa. A Græcis accepêre noſtri Romani, tanquam conditoribus ſuis. 6 Multi veterum gnari, rem ad multitudinem imperitam & rudem efficaciſſimam eſſe ſuperſtitionem, & ficta cum Diis colloquia, ſæpè hoc dolo uſi ſunt. Scipio Africanus Jovem in Capitolina cella conſulere dixit. Minos leges, quas ferebat, Jovi adſcripſit, ut violare eas homines vererentur, quas à Deo exiſtimabant profectas. Valer. Max. l. 1, 2. Sic etiam Mahometes ſimulatione colloquiorum cum Gabriele Angelo ſuos contra totum orbem armavit. Alii referunt, etiam colloquia cum columbis ſimulaſſe; ut Sertorium cum cerva alba. Val. Max. l. 1. c. 2. Plutarch. in vita Sertorii. Sic Caligulam invenio apud Suet. congreſſus & colloquia ſimulaſſe cum Jove, Lucinâ, Caſtore & Polluce.

Digitized by Google

nia quasi monitis [1] Deæ Egeriæ, quò magis [2] barbari [4] acciperent. Eò denique [4] ferocem populum [5] redegit, ut, quod vi & [6] injuriâ [7] occupaverat [8] imperium, [9] religione atque justitiâ [10] gubernaret.

1 *Nymphæ* sc. Hanc ab *egerendo* dictam vult Festus, quia ipsi sacrificabant prægnantes, quod eam putabant facilè fœtum utero *egerere*. Istam Egeriam consulere Numa sese super cultu religionum & cæremoniarum institutis simulabat: ut populum superstitione captum ad ea, quæ commentabatur, faciliorem haberet. De hoc commento Numæ sic dicit Liv. l. 1. *Omnium primùm rem ad multitudinem imperitam, & illis sæculis rudem efficacissimam, Deorum metum injiciendum ratus est, qui cum descendere ad animos sinè aliquo commento miraculi non posset, simulat sibi cum Deâ Egeriâ congressus nocturnos esse, ejus sese monitu, quæ acceptissima Diis essent sacra, instituere.* Et paulo post: *Lucus erat, quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aquâ, quò quia se persæpè Numa sinè arbitris velut ad congressum Deæ inferebat, Camœnis eum Lucum sacravit, quod Dearum sibi consilia cum conjuge sua Egeria essent, & soli Fidei solenne instituit.* De Egeria etiam Ovid. 3. Fast. & Met. 15. Cic. 1. de Leg. Val. Max. l. 1. c. 2. Dionys. l. 2. Plutarchus in Numâ. 2 Appellat ita, quod rudes & feroces fuerint, nullis cultioribus institutis mitigati: quod Florus noster tangit infrà 1, 22, 1. sive quod ex Barbaris, id est, non Græcis, orti essent. *Barbari* enim dicebantur Græcis omnes aliæ gentes, etiam moribus legibusque cultissimæ. Cato apud Plin. 29, 1. *nos quoque* (scilicet Romanos) *Græci* Barbaros *dictitant.* 3 Susciperent, non respuerent. 4 Indomitum, ferum. 5 Deduxit, compulit. Ter. *Eo* redigis *me, ut, quid egerim, egomet nesciam.* 6 Iniquitate, injustitiâ. 7 Invaserat, sibi vendicaverat. Cic. *Tiberius regnum* occupare *conatus est.* 8 Regimen. 9 Sanctitate. 10 Regeret.

CAP. III.

De Tullo Hostilio.

1 [1] EXcipit Pompilium Numam [2] Tullus Hostilius:

1 Sequitur, succedit Pompilio Numæ Tullus Hostilius, tertius Romanorum Rex, populi jussu, Patrum auctoritate creatus, militari iterùm disciplina armisque senescentem populi Romani virtutem acuit. Albanos tergeminorum Horatiorum pugna in potestatem redactos, Alba diruta, Romam traduxit. 2 Hunc Livius dicit nepotem fuisse illius Hostilii, qui fortiter pugnans adversùs Sabinos, in lacum Curtium lapsus est, qui deindè lacus Hostilius dictus est. Regnavit Hostilius annis 32. Fulmine ictum cum regia, uxore, filiis, omnique familia conflagrasse, ex Plinio & Dionysio liquet: qui de hoc incendio duas affert opiniones, & dicit incensam domum alios putare per fulmen, ob quorundam sacrorum intermissionem: plures tamen humanis insidiis esse factum; id opus Anco Martio, successori suo, adscribentes. Vitam Tulli Hostilii Regis scribunt Liv. 1, 22. Dionys. l. 3. Eutrop. 1, 6. Val. Max. 3, 4, 1, 7. 4, 1, 9, 12, 1. Virg. Æn. 6, 813.

1 Cui

1 Cui 2 in honorem 3 virtutis regnum 4 ultrò datum.
2 5 Hic omnem militarem disciplinam, artemque bellandi 6 condidit. Itaque 7 mirum in modum 8 exercitâ juventute, 9 provocare ausus Albanos, gravem & 10 diu principem populum. Sed cùm 11 pari robore 12 frequentibus prœliis 13 utrique 14 comminuerentur, 15 missò in compendium bello, 16 Horatiis, Curiatiisque 17 tergeminis hinc atque indè fratribus, 18 utriusque po-

1 Tullo Hostilio. 2 Propter. Sic *ultionem*: infrà 1, 11, 1. In *honorem mortuorum* 3, 5, 10. 3 In Numâ religio, magnum cujusque status fulcimentum: in Tullo virtus spectata fuit. Confer Sen. Epist. 40. At quomodo potuit, si sub Numâ duorum & quadraginta annorum pax fuit? Sed de avo ejus id referunt Livius & Dionysius: ut ita non tam in honorem suum, qui virtutis avitæ regnum accepisse videatur: licet adeptum posteà præclarè administraverit. 4 Sponte. Referenda hæc ad locum superioris capitis, num. 1. 5 Tullus Hostilius. 6 Perpolivit, correxit, & quasi ex integro restituit, & in talem splendorem produxit, ut pro novo haberi possit. Sic Augustus *condidit* imperium l. 4. c. 12, 66. Gentem Tyriorum Alexander. Justin. 18, 4, 1. Imperium Carthaginensium Mago, Justin. 19, 1, 1. Pulchrè in hanc rem Alexander Severus: *Disciplina majorum Remp. tenet: quæ si dilabitur, & nomen Romanum, & imperium amittimus.* Urget eandem disciplinam Papirius apud Liv. l. 8. cum ipsi ereptum irent. Q. Fabium Rullianum, qui contra mandatum illius, licet prosperè, cum Samnitibus pugnaverat. Vide & Val. Max. l. 2. c. 8. qui disciplinam militarem acriter retinendam & retentam Romæ, Romanum imperium, ortum è Romuli casâ, totius terrarum orbis feciſſe columen scribit. 7 Valdè, optimè. 8 Exercitatis juvenibus. Sic *exercitum corpus.* Sal. in Jug. 9 Sc. *ad pugnam*, id est, lacessere. Albani enim ex Romano agro prædas agebant. Lege Liv. l. 1. 10 Quia Alba condita fuit ab Ascanio, Æneæ filio, antè Romam annis 400 diruta sub hoc T. Hostilio A. V. C. 87. Stetit ergo res Albana annis 477. *Principem populum*, id est, qui reliquis plus posset polleretque, ideò vocat, quia & Romani Albanorum coloni erant, & genus & gentem Romani etiam patricii magna ex parte ad Albanos referrent. 11 Æquali fortitudine. 12 Crebris, multis conflictibus & certaminibus. 13 Albani & Romani. 14 Debilitarentur. Sic l. 2. c. 6, 28. *Itaque sic maceravit Annibalem, ut, qui frangi virtute non poterat, morâ* comminueretur, id est, delibitaretur. 15 Paucioribus utrimque demandato bello. Sic mortis periculo plures erepti sunt, dùm pauci se illi exponunt. Apud Virgilium Turnus & Æneas certamine singulari decertant, atque eo modo res definire æquum esse judicat Æneas. Lege 1. Sam. c. 17. Joseph. Antiq. l. 6. c. 11. Herod. l. 1. Similia exempla collegit Zwingerus Theatri Histor. Vol. 8. l. 4. p. 2113. 16 Horatios Tergeminos pro Romanis, Curiatios pro Albanis pugnasse plerique testantur. 17 Tribus eodem partu editis utrimque fratribus. 18 Romani & Albani populi fortuna, quæ fati decreto destinata est, commissa ac tradita est. Antequam verò hoc fieret. fœdus ictum inter Romanos & Albanos est his legibus: ut utrius populi cives eo certamine vicissent, is alteri populo cum bonâ pace imperitaret, Liv. l. 1.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

puli

puli fata permiſſâ ſunt. [1] Anceps, & pulchra [2] contentio, [3] exituque ipſo mirabilis. Tribus quippe [4] illinc vulneratis, [5] hinc duobus occiſis, qui ſupererat Horatius, addito ad [6] virtutem dolo, ut [7] diſtraheret hoſtem, [8] ſimulat fugam: [9] ſinguloſque, prout ſequi poterant, [10] adortus, [11] exſuperat. Sic (rarum alias decus) unius manu [12] parta victoria eſt: quam [13] ille [14] mox parricidio fœdavit. Flentem ſpolia circa ſe, [15] ſponſi quidem, ſed hoſtis, ſororem viderat. Hunc

1 Dubia. Aliquando *anceps* ponitur pro eo, quod ex utraque parte eſt acutum: ut, *anceps gladius, culter.* 2 Pugna, certamen: eſt enim à verbo *contendere*, id eſt, certare, pugnare: ut ſuprà in Præfat. *Contentio* propriè ſignificat vehementem conatum ad aliquid agendum. 3 Eventu: ut, Exitus *acta probat.* Sic incertus *exitus* & anceps fortuna belli. 4 Ex Albanis. 5 Ex Romanis. 6 Fortitudinem. 7 Diversè traheret, ſepararet ſeu disjungeret Albanos. 8 Præ ſe fert ac oſtentat ſe fugere, cùm tamen non fugeret. *Simulamus* enim *falſa*, ſeu ea eſſe, quæ non ſunt. Cic. Simulabat *ſe Romam redituram, cum in Africam navigaturus eſſet. Diſſimulamus vera*, ſeu ea non eſſe, quæ ſunt. Virg. 4. Æn. Diſſimulare *etiam ſperaſti perfide tantum Poſſe nefas? Simulo* autem à *ſimul* derivatur, quod eſt Adverbium congregandi. Nihil enim aliud eſt *ſimulare*, quam ea, quæ abſunt, *ſimul* eſſe oſtendere. Iſta olim arte Cyrus Scythas, Scythæ Cyrum ſuperarunt. Juſtin. l. 1. Romanorum exercitum ſub jugum miſit Jugurtha. Sal. in Jugurth. Perſæ victi à Theſſalis Curt. l. 3. c. 1. Et ſæpiùs apud Tacitum fuga ſimulata locum fraudi quæſitum fuiſſe legimus. Hiſt. l. 1. c. 56. l. 2. c. 11. l. 6. c. 35. l. 13. c. 40. 9 Curiatios ſcilicet. 10 Aggreſſus. 11 Devincit. 12 Acquiſita. 13 Horatius. 14 Paulò poſt cæde ſororis ſuæ inquinavit, dehoneſtavit. Victoria & rerum ſucceſſus impotentes animi facit homines. Moniti verò hoc genus exemplis Romani, pulcherrimo ritu Victoribus aures vellicarunt. Nam triumphantibus à tergo adſtabat in eodem curru *ſervus publicus*, qui *aurcam immenſi ponderis coronam* ſuſtinebat, ac triumphantem ad *inſtrumenta ultimi ſupplicii*, proximè *currui appenſa*, attendere monebat, quæ erant *tintinnabulum* & *flagellum*; indicantia, eum in tantas calamitates poſſe incidere, ut aut flagris cædatur, aut capitis damnetur. *Parricidium* Iſidorus dici putat, quaſi *parentis cædium.* Eſt autem à *parricida*, ſic dictus quaſi *patricida*, id eſt, qui patrem occidit: quamvis etiam extendatur ad eum, qui fratrem, aut matrem, aut ſororem (ut hoc loco) aut alium quemvis de ſanguine ſuo interfecit. Patriæ etiam oppreſſor, aut proditor, *parricida* jure vocatur: quia patria communis eſt omnium parens. Sic Senatores Catilinam vocant *parricidam*, quia conjuraverat in patriam. Sal. in Cat. 15 Soror Horatii, deſponſata uni ex Curiatis, illi obviam ad portam Capenam fuit: cognitoque ſuper humeros fratris paludamento ſponſi, quod ipſa confecerat, crines ſolvit, & flebiliter nomine ſponſum mortuum appellat. Movet feroci juveni animum comploratio ſororis in victoria ſua, tantoque gaudio publico: ſtricto itaque gladio ſimul verbis increpans, transfigit puellam. *Abi hinc cum immaturo amore*, inquit, *ad ſponſum, oblita fratrum mortuorum vivique, oblita patriæ. Sic eat, quæcunque Romana lugebit hoſtem.* Liv. l. 1.

tam

tam [1] immaturum virginis amorem [2] ultus eſt ferro.
6 [3] Citavêre leges nefas : [4] ſed abſtulit virtus parricidam, & facinus [5] intra gloriam fuit. Nec diu in fide [6] Albanus. Nam [7] Fidenate bello miſſi [8] in auxilium [9] ex fœdere, [10] medii inter duos exſpectavêre [11] fortunam. Sed [12] Rex [13] callidus, ubi inclinare ſocios ad hoſtem videt, [14] tollit animos, [15] quaſi ipſe mandaſſet : ſpes

1 Intempeſtivum. 2 Punivit gladio : nam transfixit eam, ut diximus. 3 Scelus, facinus, parricidium Horatii examinatum eſt legibus, ob parricidium raptus in jus ad Regem. Lex horrendi carminis erat: *Duumviri perduellionem judicent. Si a Duumviris provocarit, provocatione certato : ſi vicerint, caput obnubito : infelici arbori reſte ſuſpendito. Verberato vel intra pomœrium, vel extra pomœrium.* Hac lege capitis damnatus à Duumviris, pater Horatius ad populum provocat. Populus filii vitam lachrymis patriæ condonat. Liv. l. 1. 4 Sed fortitudo ſeu victoria parta eripuit ac liberavit Horatium, ſororis ſuæ interfectorem, à pœnâ parricidii. Nam *abſolverunt magis, admiratione virtutis, quam jure cauſæ :* ut loquitur. Liv. l. 1. 5 Minus gloriâ. Sic *pulchritudo Cleopatræ* intrà pudicitiam *principis Auguſti fuit*, id eſt, minor pudicitia. 4, 11, 9. Ita Quintil. l. 11. *Scripta Hortenſii* intrà famam *ſunt*, id eſt, minora famâ. Sic *intrà pubertatem mori*, eſt nondùm puberem mori. Dicit ergo gloriâ è certamine, cum Curiatiis decertato, parricidii abſcondiſſe ſcelus. 6 Id eſt, Albani, ſcilicet *manſerunt*. Singularis pro plurali. Sic l. 3. c. 10. *Iterùm de* Germano *Junctori querebantur*, id eſt, de Germanis. 7 Quod Romani gerebant contra Fidenates & Vejentes uſuri occaſione ex eventu belli, quod inter ſe Romanus & Albanus gerebat, arma ex inſidiis parabant : quos ut fœdere junctos intelligunt, bellum quoque & ipſi ſapiebant. Fraude tamen Suffetii, ſocietatiſque promiſſione, ad arma contra Romanos ſollicitantur. Flagrabat enim Dictator Suffetius domeſtica invidia apud ſuos, eò quod publicam fortunam Tergeminorum fato experiundum commiſiſſet : eam ſe Suffetius tali in Romanos inſidiarum occaſione extincturum ſperabat. 8 Ad auxilium contra Fidenates. 9 Juxta fœdus, juxta fœderis leges. Sic *Ex meritis*. 4, , 12, 28. *Ex more* 4, 2, 79. 10 Ambigui, quò inclinarent, dubitantes. 11 Eventum belli, callido ſcilicet conſilio ducis, quod tamen ipſi in exitium vertit. Fuit hoc ingenium etiam pleriſque Græcis. Vide Curt l. 4. c. 5. *Democritus præter Ætolorum, egregiè conſultum genti ajebat : nam utrius partis melior fortuna belli eſſet, ad ejus ſocietatem inclinaturos.* 12 Tullus Hoſtilius. 13 Prudens, ſolers, aſtutus. 14 Audaciam, animoſitatem Romanis facit. Sic Virg. Æn. de Turno : *Ultrò* animos tollit *auctis, atque increpat ultrò :* & Æn. 10. animos *tamen omne tollit*. Et Liv. l. 35. *Nec dubium eſt, quin omnis Hiſpania* ſublatura animos *fuerit* : quod Florus noſter *animos erigere* dixit 4, 9, 3, & *animis ingentibus* efferri. l. 3. c. 5. Vide noſtrum l. 4. c. 2. 15 Clariùs hoc explicat Livius l. 1. cùm addit, clara ipſum Regem voce ſuos inveniſſe milites, dixiſſeque. *Nihil trepidatione opus eſſe : ſuo juſſu Albanum circumduci exercitum*, (qui digreſſu ſuo latera Romanorum nudaverat) *ut nuda Fidenatium terga invadant*. Simili ſtratagemate uſus Jugurtha apud Sal. Jug. c. 102.

indè

indè [1] noſtris, metus [2] hoſtibus. Sic fraus proditorum
8 [3] irrita fuit. Itaque hoſte victo, [4] ruptorem fœderis Metium Suffetium, [5] religatum inter duos currus, [6] per-
9 nicibus equis [7] diſtrahit. Albamque ipſam [8] quamvis parentem, [9] æmulam tamen, [10] diruit, cùm priùs omnes opes urbis ipſumque [11] populum Romam tranſtuliſſet: prorsùs ut [12] conſanguinea civitas non periiſſe, ſed [13] in ſuum corpus rediiſſe [14] rursùs videtur.

1 Romanis. 2 Fidenatibus. 3 Inutilis, vana, nullius valoris. 4 Violatorem. 5 Albanorum Dictatorem: de quo Virg. Æn. 8. 642. & Ovid. 1. Triſt. El. 3. *Sic doluit Metius, tunc cùm in contraria verſus Ultores habuit proditionis equos.* Ligatum, alligatum. 6 Celeribus. Virg. *Pedibus celerem, & pernicibus alis.* 7 Diversè trahit, diſcerpit, dilacerat. Præter nominatos lege Val. Max. 7, 4, 1. Claud. in Gildon. 254. Varro *imperioſiùs, quàm humaniùs*, egiſſe hoc facto Tullum dicit. Livius certe l. 1. *ſupplicium exempli parùm memoris legum humanarum* vocat. Id ſupplicii Herculem inveniſſe ferunt. 8 Ita, ubi de imperio agitur, omnia alia inferiora, ſunt, nec parentibus, nec filiis, aliis-ve ſanguine junctis parcitur. Nam (ut ait Livius) *invidia regni, etiam inter domeſticos, omnia invida atque infeſta facit*: nimis enim altè infixum eſt animis hominum illud Euripidis: *Nam ſi violandum eſt jus, regnandi gratiâ violandum eſt: aliis rebus pietatem cola.* 9 Invidam. 10 Dejicit, evertit atque deſtruit. Ter. *Hanc maceriam jube* dirui. Liv. l. 1. *Una hora quadringentorum annorum opus, quibus Alba ſteterat, excidio ac ruinis dedit. Templis tamen Deorum (ita enim edictum ab Rege fuerat) temperatum eſt.* 11 Idem l. 1. *Cum tranſlatus eſſet Romam, Principes Albanorum in Patres, ut ea quoque pars Reip. creſceret, legit; Tullios, Servilios, Quintios, Geganeos, Curiatios, Cluelios: templumque, ordine ab ſe auctо, curiam fecit. Poſt, equitum decem turmas ex Albania legit.* 12 Sanguine connexa. 13 Intra ſuum totum, Sic Juſtin. l. 5. 14 Suffecerat *redire:* ſed gaudent interdùm hoc Pleonaſmo ſcriptores. Sic *rursùs repetere*, eſt apud Suet. in Cæſ. c. 2. & c. 17. Recidit rursùs *in diſcrimen aliud.* Ita *rursùm recipere* apud. Juſtin. l. 5.

CAP.

CAP. IV.

De Anco Marcio.

1 [1] ANcus deindè Marcius, nepos [2] Pompilii, [3] pari ingenio. Hic igitur [4] & mœnia [5] muro amplexus
2 est, & interfluentem Urbi Tiberinum [6] ponte [7] commisit: [8] Ostiamque, in ipso maris fluminisque [9] confinio, [10] coloniam posuit: jam tùm videlicet [11] præsagiens animo, futurum, ut totius mundi opes & commeatus illo, veluti maritimo Urbis [12] hospitio, [13] reciperentur.

1 Ancus Marcius populi jussu, Patrum auctoritate quartus rex declaratus, mœnia muro cingit, Sublicium pontem struit, Ostiam condit. Quæ compendio è hic tractantur, lege apud Liv. l. 1. Dionys. l. 3. Claud. 109. Virg. Æn. 6, 815. Dictus autem *Ancus* ἀπὸ τῆς ἀγκῶνος, id est, *a cubito*, quem incurvum habuit. Regnavit annos 24. incertum quo genere mortis perierit: violento suspicantur multi. Reliquit duos filios, qui postea cùm L. Tarquinium Priscum interfecissent, à Servio Tullio in exilium acti sunt. 2 Numæ sc. 3 Æquali, quantum sc. ad justitiam, religionem, pacisque artes attinet: sed etiam *cuique superiorum regum, belli pacisque & artibus & gloriâ par fuit*, teste Livio l. 1. Septem autem bella gessit: primum cum Latinis; alterum cum Fidenatibus; tertium & septimum cum Sabinis; quartum & quintum cum Vejentibus; sextum cum Volscis. 4 *Intermœnia* legit Salmasius, quæ sunt intervalla, quibus mœnia deficiebant, nec conjungebantur. Illa intermœnia muro amplexus est Ancus Marcius. Nam in illis locis, in quibus crebra & juncta erant ædificia, mœnibus non erat opus, cum objecta suo murorum vicem præstarent ædificia Sed ubi deficiebant, quæ intervalla rectè *intermœnia* appellat, illa muro amplexus est. Vulgata tamen lectio defendi potest Nam Auctores per *mœnia* nonnunquam opera vel ædificia intelligunt. Sic Frontin. de limitibus agrorum: *Ligna in reparationem* mœnium *publicorum traherentur* Adde Servium ad illud Virg. 2. Æn. *Fusi per* mœnia *Teucri Conticuêre. Abusivè*, inquit, *& publica & privata ædificia mœnia dicuntur*. Vitruvium; qui *mœnia affluentia* dixit, pro urbe amplâ ac spatiosâ Florum ipsum 3, 10, 2. *Venêre sedes petitum intensis* mœnibus *suis*, id est, ædificiis & vicis. 5 Muro cinxit. Quid hoc sit, ostendit Liv. l. 1. c. 33. *Janiculum*, inquit, *quoque adjectum, non inopiâ loci; sed ne quando ea arx hostium esset*. Addidit & porrò ibid. *id non muro solùm, sed etiam, ob commoditatem itineris, ponte sublicio, tùm primùm in Tiberi facto, conjungi urbi placuit*. Vide & Dionys. l. 3. c. 58. 6 Sublicio sc. id est, ligneo, à *sublicis*, id est, palis ligneis ad pontis sustentationem in aquâ defixis, quò ponte in Tiberim facto, urbem & Janiculum commisit. 7 Conjunxit: unde *commissura*: quod l. 4. c. 11. *Jungere ponte*. 8 Urbem: unde *Ostienses*. 9 Ostio, confluente. *Confinium* propriè est finis agri, ubi cum altero conjungitur. Per translationem pro quavis vicinitate aut propinquitate ponitur. 10 Oppidum, in quod cives ex urbe traducebantur. 11 Mente prævidens, sentiens. *Sagire* enim veteres acute sentire dicebant: ex quo *saga anus*, qui multa scire volunt: & *sagaces* dicti *canes*, id est, acute odorantes. Is igitur, qui antè *sagit*, quam oblata res est, dicitur *præsagire*, id est, futura ante sentire. Hinc *præsagium*, id est præsensio, & prædivinatio. Ancus ergo Marcius non urbem modo cunctis vitæ commodis locupletavit; sed etiam ad majora capessenda incendit. 12 Ostiâ sc. 13 Acciperentur, caperetur.

CAP. V.

De Tarquinio Priſco.

1 [1] TArquinius poſteà Priſcus, quamvis [2] tranſmarinæ originis, regnum, [3] ultrò petens, [4] accipit, ob induſtriam atque elegantiam: quippe qui [5] oriundus [6] Corintho, Græcum ingenium Italicis [7] artibus miſcuiſſet.

2 Hic & Senatus majeſtatem [8] numero ampliavit, & centuriis [9] tribus [10] auxit, [11] quatenùs Attius Navius [12] numerum augeri prohibebat, vir [13] ſummus augurio: [14] quem

1 Tarquinium Priſcum, patre Corinthio oriundum, populus Romanus regnare jubet: qui novos Senatores legit. Augurum diſciplina, quia experientia artis eventu probatur, ſacra habetur. Hinc Thuſcos domat, & Imperii dignitatem triumphalibus ornamentis illuſtriorem facit. Hiſtoriam regis hujus ſcribunt Liv. 1. 35. Dionyſ. 3, 59. Eut op. 1, 7. Val. Max. 1, 4, 1. & 3, 4, 2. Plin. l. 33, 1. 2 Patre ſc. Demaratho Corinthio natus. Is fuit potens mercator, qui Corintho patria per ſeditionem pulſus, in Italiam navigat. Tarquinios, Etruriæ urbem, omnium fortunarum ſuarum ſedem deligit: ibi filios Aruntem & Lucumonem procreat. Lucumo, patre & fratre defunctis, jam lucem aliquam ſibi prudentiâ per divitias quæſiturus, Romam venit. Legitur ab Anco Martio in Senatum, fit Lucius pro Lucumone, & Tarquinius, à Tarquiniis, patria ſua appellatur: dignuſque habitus eſt, qui, Anco mortuo, regnaret. Priſcus autem dici cœpit, quando L. T. Superbus regnaret, quia avus nepotem jam ætate aliquâ præcellerat. Cùm regnaſſet annis 37. occiſus eſt per Anci filios. 3 Sponte, non laceſſitus, aut monitus. 4 Conſequitur. 5 Originem habet. 6 Urbe Achajæ, duobus inclyta portubus. 7 Inſtitutis, moribus probè temperaverat. Sic Tacitus Maſſiliam vocat locum Græca comitate, & provinciali parſimonia *miſtum*, ac benè compoſitum. Ita Sen. Nat. quæſt. l. 2. c. 50. *Attalus noſter, egregius vir, qui Etruſcorum diſciplinam Græcâ ſubtilitate miſcuerat.* 8 Quia centum Patres ducentis, à Romulo lectis, Priſcus adjecit: qui deinde *Minorum gentium* appellati ſunt. Hoc maxime pacto ſecuritati ſuæ conſuluit Priſcus, cùm enim ob tranſmarinam originem non omnibus indigenis acceptum ſe eſſe ſciret; ne Patres, quibus ſemper adeſſe non poterat, novi forte aliquid molirentur; adjunxit iis, qui abſentiam ſuam propugnarent & tuerentur dignitatem. 9 *Tribus* hic non eſt numerus vel Ablativus à Nominativo *Tres*; ſed eſt Accuſativus à Nominativo *Tribus*. 10 Centurias equitum Romulus inſtituerat, iiſque nomina impoſuerat, quibus alteras tres Tarquinius addere decreverat; ſed obnuntiante augure, Tarquinii inſtituti ita diremptum eſt, ut nominibus Centuriarum relictis, ipſorum numerum duplicaret, id eſt, ut mille & trecenti equites in tribus Centuriis eſſent. 11 Quia, quoniam. Sic infrà 2, 15, 18, 3, 8, 1, 4, 11, & 4, 12, 12, Ita Juſt. 12, 11, 6. & Horat. l. 1. Sat. 1. & 3. & l. 2. Sat. 4 l. 3. Carm. Od. 24. 12 Non autem prohibebant auguria Senatum ampliare; ſed equitum Centurias tres à Romulo lectas. Senſus ergo eſt: Cùm Tarquinius per augurium prohiberetur augere tribus, id eſt, tribus adjicere veteribus, reliquit illas, nec novas addidit; ſed tamen veteres auxit centuriis, ita ut iſtæ ſub illis tribubus, quas Romulus inſtituit, comprehenderentur. 13 Præſtantiſſimus, excellentiſſimus augur. *Summus* enim ſæpe ſumitur pro excellentiſſimo in quâque re: ita Summus *eſſe audaciâ*, 2, 17, 13. 14 Attium Navium.

[1] rex

[1] rex [2] in experimentum rogavit, *fieri ne posset quod ipse* [3] *mente conceperat?* [4] Ille [5] rem expertus augurio, *posse* 4 respondit. *Atqui hoc*, inquit, [6] *agitabam*, *an* [7] *cotem illam* [8] *secare* [9] *novacula possem?* Augur, *Potes ergo*, inquit: & secuit. Inde Romanis sacer [10] augura- 5 tus. Neque pace Tarquinius, quàm bello, promptior. Duodecim namque [11] Tusciæ populos frequentibus armis [12] subegit. [13] Indè [14] fasces,

1 Tarquinius Priscus. 2 Propter. 3 Cogitaverat. 4 Attius Navius. 5 Ea de re capto augurio, & consultis avibus. 6 Cogitabam, deliberabam. 7 Durissimum lapidem, quo cultri acuuntur. 8 Discindere. 9 Cultro rasorio, cultro tonsorio. 10 Scientia vel dignitas auguris: quia propter auspicia, id est, propter avium aspectum intelligebatur, quid placeret diis displiceret-ve Diis. Unde Val. Max. 2, 1, 1. *Apud antiquos non solùm publicè, sed etiam privatim nihil gerebatur, nisi auspicio priùs sumpto.* Cic. de Div. l. 1. *Romani nihil in bello sine extis agunt, nihil sinè auspiciis domi habent.* Hoc institutum apud Liv. l. 1. planè dignosci potest, ubi dicit, non priùs regnum acceptum fuisse à Numâ Pompilio, secundo Romanorum rege, quàm Deos auspiciis ille consuleret. Claudius etiam *ad senatum retulit, super collegio auspicum, ne vetustissima Italæ disciplina per desidiam exolesceret* Tac 11. 15, 1. 11 Hi quondam Thyrreni & Etrusci dicti. Principes Etruriæ populi sunt hi: Arretini, Cerites, Clusini, Falisci, Fæsulani, Petulini, Pisani, Populonienses, Rusellani, Vejentes, Volaterrani, & Vulsinienses. 12 Imperio suo subjecit, domuit. 13 Cùm Tarquinius Priscus Het uscos novennali bello fregisset, hac conditione pacem petentibus dedit, ut se civitatum suarum principem agnoscerent. Illi facile assensi, principatus insignia, quibus suos reges ornare consueverant, ad eum detulerunt. Alludit hùc Silius Ital. 8, 486. *Bissenos hac prima dedit præcedere fasces:* & Sal. in Cat. *Insignia magistratuum à Tuscis plerique sumpserunt.* Vide quæ nos ad Sal. p. 165. 14 Insignia magistratuum majorum; quæ ipsis à lictoribus præferebantur: Corona aurea, sella eburnea, sceptrum in summitate habens Aquilam, toga purpurea auro distincta. Utebantur autem insignibus istis, ut præ cæteris internosci, & à reliquo populo discerni possent. Habebant insuper circa se lectos juvenes trecentos, eosque robustissimos, ad custodiam corporis sui, qui, eò quod regi præsto essent quotidie, à *celeritate officii*, *Celeris* appellati sunt: quidam tamen à Tribuno, vel Præfecto suo, cui hoc nomen fuerit, vel à *Celere* quodam, Romuli comite, qui Remum interfecerat, *Celeres* eos dictos affirmant. Præter Celeres habebant duodecim alios ministros, succinctos vestibus, & expeditos ad plectendos facinorosos, quos lictores vocant, qui ipsis, curuli sellâ vectis, præferrent fasciculos virgarum, intra quas obligata securis erat, sic ut ferrum in summo fasce emineret: cujus rei causam Plut. Probl. 8. explicat: & nos ex eo ad Sal. p. 73. *Fasces* porrò appellamus bacillos aliquot teretes colligatos in modum fascis, qui antiquitùs ex ulmo fuerunt. Quoniam verò *fasces* erant magistratuum insignia, factum est, ut pro ipsis etiam magistratibus & honoribus ponantur: ut apud Virg. 2. Georg. *Non illum populi fasces, non purpura regum Flexit.* Hinc *submittere fasces*, est auctoritatem vimque imperii majori atque augustiori imperio submittere. Sic Publicola cum populo Romano acturus, ejus majestati *fasces submisit*, id est, lictores, cæteraque magistratus insignia à se recedere jussit, ut veluti privatus populi judicium subiret. *Fascis* proprie est lignorum, aliarum ve rerum congeries, quam ligando facimus.

sces, [1] trabeæ, [2] curules, [3] annuli, [4] phaleræ, [5] paludamenta, [6] prætexta: indè, quòd aureo curru qua-

1 Vestes, quas honoratu quisque super tunicam sumebat, quæ in extremitate purpuram habebant circumtextam. Hinc *Trabeati*, id est, trabeâ veste induti. 2 Sc. *sella*. Erat autem sella, cui insidebant Coss. & Prætores, Ædiles etiam, qui inde *Curules* dicebantur. Erat autem ea sella eburnea, indeque Horatio *Curule chur* dicitur. Ep. l. 1. ep. 6, 52. *Cui libet hic fasces dabit, eripietque curule Importunus ebur.* Sic dicta vel à *Curibus*, civitate Sabinorum; vel quia sellæ illi rotæ subjectæ essent, ut in quamcunque civitatis partem vehi & impelli posset. Nam quia jurisdictionem habebant, & civitas magna erat, ideo multis in locis jura dare cogebantur. Humiles erant Senatorum omnium sedes, altæ Consulum & excelsæ. 3 De annulorum origine & apud Romanos usu prolixe Plin. Hist. Nat. l. 33. c, 1. ubi vide. Sacra tamen Scriptura, antiquitatis omnis princeps, Pharaonis annuli, quem Josepho tradidit, meminit. Gen. 41. & Thamar à Judâ annulum pignoris veluti obsidem. Gen. 38. E Græcia autem demùm ad Romanos pervenit. Atque ab initio quidem, triumphantes tantùm nec hi quidem omnes, aureis utebantur. Mox ad equestrem ordinem devenêre: vilioribus gestare non licebat. Adeòque proprium hoc equitibus ornamentum erat, ut qui à Principe annulo aureo donarentur, in ordinem equestrem allecti intelligerentur. Suet. in Cæs. c. 39. *Laberius eques Romanus mimum suum egit: donatusque quingentis sestertiis, & annulo aureo, sellam in quatuordecim è scenâ per orchestram transit.* Vide & c. 33. Hinc Florus noster l. 2. c. 6. *digitum equestrem* pro annulis posuit. Sinistra manu ut plurimum gestatos, Plinius auctor est. Medio digito à Romanis non gestabantur. Ita autem digitis ii conspicui fuêre, ut & singuli articuli iis graves essent. Unde Mart. *Sardonychas, Smaragdos, Adamantes, Jaspides uno Portat in articulo, Stella, Severe, meus.* Et eò vesania profluxit ut, æstivos & leviores, ac hyemales & ponderosiores haberent. Unde Juv. *Ventilat æstivum digitis sudantibus aurum.* Inferioribus sæculis ingenuitatis nota erat. 4 Ornamenta equorum, quibus inter dona militaria, equites ob rem benè gestam donabantur. Exempla apud Liv. l. 39. Plin. l. 7. ubi Siccium phaleris viginti quinque donatum scribit. Hinc *phaleratus*, id est, phaleris ornatus. Per similitudinem item *phaleratum* appellamus, quod fucatum est, & ad speciem ornatum: metaphorâ petitâ ab equis venalibus, qui, ut carius vendantur, *phaleris* solent exornari. Ter. *Adeo-ne te esse incogitantem atque impudentem, Phædria, ut* phaleratis *dictis* ducas me, id est ornatis, fucatis. 5 Indumenta seu vestes Imperatoriæ: quanquam & tribuantur aliquando aliis etiam militibus. 6 Vestis seu toga purpurea. *Togarum* enim varia fuerunt genera, nempe *Toga Prætexta, Candida, Pura, Pulla, Sordida, Picta, Purpurea, Palmata*: de quibus vide Ros. Antiq. Rom. l. 5. c. 32. & quæ nos ad Sal. p. 240. b. *Toga Prætexta* (quæ & *Puerilis* dicebatur) dicitur à *prætexendo*, quia ei purpura prætexta erat, id est, quia purpuram in orâ habebat. Hac utebantur pueri usque ad annum decimum septimum, qui annus tyrocinii dicebatur: deinde *Virilem togam* sumebant. Fuit tamen tempus, quo *prætexta* non adolescentes, sed viri, qui magistratum gerebant, utebantur: Quippe Tullius Hostilius, tertius Romanorum Rex, debellatis Hetruscis, sellam curulem, lictores, & togam pictam, atque prætextam, quæ insignia magistratuum Hetruscorum erant, Romam transtulit. Sed posteà Tarquinius Priscus, Demarati filius, cùm de Sabinis egisset triumphum, quoniam eo bello filius ejus, annos quatuordecim natus, hostem manu percusserat, & pro concione illum laudavit, & *prætexta* ac *bulla aurea* donavit: insignem puerum supra annos fortem, præmiis virilitatis & honoris. Nam sicut *prætexta* magistratuum, ita *bulla* triumphantium gestamen erat. *A prætextâ Prætextati* dicti sunt, qui Toga Prætexta utuntur, ut l. 1. c. 6. sicut à *Toga, Togati*. Prætextati autem sunt, quamdiu Virilem Togam non sumpserunt.

tuor

tuor equis [1] triumphatur, [2] togæ pictæ, [3] tunicæque palmatæ: omnia denique [4] decora & [5] insignia, quibus imperii [6] dignitas eminet.

1 Triumphus agitur, seu cum triumpho ad urbem reditur. Hic triumphus curulis fuit, pedestri speciosior & ornatior. Honor *Triumphi* fuit illud summum & magnificentissimum præmium, quo præcellentium Imperatorum, qui res in bello feliciter gesserant, virtus & fortuna ornari solebat. Nemini, nisi qui Dictator, aut Consul, aut Prætor, res gessisset, licuit triumphare. Hujus verò apparatus pompaque variata fuit pro Reipublicæ incremento, & rerum gestarum magnitudine. Triumphum petentes oportebat extra urbem subsistere, & ibi decretum integri Senatus exspectare. Quis autem primus in urbe Romanâ triumpharit, varia est Scriptorum sententia. Plutarch. in Rom. contendit a Romulo institutum pedestrem, sed à Prisco curulem, id est, ut *aureo curru, quatuorque albis equis triumpharet*; eumque triumphum alii à Valerio Publicola Consule primum esse actum opinantur. De Pompâ triumphi vide quæ nos ad Sal. p. 106. b. & Val. Max. Cic. in Pisonem, &c. 2 Nempe acu, in quibus figuræ ita fingebantur, ut ad picturæ similitudinem accederent. Hæc erat purpurei coloris, auro distincta, à triumphantibus geri solita. Usus autem *togæ* proprius Romanorum fuit, ut Græcorum *pallium*. Itaque quemadmodum *Palliati* Græci, ita *Togati* Romani dicti fuêre. Virg. *Romanos rerum dominos, gentemque* Togatam. *Toga* autem à *tegendo* corpore, ut ait Varro. appellata est, fuit amictus exterior. Superimponebatur autem tunicæ. *Tunica* enim vestis fuit apud Romanos interior, & primò sine manicis, deinde manicata fuit: à *tuendo* corpore dicta, teste Varrone. Ad materiam *Togæ* quod attinet, lanea ea fuit. *Togæ* verò mensura non eadem omnibus, sed pro opibus varia fuit. Quibus enim erat res angusta domi, iis togæ parvæ: quibus ampla, majores: atque adeò ad calceos demissæ. 3 Has plerique pro iisdem habent cum togis pictis: sed differunt tamen, ut paulò antè diximus. Hanc merebantur ii, qui de hostibus palmam, id est, victoriam reportassent: indè *Palmata* dicitur. 4 Ornamenta externa. Sic decus *Graciæ*, *Athenæ* lib. 3. cap. 5. 5 Notæ, signa: ut corona aurea, & sceptrum eburneum, quod in summitate Aquilæ figuram habebat, &c. Sic etiam dicimus *insigne regni*, pro diademate, quo reges utuntur. Dicuntur autem *insignia*, quæ in vestibus, vexillis, & hujusmodi insignita sunt: aut ipsæ vestes, vexilla, & alia quæ fiunt, aut feruntur, ita ab aliis discreta, ut nosci possint, cujus sint, & ad quos pertinent: ut vestes militares, & insignia militaria; regalia, aut consularia, quibus acies ab acie, eques ab equite, Rex & Consul à viro privato cognosci debent. Virg. 2. Æn. 1. *Mutemus clypeos, Danaumque insignia nobis aptemus* Hinc fit verbum *insignire*, quod est, signis notare seu distinguere, ornare. Virg. 7. Æn. *At lævum clypeum sublatis cornibus Jo. Auro insignibat* 6 Reverentia, majestas. Sic infrà lib. 1. cap. 8. *Jam verò Triumphi ornamenta & insigna quantam principi populo addiderunt ex ipso habitu* dignitatem? Vide Val. Max. 2, 2, 7.

CAP. VI.

De Servio Tullio.

1 [1] SErvius Tullius deinceps gubernacula [2] Urbis [3] in-
vadit, nec [4] obscuritas [5] inhibuit, quamvis [6] ma-
2 tre [7] servâ [8] creatum. [9] Nam eximiam indolem uxor
Tarquinii Tanaquil liberaliter educaverat: & [10] clarum

1 Ser. Tullius matre servâ, id est, bello captâ natus, ob virtutem gener Tarquinio adscitus, socrus auxilio regnum Romæ suscipit. Ipse censum instituit, per quem Pop. Rom. non viritim, ut anteà factum erat, descripsit, sed pro fortunarum uniuscujusque facultate in classes distribuit. De Rege isto scribunt Liv. 1. cap 41. Dionys. lib. 4. cap. 1. Valer. Max. 1, 6, &c. 2 Romæ. 3 Vi aut fraude occupat. Sic, *invadere regnum*, infrà 1, 1, 1. *rempublicam*. 4. 2, 11. 4 Ignobilitas. *Obscurum* enim sæpiùs sumitur pro ignobili; sicut *clarum* pro nobili: quæ metaphora indè petita est, quod viri nobiles omnibus conspicui sint, & cogniti; contrà, qui humili loco sunt nati, tanquam in tenebris viventes, nemini innotescant. 5 Impedivit. Ignobilitas enim ad altiora nitenti impedimento esse solet: quo consilio Astyages, cùm sibi à nepote metueret, filiæ ex gente, obscurâ tum temporis, Persarum, maritum dedit, ut *paterna maternaque nobilitas nepoti animos extolleret*. Justin. 1, 4, 4. Plures quoque Romæ Imperatores fuêre, quos, si genus spectatum fuisset, illius vilitas tanto fastigio pronuntiasset indignos. Unde non dubitavit Abdolonymum quendam suburbanum hortum exiguâ stipe colentem regem Sidoniis dare Alexander. Curt. lib. 4. 6 Ocrisiâ, scilicet bello Corniculano captâ prægnante, apud Tanaquilem, uxorem Tarquinii. 7 Idcircò *Servium* appellatum esse tradit Dionysius, quod è *servâ* matre natus erat. Consentit cum Floro nostro Juv. Sat. 8, 259. Livius sentit non esse servæ natum, sed captivæ. 8 Natum. 9 Liv. lib. 1. cap. 39. *Erudivit cœpit artibus, quibus ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur.* Vide ibi Gruterum. 10 Celebrem.

fore,

3 fore, visa circa caput [1] flamma [2] promiserat. Ergo [3] inter Tarquinii mortem, [4] annitente reginâ, [5] substitutus in locum Regis, [6] quasi ad tempus, Regnum dolo partum sic [7] egit industriè, ut jure adeptus videretur. Ab [8] hoc

1 Lux: quia flamma lux ignis est, à quo illa oritur. Lucem puram indè fuisse colligimus, quod pilos comburendo, minimè combusserit. Ingens hoc naturæ miraculum. Historiam hanc scribunt Plin. lib. 2. & 36. Cic. de Divin. lib. 1. Val. Max. 1, 6, 1. Liv. 1, 39. Quod si oculus quis actæ rei seriem exspectat, audiat solum Dionysium lib. 4. cap. 2. cujus vicariis utar vocibus: *Cum aliquandò circa meridiem in regio thalamo consedisset, somnoque esset oppressus, flamma è capite ejus emicuit. Idque non tantum mater ejus, & regina, quæ per thalamum inambulabant, inspectarunt, sed & omnes, qui cum mulieribus tùm fortè aderant: nec priùs totum ejus caput flammâ collucere desiit, quam à matre accurrente excitaretur: quo facto, flamma simul cum somno dispersa, evanuit.* Breviter omnia complectitur Ovid. Fast. 6. *Signa dedit genitor, tùm cùm caput igne corusco Contigit, inque comis flammeus arsit apex.* De hoc prodigio Freinshemius ad Curtii 3, 3, 3. & Gruterus ad Livii lib. 25. cap. 39. Parem aleam expertus est apud Virg. 2. Æn. Ascanius: *Ecce levis summo de vertice visus Iuli Fundere lumen apex, tactuque innoxia molli Lambere flamma comas, & circum tempora pasci. Nos pavidi trepidare metu, crinemque flagrantem Excutere, & sanctos restinguere fontibus ignes.* Hoc repetit Claud. in 4. consulatu Honorii, 192. Diversus Laviniæ novercę splendor, quia lucem flamma urens comitabatur, ut cecinit Virg. Æn. 7. *Præterea castis adolet dùm altaria taedis, Et juxta genitorem astat Lavinia virgo, Visa (nefas) comis comprendere crinibus ignem, Atque ornatum flammâ crepitante cremari.* De L. Marcio narrant Livius lib. 25. cap. 39. & Val. Max. 1, 6, 1. Pœnos aggressuro & ducem Asdrubalem, flammam concionanti eluxisse è capite sinè ipsius sensu, cum magno pavore circumstantium militum. 2 Portenderat, significaverat: ut suprà *polliceri.* Sic infra 4, 7, 9. aves & victimæ victoriam promittunt: caput in Capitolii fundamentis repertum, caput terrarum. 1, 7, 8. Sicut enim ignis clarus est & splendidus; ita claros etiam futuros, quibus eveniunt, talia prodigia ostendunt. Eâdem ratione apud Dionys. lib. 5. cap. 45. Romani, cùm pila arsilent, λαμπρὰν νίκην, id est, *splendidam victoriam* sibi portendi interpretantur. Ita *Illustria Macedonum castra* Dario visa, fulgorem Alexandro portendere augurantur quidam apud Curt. l. 3. c. 3. 3 Dum Tarquinius Priscus moritur. 4 Valde nitente, laborante: nam *ad* particula significationem verbi auget; ut videre est ex illis Senecæ ep. 71, 7. *Si virtutem* adamaveris, *amare enim parùm est.* Sic annixus ex *summo studio*, infrà, 1, 9, 4. *omni modo.* 1, 11, 15. 5 Surrogatus, suffectus. *Substituo* enim est in locum alterius surrogo, sufficio. Cic. *Tùm iste homo nefarius in eorum locum alios* substituere, *& supponere capit.* 6 Dùm scilicet Rex convalescceret, cujus mors tegebatur, donec Servio confirmaretur potestas. Sic Augusti mortem, ob superstitem Agrippam, non antè detexit Livia, *donec provisis, quæ tempus monebat, simul excessisse Augustum, & rerum potiri Neronem, fama eadem tulit.* Tac. lib. 1. An. cap. 5. Nec aliter Agrippina ire in melius valetudinem Claudii finxit, ut imperium filio stabiliret Neroni. Tac. An. 12. cap. 60. Simile exemplum est Calligenis, qui mortem Philippi celavit, dum Perseus regnum invaderet. Liv. 40. cap. 59. Adde Justin. lib. 30. cap. 2. 7 Administravit ingeniosè. 8 Servio Tullio.

populus Romanus [1] relatus in cenſum, [2] digeſtus in claſſes, [3] curiis atque collegiis diſtributus: ſummâque regis [4] ſolertiâ ita eſt ordinata Reſpublica, ut omnia [5] patrimonii, [6] dignitatis, ætatis, [7] artium [8] officiorumque diſcrimina [9] in tabulas referrentur; [10] ac ſi [11] maxima civitas minimæ domus diligentiâ contineretur.

1 Capita civium omnium numerata, & bona æſtimata ſunt, pro diverſa opum uniuſcujuſque & ætatis, & artium officiorumque ratione inſtituta. Hoc ideò factum, ut, cùm numerus & opes civium ſcirentur, quantum Reſpublica poſſet, conſtaret, nec ultra facultatum vires tributis aliqui onerarentur. Vide latiùs Dionyſ. lib. 4. cap. & Liv. lib. 1. cap. 49. *Cenſus* verò eſt æſtimatio rerum ac bonorum facta, ſecundum quam tributa pendebantur. Unde *cenſum agere*, eſt recenſere hominum facultates. 2 Diſtinctus, diviſus, deſcriptus per ordines, pro cenſus ratione inſtitutos. *Claſſis* enim ſæpiùs ſignificat ordines, & civium partes pro cenſus ratione diſtributas. In ſex autem claſſes diſtributus fuit populus, quæ rursùs diſtributæ in centum nonaginta tres centurias: in harum claſſium primam allegebatur, qui centum millium æris, aut majorem cenſum habebant, id eſt, quorum patrimonium mille coronatos noſtrates vel æquaret, vel excederet. In ſecundam admittebantur, quorum ſeptuaginta quinque millium cenſus eſſet, id eſt, 750 coronatorum. In tertiam, quorum quinquaginta millium æris, id eſt, 500. coronatorum. In quartam veniebant, qui quinque & viginti millium æris poſſidebant, id eſt, 250. coronatos. In quintam, qui undecim millium æris, id eſt, 110. coronatos. In ſextam, aut ultimam *capite cenſi* conjiciebantur, *id* eſt, qui aut parvo aut nullo ære cenſebantur: ſic appellati, quod ob tenuitatem rei familiaris non ære, ſed *capitibus cenſerentur*. Vide quæ nos ad Sal. p. 325. a. & b. 3 In ſive per curias atque collegia, quæ Græci ἑταιρίας vocant. Plutarch. & Plin. Numæ inſtitutum hoc tribuunt. 4 Induſtriâ, ingenii acumine. *Solers* enim dicitur, quaſi totus ex arte conſiſtens, induſtrius, ingenioſus: à quo *ſolertia*, id eſt, ingenii acumen, & dexteritas ad rem aliquam agendam. 5 Bonorum paternorum. 6 Honorum. 7 Generum & modorum vivendi. 8 Opificiorum, aliorumque artium. 9 In tabulas redigerentur, & in iis jam extarent ac legenda proponerentur. *Tabulæ* dicebantur codicilli ex ligno, cerâ obducti, in quibus olim teſtamenta, actaque publica ſcribebantur: unde etiam hodiè; quamvis mutatâ re, *tabulæ* accipimus pro teſtamento, aliisve publicis ſcripturis, ex quavis materia confectis. Dicuntur item *tabulæ accepti & expenſi*, in quas rationes acceptæ & expenſæ pecuniæ referebantur. 10 Al. Ac ſic. 11 Cic. ad At. 6. *provincia gubernata ut domus*. Quod maximæ eſt prudentiæ. Nec enim, qui domum regere poteſt, poſſit etiam civitatem regere.

CAP.

Digitized by Google

CAP. VII.

De Tarquinio Superbo.

1. [1] POſtremus omnium fuit Regum Tarquinius, cui cog-
2 nomen [2] *Superbo* ex [3] moribus datum. Hic re-
gnum [4] avitum, quod à Servio [5] tenebatur, [6] rapere ma-
luit, quam exſpectare; [7] immiſſiſque [8] in eum [9] percuſſo-
ribus, ſcelere partam poteſtatem [10] non meliùs [11] egit,
3 quam acquiſierat. Nec [12] abhorrebat moribus uxor
[13] Tullia, quæ, ut [14] virum regem ſalutaret ſuper [15] cruen-

1 Septimus & ultimus Romanorum Rex Tarquinius à moribus, ſuperbi cognomen invenit; regnum, quod ſoceri parricidio ſceleratè rapuerat, Senatorum etiam clade, & ſanguine fœdavit. Fatigavit Patres populumque ſuperba dominatione per 22. annos. Bello etiam Volſcos & Sabinos fregit: Gabios dolo, & filii, tranſfugam ſimulantis, fraude in poteſtatem redegit. Serviit autem populus tyrannide oppreſſus, quouſque etiam vis pudicitiæ illata eſt, filiuſque alter Lucretiam ſtupraverit: quæ cives ſuos obteſtata, poſtquam ſe interemiſſet, populus irritatus, pro libertate & pudicitiâ, ejectis tyrannis, arma ſumſit. Hujus geſta ſcribunt Liv. l. 1. c. 49. & deinceps. Dionyſ. l. 4. c. 43. & deinceps. 2 Cognominis hujus rationem reddit Liv. lib. 1. quod inſepultum ſocerum abjecerit: meliorem Florus noſter, & Propert. lib. 3. El. 11, 48. *Nomine quem ſimili vita ſuperbi notat*, id eſt, cognomen hoc traxit, quoniam ſuperbè vixit & imperavit. 3 Indole, ingenio, & factis indè profectis. Sic 3, 4, 7. *Nec aliter cruentiſſimi hoſtium, quam ſuis* moribus *domiti.* 4 Quod ab avo Priſco ad Superbum hereditate ſucceſſerat. Indicat igitur Tarquinium Superbum nepotem fuiſſe Priſci; quod & Dionyſius teſtatur: alii filium ejus faciunt: inter quos Liv. 1. cap. 47. 5 Poſſidebatur, habebatur. 6 Vi invadere, nondùm debitum. Sic 4, 2, 21. *ceraſque & patrimonium populi Romani antè rapuit, quam imperium.* Videtur alludere ad verba Livii lib. 1. cap. 47. *qui habere regnum, quàm ſperare, malit.* Sic Tiberius, cùm periculum à Germanico, quem adoptaverat, ſibi timeret, eum veneno propinato creditur interfeciſſe. Tac. lib. 1. An. 7 Subornatis. 8 Contra. 9 Occiſoribus. 10 Ita ſolet fieri. *Nemo enim ad quam imperium flagitio quæſitum bonis artibus exercuit.* Tac. lib. 1. cap 30. nam plerumque *imperium iis artibus retinetur, quibus initio partum eſt.* Sal. in Cat. 11 Geſſit, adminiſtravit. 12 Aliena erat à moribus mariti. 13 Servii filia. 14 Maritum. 15 Sanguine ſuo infectum. Immanitas incredibilis. Sic legimus apud Juſt. lib. 41. cap. 6. *Eucratides à filio, quem ſocium regni fecerat, in itinere interficitur: qui, non diſſimulato parricidio, veluti hoſtem, non patrem interfeciſſet, & per ſanguinem eius currum egit, & corpus abiici inſepultum juſſit.* Indè *ſceleratus vicus* dicitur, quo Tullia per patris corpus carpentum egiſſe fertur. Tulliæ facinus præter Liv. & Dionyſ. recenſet etiam Val. Max. 9, 11, 1. & Ovid. 6. Faſt. 603.

tum patrem, vecta [1] carpento, [2] consternatos equos
4 egit. Sed ipse in [3] Senatum cædibus, in omnes [4] superbiâ, [5] quæ crudelitate gravior est bonis, [6] grassatus: cùm sævitiam jam domi [7] fatigasset, tandem [8] in hostes
5 conversus est. Sic valida oppida in [9] Latio capta sunt [10] Ardea, [11] Ocriculum, [12] Gabii, [13] Suessa Pometia.
6 Tùm quoque [14] cruentus in suos: [15] neque enim [16] filium verberare [16] dubitavit, ut [17] simulanti trans-

1 Vehiculo rotato, quod muli juncti trahebant. *Carpentum* quasi *Carmentum* dicitur à *Carmentâ* Evandri matre. Hinc Ovid. 1. Fast. *Non priùs Ausoniæ matres carpenta vehebant, Hæc quoque ab Evandri dicta parente reor.* 2 Attonitos equos compulit: adeò ut auriga, jubente Tullia, vi debuerit per cadaver agere. 3 Rationem hujus facti reddit Liv. 1. c. 49. Nam cùm Senatus ex optimis & ditissimis civibus constaret, hunc præcipuè sublatum voluit, tam ut eorum præda ditesceret, quàm ut metum sibi ab iis demeret, denique ut faciliùs orbæ Reip. dominaretur. *Regibus enim boni, quàm mali, suspectiores sunt, semperq; his aliena virtus formidolosa est.* ait Sal. in Cat. 4 *Perdicæ plus odium arrogantiæ, quàm vires hostium nocebant.* Just. l. 13. c. 8. 5 Quia sc. homines alto supercilio despicit. Ad despectum semper graviorem existimant homines ingenui, quàm vulnera, & vitæ pericula. Jasonem Thessalum, in quo tanta Græciæ spes erat, quanta posteà in Alexandro M. interfecêre quidam juvenes, quorum singulis denas plagas imponi Gymnasiarchæ concesserat; ut scribit Val. M. 9, 10, 2. ext. Ubi prudenter adjicit, juvenes illos *animi, non corporis dolore, pœna modum æstimasse.* Et mox vocat *irrisamentum ingenui pudoris.* 6 Cum impetu & vi vasisset. 7 Pari elegantia Seneca *lassam crudelitatem* dicit l. 1. de Clement. c. 11. 8 Contra. 9 Eâ parte Italiæ, ubi sunt Tiberina ostia, & Roma terrarum caput. Dictum autem *Latium* putatur à *latendo*, quod illic *latuerit* Saturnus, dùm Jovem fugeret. Ovid. 1. Fast. *Dicta quoq; est* Latium *terra, latente Deo.* Et Virg. 8. Æn. loquens de Saturno dicit Latiumq; *vocari Maluit, his quoniam* latuisset *tutus in oris.* 10 Urbs Latii, Turni & Rutuli regia: unde incolæ ejus *Ardeates* dicti. Belli causam prætexuit, quod Romanos exules excepissent, eosque reducere in patriam conarentur: sed revera inhiabat opulentissimæ urbis divitiis: eâ urbe potitus non est, quia antequam expugnaretur, ob tyrannidem in exilium pulsus est, teste Dionys. l. 4. 11 Urbs Tuscorum. 12 Volscorum urbs opulentissima. 13 Urbs Volscorum. Hanc diripuit Tarquinius Superbus, atque ex ejus manubiis fecit 40. talentorum, id est, 21060. 14 Crudelis. 15 Sextum Tarquinium. Hanc historiam, præter citatos suprà, lege Ovid. 2. Fast. 691. Val. Max. 7, 4, 2. Plin. l. 19. c. 3. 16 Et non veritus est, id est, ausus est: is enim est elegans hujus verbi usus. Cic. *Non aubitat*, inquit, *P. Lentulum æternis vinculis mandare*, id est, non veretur, audet. 17 Præ se ferenti ac ostentanti se esse perfugam, seu transfugisse & ad hostes defecisse, Just. l. 1. c. 10. hac eâdem simulatione usum fuisse Zopyrum, unum ex interfectoribus, & de principibus Darii, Persarum regis, dicit: qui ut Babyloniam Persarum imperio subjiceret, domi se verberibus lacerari toto corpore jussit: nasum, aures, & labia sibi præcidi: & transfugæ titulo Babyloniam profectus, hac eâdem arte urbem & imperium Dario prodidit. Apud Florum nostrum l. 2. c. 6. in Cannensi prœlio Annibal per simulatos transfugas terga Romanorum cecîdit. Apud eundem Florum l. 3. c. 11. Crassus, dùm simulato transfugæ cuidam Mezeræ Syro credit, abe in mediam camporum vastitatem deductus, unà cum exercitu undique hosti expositus, miserè periit. Vide Freinshem. ad Curt. 4, 6, 15.

fugam,

Digitized by Google

7 fugam, apud hoſtes hinc [1] fides eſſet. [2] Cui Gabiis, ut voluerat, [3] recepto, atque per [4] nuncios [5] conſulenti *quid* [6] *fieri vellet?* [7] eminentia fortè [8] papaverum [9] capita [10] virgulâ excutiens, cùm per hoc interficiendos eſſe [11] principes intelligi vellet, ([12] quæ ſuperbia!) ſic 8 reſpondit. Tamen de [13] manubiis captarum urbium [14] Templum erexit: quod cùm [15] inauguraretur, cedentibus cæteris Deis (mira res dictu) [16] reſtitêre [17] Juventas, & [18] Terminus. Placuit [19] vatibus [20] contumacia numinum: ſiquidem firma omnia & æterna [21] pollicebantur. 9 Sed illud [22] horrendum, quod [23] molientibus [24] ædem,

1 Ei crederetur. 2 Sexto Tarquinio. 3 Admiſſo, ſuſcepto. 4 *Nuntius* tam eum ſignificat qui nuntiat (ut hoc loco) quàm rem ipſam, quam nuntiat. Plaut. *Citiùs procurri, ut nuntiarem* nuntium *exoptabilem. Nuntium* verò neutro genere ſignificat rem, quæ nuntiatur. 5 Interroganti. 6 Ad expugnandos commode Gabios. 7 Maxima & altiſſima. 8 Herbarum altè creſcentium, & quarum fructus ſoporem inducit. Conveniunt omnes præter Ovidium, qui dicit *liliorum* capita excuſſiſſe, 9 Calyces, quod formam *capitis* & ſitu & rotunditate referant. 10 Baculo decutiens. 11 Primores, excellentiſſimos quoſque Gabiorum. 12 Imò prudentia, ne cognitum miniſtro conſilium per eundem proderetur. Verùm *ſuperbiam* vocat Florus magis ex odio quodam adverſus cæteram regis ſuperbiam, quam ex vero. Multis in locis hac loquendi figurâ auctor utitur: ut infra lib. 3. cap. 4. (*ſimile prodigio!*) lib. 3. cap. 5. (*quanta felicitas!*) 13 Spoliis, præda ab hoſtibus capta. Dictæ ſunt *manubiæ*, quod *manu capiuntur* ab hoſtibus. Hinc *manubias facere*, id eſt, prædari. 14 Capitolium: ut avi ſui vota perſolveret. Nam ille cum Sabinis dimicans, ſi pugna illâ vinceret, Jovi, Junoni, Minervæque templa voverat. Dionyſ. Templum hoc in monte Tarpejo extructum fuit, ac Jovi dicatum. Liv. lib. 4. cap. 55. 15 Dedicaretur, conſecraretur. Apud veteres enim nefas erat, quempiam in dignitatem aliquam, aut ſacerdotium aſſumi, aut etiam ædem alicui Deorum conſecrari, niſi *auguratò*, id eſt, addicentibus avibus. 16 Non ceſſerunt. Cùm enim omnium ſacellorum exauguratione admitterent aves, in Termini fano non addixêre. Liv. l. 1. cap. 55. 17 Dea juventutis, Junonis filia, quam Græco nomine *Hebe* vocamus: de quâ multa Torrentius ad Horat. 1. Carm. Od. 20. Ovid. ſolum reſtitiſſe Terminum dicit, Faſt. 2. *Terminus, ut memorant veteres, inventus in æde Reſtitit, & magno cum Jove templa tenet.* 18 Qui ſacellum ibi habebat à temporibus Numæ. Plutarch in Numâ: *Primum autem ferunt & Fidei & Termini templum condidiſſe. Terminus* apud antiquos Deus putabatur, in cujus tutela fines agrorum eſſe exiſtimabant. 19 Qui ſcilicet in urbe erant, quouſque ad eam rem conſultandam ex Etruria acciverat? 20 Inobedientia Deorum, Jovi non cedentium. 21 Promittebant. *Polliceri* dicuntur omnia, quæ colliguntur, & ſperantur ex iis. 22 Stupendum. 23 Incipientibus, ædificantibus, fundamenta jacientibus. 24 Templum.

in fundamentis [1] humanum repertum eſt caput: [2] nec dubitavêre cuncti, [4] monſtrum pulcherrimum, imperii [4] ſedem, caputque terrarum [5] promittere. Tam diu ſuperbiam Regis populus Romanus perpeſſus eſt, donec aberat [6] libido: hanc ex [7] liberis ejus [8] importunitatem tolerare non potuit. Quorum cùm [9] alter ornatiſſimæ fœminæ [10] Lucretiæ [11] ſtuprum intuliſſet, [12] matrona dedecus [13] ferro expiavit. [14] Imperium tum regibus abrogatum.

1 Caput illud *Toli* cujuſdam hominis fuiſſe, qui in Capitolino monte fuerit ſepultus, & inde *Capitolium* nominatum, quidam volunt. Ita in fundamentis Carthaginis caput bubulum, mox equinum inventum, bellicoſam potentemque fore ſignificavit. Juſtin. lib. 18. cap. 5. Omnia enim ex ſimilitudine rerum interpretabantur veteres. Ita vultures *aſſuetæ ſanguine & præda aves bellatricem fore*, quam conderet urbem, Romulo ſpoponderant, ſuprà, 1, 1, 7. Ita Servium *clarum fore circa caput flamma promiſerat*: ſuprà 1, 6, 1. Ita Carthaginenſibus bellatoris equi caput virtutem bellicam; Romanis autem humanum caput, imperium orbis præſagiit, cùm omnia homo regat, hominem autem caput. 2 Non veriti ſunt, ſed auſi ſunt. 3 Oſtentum, omen. 4 Locum: ut *ſedes belli*, id eſt, locus, ubi bellum geritur. lib. 4. cap. 2. 5 Portendere. 6 Pravus ſeu iniquus appetitus. Injuria enim, quæ fœminis infertur, graviſſima minimeque tolerabilis habita ſemper fuit. 7 Sextum Tarquinium intellige potiſſimum. 8 Nefarium & execrandum ſcelus. 9 Sextus Tarquinius. 10 Piliæ Tricipitini, Præfecti urbis, uxoris Collatini. 11 Vitiaſſet. 12 *Matrona* Dicitur, quæ matrimonio viro eſt juncta, etſi liberi nondum ſint nati. Diſtinguitur tamen inter *matronam*, *matrem*, & *matrem familias*. Nam dictæ *matronæ*, quoniam convenerunt in matrimonium: *matres*, quia per quandam juris ſolemnitatem in familiam mariti tranſierunt. Feſtus tradit appellatas *matronas*, quibus ſtolas habendi jus erat. 13 Gladio, cultro purgavit, punivit. Lege Liv. lib. 1. De hoc Lucretiæ facto ſic Auguſtinus diſputat: *Si adultera, cur laudatur? Si pudica, cur occiditur?* 14 Poteſtas imperandi tùm regibus adempta eſt. *Abrogare* propriè eſt per rogationem, id eſt, legem ad populum latam adimere. Sic *abrogati faſces Collatino*: infrà 1. 9, 3. Diem verò, quo Reges Româ pulſi ſunt, qui *Regifugium* dicebatur, bis quotannis celebrabant, ſeptimo ſc. Kal. Martii. & undecimo Kal. Jul. Ovid. 2. & 5. Faſt. Pulſus autem fuit regno Tarquinius 7. Kal. Martii, ex 2. Faſt. Regnatum Romæ ab V. C. uſque ad liberatam annos 244. Liv. lib. 1. cap. 60.

CAP.

Digitized by Google

CAP. VIII.

Anacephalæoſis de ſeptem Regibus.

1 [1] HÆc eſt prima ætas populi Romani, & quaſi infantia, quam habuit ſub Regibus ſeptem, quadam fatorum induſtriâ, tam [2] variis ingenio, ut Reipublicæ
2 [3] ratio & utilitas poſtulabat. Nam quid Romulo [4] ar-
3 dentius? tali opus fuit, ut [5] invaderet regnum. Quid Numâ [6] religioſius? ita res popoſcit, ut [7] ferox popu-
4 lus Deorum metu [8] mitigaretur. Quid [9] ille militiæ artifex Tullus, [10] bellatoribus Viris quàm neceſſarius? Ut acueret ratione virtutem. Quid [11] ædificator Ancus? Ut Urbem [12] coloniâ extenderet, ponte jungeret,
5 muro tueretur. Jam verò Tarquinii ornamenta & [13] inſignia quantam principi populo [14] addiderunt

1 Enumeratione artificiosâ, quam ἀνακεφαλαίωσιν, id eſt, *brevem recapitulationem*, in quâ repetitio rerum ſummatim fit, Græci vocant; totam ſimul populi Romani infantiam educationemque ſub regibus actam ſummatim colligit, ut memoriam repetitione prædictorum revocaret, & quæ jam fuſius per capita dixiſſet, ratione collecta confirmaret. 2 Differentibus naturâ, alius bellator, alius ſacricola, &c. Certe ſi omnes fuiſſent Romulo vel Tullio Hoſtilio ſimiles, non ad id magnitudinis perveniſſet Reſpublica Romana, quò pervenit. Nam qui toti bellicoſi ſunt, ſolida fundamenta imperii nunquam jaciunt. Sin omnes cum Numâ coluiſſent pacem, illa ipſa conſenuiſſent, acceſſio inſuper alieni imperii futuri. 3 Conditio, utilitas. 4 Animoſum magis, omnia audens. Sic *ardentiſſimus dux*. 4, 2, 42. 5 Conderet, inchoaret, vel vi aut fraude occuparet. Suprà quoque 1, 2, 4. violentum initium regni Romani facit, cùm de Numâ ſcribit, eò ferocem populum redegiſſe, ut, quod vi & injuria occupaverat imperium, religione atque juſtitia gubernaret. 6 Quis religiones ſanctiùs coluit, quam Numa? 7 Indomitus, ferus. 8 Leniretur, placaretur. Plutarch. de genio Socratis p. 580. Viris civilibus, & quibus neceſſe eſt vitam ſuam adversùs contumacem & diſſolutam turbam inſtituere, non inutile putat; ſi multitudinem ſuperſtitione, quaſi fræno, compeſcant, & ad utilia torqueant. 9 Ita ſuprà lib. 1. cap. 3. *Hic omnem militarem diſciplinam, artemque bellandi condidit.* 10 Bellicoſis, vel qui bellum gerunt. Certe ut Cic. de Orat. judicat: *Hæc duo invictos faciunt viros: Animus acer & præſens*, id eſt, ut Florus hic loquitur, *virtus*, *& acutus idem atque verſutus*, id eſt, *ratio*; ut idem noſter. Alioqui ſine ratione nihil poteſt virtus; quod exemplo majorum noſtrorum Sen. lib. 1. de Irâ cap. 11. pulchrè oſtendit. 11 Qui libenter ædificavit. 12 Oppido, in quod cives ad incolendum deducti erant, propagaret. 13 Notæ, ſigna. 14 Auxerunt, fecerunt. Ita Sal. in Cat. *Huic ſeveritas dignitatem* addiderat.

6 [1] ex ipso habitu [2] dignitatem? [3] Actus à Servio census
7 quid effecit, nisi ut ipsa se nosset Respublica? Postremò [4] Superbi illius [5] importuna dominatio nonnihil, imò vel plurimum, profuit. Sic enim effectum est, ut [6] agitatus injuriis populus, cupiditate libertatis [7] incenderetur.

1 A Regnorum & Principatuum initiis legimus fuisse insignia, quibus magistratus spectabiliores apparerent. Vetustissimum dignitatis signum erat *sceptrum*, unde σκηπτοφόροι βασιλεῖς, & σκηπτοῦχοι Homero frequentissimè dicuntur. Tùm inventa *diademata, sellæ curules, trabeæ, & clamydes purpureæ, pilei gemmis margaritisque exornati, latus clavus*, &c. Quæ omnia maximam dignitatem conciliant, & plebis oculos imprimis perfringunt. Facit hùc quod Val. Max. dicit, 2,1,7. *Tribuni*, inquit, *insitui imperia argenteis vasis, & annulis aureis publice præbitis parcebantur, quò talium rerum usu auctoritas magistratuum esset ornatior.* 2 Reverentiam, majestatem? 3 Celebrata, facta à Servio Tullio bonorum æstimatio. 4 Tarquinii sc. 5 Parùm decorum, impertinens, molestum imperium, regimen. *Importunus* is dicitur, qui neque loci, neque temporis, neque personæ habet rationem, molestus. Ter. *Imo ille senex fuit* importunus *semper. Importunum* dicitur, quasi sine portu. 6 Impulsus, instigatus: pro quo tamen fortè rectiùs *fatigatus* legeres, Justinus lib. 14. cap. 4. hoc fermè modo *seditionibus agitare* dicit. 7 Animaretur, stimularetur, induceretur: unde dicimus *incendere aliquem amore*, vel *irâ*, id est, ad amandum vel irascendum inducere.

CAP. IX.

De mutatione Reipublicæ.

1 [1] IGitur [2] Bruto [3] Collatinoque [4] ducibus, &

1 Reipublicæ Romanæ conversio facta est à regiâ dignitate ad Consulare imperium, quod duobus viris annuum sub Consulum nomine pari potestate à populo Romano mandatur, iisque primis Coss. L. Junio Bruto & L. Tarquinio Collatino, libertatis & pudicitiæ assertoribus, quorum Collatinus, quia regiæ gentis & nominis Tarquinii esset, coactus a Bruto collegâ abdicavit, cui suffectus est P. Valerius. Volusus, qui in hoc honore Poplicola, quia populum colebat, appellatus est. Brutus filios, consilia de recipiendis regibus consulentes, virgis cæsos securi percussit, tanquam eos victimas pro libertate populi Romani mactaret. 2 Cognomen istud, ille obtinuit à simulata stultitia, cùm verum ei nomen L. Junio esset. Fuit autem Marci Junii filius, ex Tarquiniâ, regis Superbi sorore, natus. Cùm enim ob opulentiam occiso patre & fratre, sibi quoque à Tarquinio metueret, sub hac personâ latuit, donec captâ occasione prorumperet. Ovid. 2. Fast. *Brutus erat stulti sapiens imitator, ut esset Tutus ab insidiis, dire Superbe, tuis.* Cùm enim suspecta sit Tyrannis nobilium alacritas, nonnulli, ut loquitur Seneca, *in contemptu remedii causâ delituerunt*: sicut hic noster, ut & David 1 Sam. 21. 13. Dionysius Corinthi apud Plut. & Just. l. 21. c. 5. Solon apud Cic. de Offic. l. 2. Undè rectè Cato: *Stultitiam simulare loco, prudentia summa est.* 3 L. Tarquinius Collatinus Lucretiæ maritus fuerat, regiæ gentis & nominis, Egerii filius: *Collatinus* dictus a *Collatia*, oppido propè Romam, ubi plurimùm morabatur. Hinc Ovid. 2. Fast. 733. *Surgit, cui clarum dederat Collatia nomen.* 4 Concitoribus.

1 aucto-

[1] auctoribus, quibus [2] ultionem sui moriens [3] matrona mandaverat, populus Romanus ad [4] vindicandum libertatis ac pudicitiæ decus, quodam quasi [5] instinctu Deorum concitatus, regem repentè [6] destituit, [7] bona diripit, [8] agrum Marti suo [9] consecrat, imperium in eosdem libertatis suæ [10] vindices transfert, mutato tamen 2 & [11] jure, & nomine. Quippe [12] ex perpetuo [13] annuum placuit, [14] ex singulari duplex: ne [15] potestas [16] solitu-

1 Suasoribus. 2 Vindictam de se. 3 *Dare dextras fidemque* (inquit Lucretia apud Liv. l. 1.) cap. 58. *haud impunè adultero fore. Sextus est Tarquinius, qui hostis pro hospite priore nocte vi armatus mihi sibique, si vos viri estis, pestiferum hinc abstulit gaudium. Vos*, inquit, *viaeritis, quid illi debeatur: ego me, etsi peccato absolvo, supplicio non libero: nec ulla deinde impudica, Lucretiæ exemplo, vivet.* Ita apud Silium lib. 2, 422. *Ipsa pyram super ingentem stans saucia Dido, Mandabat Tyriis ultricia bella futuris.* Ejus generis mandatum est Germanici apud Tacit. lib. 2. cap. 71. & Suet. Cal. cap. 3. Item Oehonis apud eundem Vespas. cap. 6. 4 *Vindicare* hic duplici significatione positum: *libertatem* enim *vindicare*, est usurpare sibi, asserere se in libertatem: *pudicitiam*, est ulcisci pœnas ob eam læsam sumere. Sic infrà 1, 26, 5. 5 Impulsu, suasione, instigatione. 6 Deserit, eique amplius parêre non vult, oratione Bruti, quam in foro habuerat, concitatus. Hîc enim de vi ac libidine Sexti Tarquinii, de stupro infando Lucretiæ, ac miserabili cæde, de orbitate Tricipitini, varie differebat. Indignam Servii Tullii retulit cædem, & invectam corpori patris nefando vehiculo filiam. Liv. 1, 28. 7 Bona populatur, spoliat, jussu scilicet & instinctu Patrum, *ut contractâ regiâ prædâ, omnem in perpetuum spem pacis cum his amitterent.* Ita Jugurtha apud Sal. *id modò festinabat, Bocchi pacem imminuere, ne, moras agitando, alia quàm bellum mallet.* Ita Asdrubal ultimus Carthaginensium Imp. in captivos Rom. crudeliter sæviit, *ne Carthaginensibus ullam spem pacis à Romanis impetrandæ relinqueret.* 8 Undè Campus Martius, situs inter Urbem & Tiberim, equis & juventuti exercendæ accommodatus. Dicit autem *Marti suo*, quia conditor urbis originem ad eum referebat. 9 Devovet, dedicat. Quomodo *equos consecrare* dixit Suet. Cæs. cap. 81. 10 Tutores, assertores, scilicet Brutum & Collatinum. 11 Minus benè, Livio teste lib. 2. cap. 1. *libertatis originem indè magis, quàm quòd diminutum quicquam sit ex regiâ potestate, numeres. Omnia jura, omnia insignia primi Coss. tenuêre: id modò cautum est, ne ambo fasces haberent, duplicatus terror videretur.* 12 Pro perpetuo. 13 Annuum imperium, id est, annui magistratus, non nisi unum annum duraturi. Undè *annuum* id dicitur, quod unius anni spatio continetur; sicut *diurnum*, quod diei. Undè *spatium annuum* dicimus. *Annuum* quoque dicitur, quod fit singulis annis: ut apud Virg. *atque* annui *magna Sacra refer tereti.* 14 Pro uno Imperatore duos fieri placuit: singulis enim annis duos Consules creavit populus. 15 Imperium. 16 Ubi unus imperat.

dine

dine vel [1] morâ corrumperetur : [2] *Conſuleſque* appellavit pro Regibus, ut [3] conſulere ſe civibus ſuis debere me-
3 miniſſent. Tantumque libertatis novæ gaudium [4] inceſſerat, [5] ut vix mutati ſtatus fidem caperent; [6] alterumque ex Conſulibus, tantum ob [7] nomen & [8] genus
4 regium, [9] faſcibus abrogatis, Urbe [10] dimitterent. Itaque [11] ſubſtitutus [12] Valerius Publicola, [13] ex ſummo ſtudio [14] annixus eſt ad augendam liberi populi majeſta-

1 Diuturnitate. Q. d. Duo Conſules ideò creati ſunt, ut, ſi unus improbus eſſe maluiſſet, alter eandem habens poteſtatem, collegam ſuum coërceret, & inſolentiæ ejus occurrere poſſet. Et *annuus* fuit *magiſtratus*, ne diuturnitate Conſules inſoleſcerent, nec ſuperbi fierent; ſed temporis exiguitate deterriti, abſtinerent ab iis perpetrandis, quorum paulò poſt privati rationem reddere cogerentur. Unde Sal. in Cat. *Poſt, ubi regium imperium, quod initio conſervandæ libertatis, atque augendæ Reip. fuerat, in ſuperbiam dominationemque convertit; immutato more, annua imperia, binos imperatores ſibi fecêre: eo modo minimè poſſe putabant per licentiam inſoleſcere animum humanum.* Adde Val. Max. 4, 1, 3. Ita *diuturnitate in ſuperbiam* mutavit Vannius apud Tacit. An. lib. 12. cap. 29. *Diuturnitate Imperii coalita audacia*, Idem lib. 14. cap. 1. 2 Prudenter hîc Romani, cum jugum exeuſſiſſent, nomen aliud ſummo Magiſtratui impoſuerunt, ne, ſi Conſules Reges vocaſſent, regiam iis & ſolutam legibus poteſtatem conceſſiſſe viderentur. Plutarchus aſſerit, eos creatos Kal. Jan. Hinc ſervatum, ut deinceps ſemper Kal. Jan. Coſſ. crearentur. 3 Adeſſe ope, conſilio, conſilium dare. 4 Invaſerat, ceperat cives Romanos. Nec immerito: *Libertas* enim *inæſtimabilis res eſt.* Igitur Tarquinii Superbi crudelitas ita ſuavitatem commendavit publicæ libertatis, ut hyemis ſolet aſperitas vernum laudare tempus. Dicitur autem *inceſſit me gaudium*, vel *inceſſit mihi gaudium.* Eſt autem à verbo *inceſſo* (quod derivatur à ſupino verbi *incedo*) quod ſignificat laceſſo, convitiis & maledictis peto. Ovid. *Quid ſimulacra ferox dictis* inceſſis *amaris?* Ut vix poſſent credere ſtatum Reip. ſeu modum impetrandi eſſe mutatum. *Capere* enim ſæpiùs ſumitur pro comprehendendæ continendæque rei ſufficere. Sic Liv. lib. 33. cap. 18. *Majus gaudium fuit, quam quod univerſum homines* caperent. 6 Scilicet L. Tarquinium Collatinum, Lucretiæ maritum. Appoſite utitur Florus noſter voce *alterum: alter* enim plerumque de uno ex duobus dicitur: ſic narrat Livius Annibalem in tranſitu Alpium *alterum* amiſiſſe oculum. Sic hoc loco Florus duorum tantum Conſulum mentionem fecerat: bene ergo dicit *alterum*, id eſt, unum ex duobus iſtis Conſulibus, quos nominaverat. Atque in hoc diſtinguitur à voce *alius*, quod *alius* de pluribus dicatur: ut, *alii* virtutem præponunt, *alii* voluptatem, *alii* divitias, *alii* honores. 7 Quia appellabatur L. Tarquinius Collatinus. 8 Erat enim ex gente Tarquinia. 9 Poteſtate, cujus faſces ſunt inſignia, adempta, id eſt, abdicato conſulatu. 10 Pellerent, exigerent. Improbat hoc factum Cic. Offic. 3. 11 In locum Collatini ſuffectus. 12 A *colenda plebe* ſic dictus, quia plebem mirificè colnit. De hoc præter citatos vide Plutarch. in ejus vitâ. 13 Id eſt, ſummo ſtudio. Græciſmus eſt, ἐκ πολλῆς σπουδῆς. 14 Valdè nixus eſt.

tem

tem. Nam & [1] faſces ei pro concione ſubmiſit, & [2] jus provocationis adverſus [3] ipſos dedit. Et, ne [4] ſpecie arcis offenderet, [5] eminentes ædes ſuas in [6] plana ſubmiſit. Brutus verò favori civium, etiam [7] domus ſuæ clade & [8] parricidio, [9] velificatus eſt. [10] Quippe cùm ſtudere revocandis in Urbem Regibus [11] liberos ſuos comperiſſet, protraxit in forum, & concione mediâ virgis cecîdit, & [12] ſecuri percuſſit: ut planè publicus parens in locum liberorum adoptaſſe ſibi populum videretur. Liber jam hinc populus Romanus, prima adverſus exteros arma [13] pro libertate corripuit; mox [14] pro fini-

1 Imperium & poteſtatem conſularem populo, quoties concio fieret, ſubjecit, id eſt, lictores, cæteraque conſulatus inſignia à ſe recedere juſſit, ut velut privatus populi judicium ſubiret. Nam *ſubmittere faſces*, eſt auctoritatem vimque imperii majori atque auguſtiori imperio ſubjicere. 2 Jus appellationis à Conſulibus. Legem hanc Valeriam, de provocatione latam, Antonius apud Ciceronem de Orat. 2. *patronam civitatis*, *ac vindicem libertatis* vocat: eâ enim effectum eſt, ne Conſul pro arbitrio in quemvis ex odio fortè, alia-ve injuſta cauſa animadvertere poſſet, ſed ubi populus comprobaſſet. Vide Liv. lib. 10. cap. 9. 3 Id eſt, Conſules; ut hic rursùs ſit Emphaticum, ut ſuprà 1, 1, 9. 4 Similitudine caſtri aut domus regalis populum ſibi infenſum redderet. Inter irritamenta invidiæ Piſonianæ numerat Tac. An. 3, 9, 3. fuiſſe *domum foro imminentem*. 5 Excelſo loco poſitas. Ædificaverat enim Conſul Poplicola in ſumma Velia, id eſt, in altiſſima parte Palatini montis; & propterea ſuſpicionem apud populum incurrerat, quaſi arcem eam regno pararet. Vidè Liv. lib. 2. cap. 7. 6 Demolitus eſt, in planitie ædificavit. 7 Familiæ ſuæ exitio. 8 Cæde. Juſſit enim filios duos virgis cædi, & ſecuri percuti; quia cum illis ſenſerant, qui Tarquinios reges, ab ipſo paucis ante diebus exactos, in regnum reſtituere parabant. 9 Aucupatus eſt favorem civium, tanquam qui velis remiſque operam daret, ut verum vindicem ſeſe libertatis publicæ, ſevero etiam in filios ſupplicio, idque abrupto omni paternæ neceſſitudinis vinculo, præſtaret. Sic Cic. Ep. fam. 8, 10. *ne* velificatus *alicui dicaris*, id eſt, blanditus, gratificatus. Apud eundem legimus, *velificari honori ſuo*. *Velificare* autem eſt navigare, vela facere. 10 De conjuratione filiorum Bruti contra Remp. præter Liv. & Dionyſ. lege Val. Max. 5, 8, 1. Claud. in Eutrop. 1, 441. *natos hoc dedere pœnæ Profuit, & miſero civem præponere fratri.* Virg. 6. Æn. 820. *natoſque pater nova bella moventes. Ad pœnam pulchrâ pro libertate vocabit.* 11 Filios ſuos, Titum & Tiberium 12 Decollavit. 13 Ad defenſionem, causâ libertatis, aut propter libertatem, de libertate ſumſit, cepit. 14 Ad defenſionem, cauſa ditionis, territorii.

bus;

Digitized by Google

bus ; deinde pro [1] ſociis , [2] tum gloria & imperio , [3] laceſſentibus aſſiduè [4] uſquequaque finitimis : [5] quippe cui [7] patrii ſoli [6] gleba nulla, ſed ſtatim hoſtile [7] pomœrium , mediuſque inter Latium & Tuſcos , quaſi in quodam bi- [8] vio collocatus , omnibus portis in hoſtem incurreret : donec quaſi [8] contagione quadam per ſingulos itum eſt , & [9] proximis quibuſque correptis , totam Italiam ſub ſe [10] redegerunt.

1 Fœdere conjunctis. Romani enim *ſocios* ſuos appellabant , quos ita fœdere conjunctos habebant , ut & belli & pacis eſſent participes. Hinc propriè *ſocii* dicuntur , qui pari conſilio , ſpe, & periculo rem aliquam inter ſe aggrediuntur. Virg. 2. Æn. *Addunt ſe* ſocios *Ripheus , & maximus armis Iphitus.* A quo *ſociale* dictum , quod ſociorum eſt : unde *ſociale bellum*, quod cùm ſociis geſtum eſt : & *ſocietas* , quaſi participatio. Vide Sal. noſtrum , p. 27. a. 2 Prætereà. 3 Irritantibus. 4 Paſſim , aſſidue , ſemper. Plaut. *Mari terrâque illæ* uſquequaque *quærit*. 5 Roma à principio tantum unam Tiberis ripam tenebat. Latium urbi ab Ortu , ab Occaſu Hetruria erat , à Meridie Vejentes , Sabini à Septentrione , hoſtes omnes. 6 Fruſtum terræ. Extenuat rem Florus , ut major inde admiratio oriatur. Jam enim ſub tot Regibus, & omnibus, præter Numam, bellatoribus, aliquantum agri acquiſiverant Romani. 7 Dicebatur ſpatium, illud augurato conſecratum, quod intra murum & extra neque habitari , neque arari fas erat. Liv. l. 1. c. 44. Dictum *pomœrium* quaſi *poſt murium*. Nam veteres *mœrum* dicebant *murum*. 8 Morbo ſerpente , contaminatione malorum. Dicitur *hoc contagium* , *hæc contages* , *& hæc contagio* , quæ propriè eſt morbus , qui ex contactu contrahitur : *à contingendo.* Ad eundem locum illa num. 6. ſunt referenda : *Prima adverſus exteros arma pro libertate corripuit , mox pro finibus ; deinde pro ſociis, tum gloriâ & imperio.* Et quod infrà 2, 9, 4. dicit : *Serpſit tamen latiùs in proximos bellum.* Denique quod 3, 5, 8. habet : *Sed hic terror Asiæ Europam quoque Regi aperiebat.* Nimirùm ut Juſtin. 1, 1, 8. loquitur : *Proxima quæque victoria inſtrumentum ſequentis eſt.* Quam in rem pulchra congeſſit Freinshem. infrà 2, 1, 2. 9 Finitimis ſubactis. Ita Macedones apud Juſt. l. 7. c. 1. 10 Subegerunt.

CAP. X.

Bellum Etruſcum cum Rege Porſenâ.

1 [1] Pulſis ex Urbe Regibus , prima [2] pro libertate arma corripuit. Nam Porſena Rex Etruſcorum

1 Tarquinios ejectos Porſena , Etruſcorum Rex , armis ſummaque vi conatur reducere : ipſe Horatii virtute , Mucii fortitudine , Cloeliæ Virginis audaciâ victus populum Romanum jubet eſſe liberum. Sed Tarquinienſium civium non priùs expugnata pertinacia eſt , quam Arruns Tarquinius & Conſul Brutus infeſto utrimque concurſu perierint. Hiſtoriam hanc ſcribunt Liv. 2, 10. Dionyſ. 5, 21. Eutrop. 1, 11, Sil. 10, 48. Virg. Æn. 8, 646. 2 Exſequitur jam per partes , quod propoſuerat ſuprà 1, 9, 6.

1 in-

[1] ingentibus copiis aderat, & Tarquinios [2] manu reduce-
2 bat. [3] Hinc tamen, quamvis & [4] armis, [5] & fame
[6] urgeret, occupatoque [7] Janiculo ipsis Urbis [8] faucibus
incubaret, [9] sustinuit, [10] repulit: [11] novissimè etiam
tantâ admiratione [12] perculit, ut [13] superior ultrò cum
3 pænè victis amicitiæ [14] fœdera feriret. Tunc illa [15] Ro-
mana prodigia atque miracula, Horatius, Mucius, Cloe-
lia: quæ nisi in [16] annalibus forent, hodiè fabulæ vide-
4 rentur. Quippe Horatius [17] Cocles, postquam hostes
[18] undique instantes solus [19] submovere non poterat,

1 Maximâ militum multitudine, maximo exercitu. *Copia* enim in plurali numero peculiariter significat multitudinem exercitus: ut *Copiæ Pompeji*, *Copiæ Cæsaris*. Ter. *Viden' militem secum ad te quantas* copias *adducere?* 2 Exercitu. Sal. *Memorare possem, quibus in locis maximas hostium copias populus R. parvâ* manu *fuderit*. Quidam *manum* à *manando* appellatam existimant, quod ex brachiis *manet*, vel quod ex eâ *manent* digiti. Hinc *plenâ manu*, id est copiosè. Aliquando *manus* accipitur pro potestate. Ter. *Uxor quid faciat, in* manu *non est meâ*. Vide quæ nos ad Sal. p. 34. a, & b. 3 Porsenam. 4 Bello. 5 Edendi cupiditate: quâ tamen invictissima quæque facile expugnantur. *Sæpius enim penuria, quam pugna, consumit exercitum, & ferro savior fames est*: ait Veget. lib. 3. & iterùm lib. 3. *fames (ut dicitur) intrinsecus pugnat, & vincit, sæpiùs, quam ferrum.* 6 Premeret. Alias secundùm Virg. Æn. 1. 533. *Non ea vis animo, nec tanta superbia victis.* Sed Romana gens nunquam plus animi, plus superbiæ, plus roboris ostendit, quam cùm in extrema pericula conjecta est. Unde Polyb. lib. 3. cap. 75. *Quippe Romani, quâ publice, quâ privatim, tùm maximè sunt terribiles, quando præsentis alicujus periculi metu acri tenentur.* 7 Oppido in Janiculo monte, trans Tyberim, à conditore dictum: vel quod *januæ* esset Romanis in Hetruriam proficiscentibus. 8 Angustiis, ingressui, aut cervicibus pertinaciter inhæreret. incumberet, immineret: Porsena. 9 Retinuit, cohibuit. 10 Arcuit, rejecit. 11 Ultimò, ad extremum. 12 Permovit, perturbavit. 13 Victor. *Sæpe & ipsi virtutem mirantur hostes.* Sive ut Cic. in Pison. *Habet hoc virtus, ut viros fortes species ejus & pulchritudo etiam in hoste posita delectet.* Hæc eadem Alexandrum M. permovit, ut Porum, Indorum Regem, à se victum & captum in regnum suum remitteret. 14 Conjunctiones, pactiones firmaret & sanciret. *Fœdus* enim licet proprie pactionem illam significat, quæ fit inter hostes, dùm à bello discedituf; abusivè tamen pro quacunque conjunctione accipitur: unde *fœdus amicitiæ, amoris, benevolentiæ, officii* dicimus. 15 Romani prodigiosè, id est, ultra modum mortalitatis affecti, aut Romani incredibilis fortitudinis. 16 Ita infra 1, 12, 11. de Vejis. *Laborat annalium fides, ut Vejos fuisse credamus.* 17 In facto Coclitis simili figurâ utitur Liv. *rem ausus plus famæ habituram ad posteros, quàm fidei.* *Cocliles* appellaverunt veteres, qui unum tantùm haberent oculum. 18 Ex omni parte urgentes. 19 Repellere, arcere. Sic infra 3, 10, 7. *Sed ille fortiter à Delabellâ* submotus est.

1 ponte

Digitized by Google

[1] ponte [2] reciſo [3] tranſnatat Tiberim, nec arma [4] dimittit. Mucius [5] Scævola [6] Regem per [7] inſidias in caſtris [8] ipſius aggreditur: ſed ubi fruſtrato circa [9] purpuratum ejus ictu tenetur, ardentibus [10] focis injicit manum, terroremque geminat dolo. *Ut ſcias*, inquit, [11] *quem virum effugeris idem trecenti juravimus:* cùm interim [12] (immane dictu!) hic interritus, ille trepidaret, tanquam manus regis arderet. Sic quidem viri: ſed ne quis ſexus à laude ceſſaret, ecce & [13] virginum virtus. Una ex [14] ob-

1 Sublicio ſc. ideſt, ligneo, Tiberi impoſito, ad eam partem, quâ Janiculum ab Urbe dirimitur, eâ arte conſtructo, ut trabes ſinè fulturis eximi poſſent. Dictus ergo eſt *ſublicius*, quod ligneus eſſet, & *ſublicis* fulciretur. *Sublica* enim eſt palus ſeu pertica, quæ in aquâ defigebatur ad pontis alicujus ſuſtentationem. Hic autem Pons primùm factus eſt à Pontificibus, & ſæpè reſtitutus; unde etiam *Pontifices* dicti ſunt. 2 Reſciſſo, revulſo. Cæſ. *Pontem jubet* reſcindi. Non abſimilis virtus Caſſii Scævæ, niſi quod ſcutum abjicere coactus ſit, cùm in mare ſe daret. Val. Max. 3, 2, 23. ext. 3 *Tiberine pater*, inquit, *te ſancte precor, hæc arma & hunc militem propitio flumine accipias.* Huic tantæ virtuti non ingrata civitas fuit. Statua illi in comitio poſita, & de publico donatus ager, ter quantum uno die circumducto aratro poſſet amplecti. Liv. lib. 2. cap. 10. 4 Relinquit. Sen. Epiſt. 120. *Non minùs ſoli citus ut armatus, quàm ut ſalvus exiret.* 5 Siniſtra utens manu, quam Græci σκαίαν dicunt. Unde *Scæva* & *Scævola*, qui ſiniſtrâ tantùm manu utuntur. Scævola enim cùm dextram foculo incenſo injeciſſet, enſemque à Porſena datum læva manu arripuiſſet, *Scævola* in poſterum cognominatus eſt. Patres C. Mutio reduci, virtutis cauſa, trans Tiberim agrum dono dedêre. Liv. 2. cap. 11. 6 Porſenam. 7 Fraudem. 8 Porſenæ. 9 Scribam vocat Livius, quem milites recenſentem una cum rege Porſena in caſtris, & ſtipendium forte militibus dantem idem Livius ſcribit; & Mutium, qui ad regis cædem venerat, errore ductum, pro rege Scribam obtruncaſſe, quod ille corporis cultu nihil fermè à Rege differret. *Purpurati* autem vocantur amicorum regiorum principes, qui purpurea veſte utebantur. Hac voce ſæpiſſime pro ſatrapis utitur Curtius. 10 Ignibus, aut locis, in quo ignis Sacerdotis conſervabatur, imponit, immittit, intrò jacit. 11 Q. d. Cùm trecenti ſint è Nobilitate Romana, qui conjuraruntin caput tuum; facile conjicere potes, quantum effugeris virum, qui primus hoc decus ſuum eſſe voluit. Sunt qui legunt, *quam vix effugeris*, id eſt, quam vix effugere poteris, ut iſtud *effugeris* futurum notet. 12 Mirum & incredibile. 13 Romanis hoc loco quadraret, quod de Scythis prædicat Juſtin. 2, 1, 2. *Non virorum imperio magis, quam fœminarum virtutibus claruêre.* 14 Ob fidem fœderis icti ſervandam. *Obſides* enim dicuntur, qui dati ſunt ob fidem ſervandam: ſive qui traduntur imperio alicujus, eâ conditione, ut, ſi is, qui obſides dedit, à fide recedat, recipienti ſit poteſtas in corpus & vitam eorum ſæviendi, qui dati ſunt obſides. Erant autem ex primariis familiis obſides viginti, imprimis Conſulum liberi, Marci Horatii filius, Publii Valerii filia, jam nubilis, Dionyſ. Cauſam cur fœminæ etiam obſides dari ſolitæ ſint, exprimit Tacitus: *Efficacius obligari animos eorum, quibus obſides imperata fuerint fœminæ: cùm infirmum ſexum hoſtili ſævitiæ ac ludibrio facilè credatur expoſiturus.*

ſidibus

fidibus [1] regi data, [2] elapſa cuſtodiam, [3] Clœlia, [4] per
8 patrium flumen equitabat. Et Rex quidem, tot tantiſque virtutum territus [5] monſtris, *valere, liberoſque eſſe* juſſit. Tarquinii tamdiu [6] dimicaverunt, donec Aruntem [7] filium [8] Regis manu ſuâ Brutus occîdit, ſuperque ipſum mutuo vulnere exſpiravit; planè quaſi [9] adulterum ad inferos uſque [10] ſequeretur.

1 Porſenæ, Hetruriæ Regi. 2 Cùm locum, quo ſervabatur cum cæteris, aut cuſtodes ipſos, effugiſſet. Sic Tac. *pugnam & vincula elapſi.* Fugiendi occaſio hæc fuit. *Cùm ad dicendam cauſam veniſſent Romani oratores, peterant virgines licentiam in amne lavandi. Hac à cuſtodibus impetratâ, monentur tantiſper à flumine ſecedere, dùm ſe abluiſſent, & veſtimenta recepiſſent, ne illi nudas conſpicerent: cùm hoc quoque feciſſent cuſtodes, hortante ac præeunte Cloelia, natatu ſuperato flumine, in urbem ſe recipiunt.* Dionyſ. & *Romani novam in fœminâ virtutem novo genere honoris, ſtatuâ equeſtri, donavêre: in ſummâ Sacrâ viâ fuit virgo inſidens equo.* Liv. lib. 2. cap. 13. 3 Virgo Romana. 4 In equo trajiciebat flumen patrium, & Romam auſugiebat. 5 Tam raræ virtutis ſpeciminibus, ut, pro monſtris haberi queant. Sic *miraculum audaciæ* dicit Livius, de Cocliris facto loquens. 6 Bellum geſſerunt. pugnaverunt. 7 Natu Maximum ſc. 8 Tarquinii Superbi. 9 Iſtis verbis Florus innuere videtur, Aruntem Tarquinium Lucretiæ vim intuliſſe, quem tamen omnes Sextum vocant. 10 Perſequeretur.

CAP. XI.

Bellum Latinum.

1 [1] LAtini quoque, [2] Tarquinios aſſerebant, [3] æmulatione & invidiâ: ut populus, qui foris dominabatur, ſaltem domi ſerviret. Igitur omne Latium, [4] Mamilio Tuſculano duce, quaſi

1 Italiæ populi ſeu Latii incolæ, eum tractum incolentes, qui eſt inter oſtia Tyberis & Circejos. Triginta Latinorum populi, duce Mamilio Tuſculano, quem Tarquinii excitaverant, arma ſumunt. Romani ad Regillum lacum, Dictatore Poſthumo, pro libertate pugnantes, ſtrenue vincunt. Indè à vicinis laceſſiti, fines etiam, dùm propulſant injuriam, producunt. Quinctius Cincinnatus ex agro ad Dictaturam extractus, Æquos, qui D. Minucium Conſulem in Algido monte circumſepſerant, ſub jugum miſit. Hiſtoriæ hujus auctores ſunt Liv. 2, 19. Dionyſ. 6, 2. Plutarch. in Coriol. cap. 31. Val. Max. 1, 8, 1. 2 Tarquinii filios defendebant, vindicabant, liberabant. 3 Neutra ferè eſt ſine alterâ, ut à ſcriptoribus rectè conjungantur. Plin. in Paneg. *Æmulatio maximè naſcitur ex conjunctione, alitur æqualitate, exarſcit invidiâ, cujus finis eſt odium.* 4 Al. *Manilio.* Hunc florentibus adhùc rebus, ut dominationis ſuæ ſubſidio confirmaret, generum ſibi elegerat Superbus.

2 [1] in Regis ultionem, [2] tollit animos. Apud [3] Regilli la-
cum [4] dimicatur, diu Marte vario, donec [5] Posthumius
ipse [6] Dictator [7] signum in hostes [8] jaculatus est (*9* no-
vum & insigne [10] commentum) uti [11] peteretur [12] cursu.
3 [13] Cossus [14] equitum magister [15] exuere frænos impera-
4 vit (& hoc novum) quo [16] acriùs incurrerent. Ea denique
atrocitas fuit prœlii, ut interfuisse spectaculo Deos fama
tradiderit duos, [17] in candidis equis, [18] Castorem atque

1 Propter. Hanc enim causam prætexebant, cùm invidia esset, & metus augescentis Rom. potentiæ. 2 Erigit. 3 *Regillus* est lacus in agro Tusculano. 4 Prœlium fit, pugnatur. 5 Qui ob hanc victoriam *Regillensis* est appellatus. 6 Summo illo magistratu, à quo non licebat provocare, sed audiendum erat ejus dicto, fungens. Is ab altero Consulum, vel belli gerendi, vel seditionis sedandæ causâ nocte dicebatur, id est, creabatur. Potestas plane regia erat (omnes enim, exceptis tantùm Tribunis plebis, magistratu se abdicebant) sed ne morâ corrumperetur, tantum semestris. Primus Sylla, & post eum Cæsar illam sibi potestatem prorogari voluere. Vide Liv. l. 4. c. 17. & l. 9. c. 38. 7 Vexillum: sic dictum ab effigie animalium, quæ in vexillis fieri consueverunt, ut aquilæ, lupi, equi, apri; his enim uti Romanæ legiones solitæ sunt. Vide Sal. nostrum p. 41. b. 8 Projecit. Non meminit Livius illius signi in hac pugna jacti in hostes, ut repeteretur. Ait tantum Posthumium Dictatorem cohorti suæ signum dedisse, ut, quem suorum fugientem viderent, pro hoste haberent. Signa deserere pro magno scelere habebatur. Ovid. Fast. 3, 113. *Non illi cœlo labentia signa tenebant:*, id est, intelligebant: *Sed sua: quæ magnum, perdere, crimen erat*: & propterea maximum ad pugnandum incitamentum, signa jecisse in hostes. Quod sæpiùs tentatum Romanis, prospero eventu. Vide Liv. 3, 62, 70, 4, 29, 3, 25, 14, 5. 34, 45, 11. 41, 4, 10. Cæs. de Bel. Gal. 3, 25. Val. Max. 3, 2, 20. 9 Imò à Servio Tullio multis ante annis usurpatum. 10 Stratagema, inventum. Ita Just. 21, 3, 1. *Dein cum rapinæ occasio accessit, universam civitatem callido* commento *circumvenit.* Sic 22, 3, 7. 32, 4, 6. 11 Repetereretur ex hostium castris. 12 Freinshemius non *cursu* (quia manu & armis repetendum erat signum) sed *vursus*, vel *Rursus tossus*, &c. legendum putat. 13 A. Cornelius &c. 14 Cui summa potestas in equites erat: addebaturque semper Dictatori, cui summa potestas erat in populum: unde & *Magister Populi* dicebatur, ut ait Varro. *Magistri* proprie dicuntur artium præceptores, pædagogi. Transfertur tamen hoc nomen ad omnes quibus præcipua cura rerum incumbit, sive ad quoscunque præfectos: vel quod *magis* cæteris possint; vel quod *magis*, quam cæteri, diligentiam & solicitudinem rebus, quibus præsunt, debent. 15 Detrahere equis frænos. Simile apud Val. Max. 3, 2, 9. Liv. l. 40. c. 40. ubi dicit, *id Rom. equites sæpè cum magnâ laude fecisse suâ, memoriæ proditum est.* 16 Vehementiùs, majore vi & impetu irruerent. Polybius l. 1. c. 47. ridet Historicos, ut ignavos & inficetos, qui non verentur id genus ineptias libris inserere. Verba ejus sunt: *Ubi exitum non inveniunt, nec quomodo mendacium deponant, Deos, & Deorum filios, in historiam rerum gestarum, veram & seriam narrationem professam, inducunt*, &c. 17 Insidentes candidis equis. 18 Fratres gemini fuerunt, Jovis ex Lædâ, sub cygni forma compressa, filii. Hoc inter miracula, quæ Romanis contigêre, affirmant Val. Max. 1, 8, 1. Cic. Tus. Quæst. 1. & de Nat. Deor. 2. Plur. in Coriol. Similia Florus noster infrà 2, 12. Justin. 10, 3, 8. Plura congessit Zwinger. vol. 3. lib. 11.

Pol-

Pollucem, nemo dubitavit. Itaque & imperator veneratus eſt. pactuſque victoriam [1] templa [2] promiſit; & reddidit, planè quaſi [3] ſtipendium [4] commilitonibus
5 Deis. Hactenùs [5] pro libertate: mox [6] de finibus cum eiſdem Latinis aſſiduè & ſinè intermiſſione pugnatum
6 eſt. [7] Sora (quis credat?) & [8] Algidum [9] terrori fuerunt. [10] Satricum atque [11] Corniculum provinciæ. De [12] Verulis & [13] Bovillis [14] pudet; ſed triumphavimus.
7 [15] Tibur nunc ſuburbanum, & [16] æſtivæ Prænestæ deliciæ, [17] nuncupatis in Capitolio votis petebantur. Idem

1 Ædem Caſtorum in foro fuiſſe teſtantur antiqui. Verùm in quâ parte fori, dubitatur. 2 Vovit. 3 Æs militare, ſeu præmium quod militibus datur. Eſt compoſitum ex *ſtipe* & *pendo*, quia ante nummum ſignatum Quæſtores *ſtipem* militibus appendere ſolebant, non annumerare. 4 Simul inſiſtantibus, commilitibus. 5 Ad defenſionem libertatis pugnatum eſt. Ergo Tarquinios nec Porſenæ, nec Latinorum reduxit potentia. 6 Pro finibus, propter fines, id eſt, ditionem, territorium. Alterum membrum diviſionis propoſitæ, 1, 9, 6. 7 Oppidum Campaniæ. 8 Oppidum Æquorum, non procul à Tuſculo in alto monte ſitum 9 Florus hoc dicit, ex præſenti habitu rem æſtimantibus, vix credibile fieri, tantam urbem ita debilem olim fuiſſe, ut hæc oppida terrori eſſe potuerint. 10 Urbs Antiatium in Latio, incenſa eſt à Latinis indignitate irritatis, quod Antiates urbem agroſque dedideſant. 11 Latini nominis oppidum, à Tarquinio Priſco expugnatum, direptum & incenſum eſt; ſed poſtea inſtauratum. 12 Oppidum eſt Hernicorum, in Latio item, haud procul Româ. 13 Oppidum fuit in Latio, haud procul ab urbe Româ, viâ, quæ Ariciam ducebat. Dictum quaſi *bovis billæ*, quod eò vulnerata bos ſua trahens inteſtina devenerit. 14 Hęc vox in oratione ſuſpendit vocem ſenſumve turpem, aut ominoſum. Ita *Pulſi fugat que*, pudet *dicere*, *hoſtes*, 3, 20, 11. Ovid. Met. 9, 530. in nefariis Byblidis literis magno artificio in tertium uſque verſum nomen ejus protelat: *Hanc ubi mittit amans*, pudet, ah pudet, *edere nomen*, &c. Eadem figura utitur Mart. Epigram. 1, 8. *Captotuam*, pudet *heu! ſed capto*, *Maxime*, *comam*. 15 Latinorum urbs, ad vigeſimum ab urbe lapidem. Mart. Ep. 4, 57. ubi divites Romani prædia habuêre, in quibus æſtivo præcipuè tempore commorabantur, propter aëris ibi temperiem. 16 Locus, in quem æſtate ſecedimus, ubi per æſtatem delectamur, De æſtivis veterum deliciis vide Freinshemium ad Curt. 5, 8, 1. Poſteriores Romanos plerumque in Campaniam per æſtatem ſeceſſiſſe, multi Scriptores docent. 17 Promiſſis Diis in Capitolio voce expreſſis ſeu factis, & non ſolum animo conceptis. Duplex enim eſt *Votum*, *Conceptivum* & *Nuncupativum*. *Conceptivum* eſt, quod animo & mente ſolum concipitur: ſed verbis non exprimitur. *Nuncupativum* verò, quod nominatim voce declaratur atque vovetur: ut ſi dixero: Si valetudinem recuperavero, ſtatuam argenteam in templo Apollinis conſtituam & erigam. Qui vota nuncupaſſent, ea libellis inſcripta porticibus affigebant. *Votum* eſt à verbo *vovêre*, quod propriè eſt aliquid Deo ſanctè promittere. Unde promiſſio ejuſmodi, facta Deo, *votum* dicitur. Quoniam verò ea vehementer deſideramus, quæ voto à Deo poſcimus, fit ut aliquando *votum* pro deſiderio capiatur. Unde *voti compos* is dicitur, qui deſiderium ſuum aſſecutus eſt.

tunc

9 tunc [1] Fæſulæ, quod [2] Carræ nuper : idem nemus [3] Aricinum, quod [4] Hercynius ſaltus : [5] Fregellæ, quod [6] Geſoriacum : [7] Tiberis, quod [7] Euphrates. [8] Coriolos quoque (pro pudor!) victos, adeò gloriæ fuiſſe, ut [9] captum oppidum Cajus Marcius Coriolanus quaſi Nu-
10 mantiam aut Africam nomini [10] induerit. Exſtant & parta de [11] Antio [12] ſpolia, quæ Mœnius in [13] ſuggeſtu fori, [14] captâ hoſtium [15] claſſe, [16] ſuffixit; ſi tamen illa claſſis : nam ſex fuêre [17] roſtratæ. Sed hic numerus,
11 illis initiis, navale bellum fuit. [18] Pervicaciſſimi tamen Latinorum Æqui & Volſci fuere, & quotidiani,
12 ut ita dixerim, hoſtes. Sed hos præcipuè Lucius Quintius domuit, ille Dictator [19] ab aratro : qui obſeſſa, ac pænè jam [20] capta Marci Minucii conſulis caſtra,
13 egregiâ virtute ſervavit. Medium erat fortè tempus ſementis, cum patricium virum, innixum aratro ſuo, lictor in ipſo opere deprehendit. Indè in aciem profectus, ne quid à ruſtici operis imitatione ceſſaret, victos [21] mo-

1 Etruriæ civitas : unde incolæ ejus *Fæſulani* appellantur. In hujus agri oppido caſtra poſuit Catilina, teſte Cicerone & Salluſtio in Cat. 2 Meſopotamiæ urbs. 3 *Aricia* urbs fuit Latii à Roma viginti milliaria diſtans. 4 Hercynium nemus, Hercynia ſylva, omnium Germaniæ ſylvarum longè maxima. 5 Oppidum Latinorum non procul à Liri amne; à Samnitibus captum bello Samnitico, & à Romanis receptum. 6 Portus Morinorum in Gallia Belgica, quod nunc Caletum dicitur. 7 Nobiliſſima Orientis flumina. 8 *Corioli* oppidum Volſcorum à C. Marcio captum, ipſi cognomen Coriolano fecit. 9 Occupatum 10 Addiderit. 11 Volſcorum erat in Latio Metropolis, maritima urbs. 12 Nautica ſcilicet roſtra navium intelligit. 13 Loco edito, ubi concionabantur : à *ſuggerendo*, id eſt, aggerundo, dicto. Indè illud celebre nomen *Roſtra*. 14 Occupata. 15 Navium multitudine. 16 Affixit, in ſublimi fixit. 17 In prorâ æneo munitæ roſtro. Unde χαλκεμβόλους vocat Plutarch. in Ant. quod ſcilicet *roſtra* ſive ἔμβολαι facta eſſent *ex ære*. Hinc & *æratas naves* Virgilius vocat. 18 Pertinaciſſimi, nulli cedentes : nam cum iis annis 72. vario Marte pugnatum eſt, quouſque magna clade à Camillo Dictatore victi ſunt. De his lege Liv. lib. 3, & 4. 19 Plin. lib. 18. cap. 5. *Fortiſſimi viri & milites ſtrenuiſſimi ex agricolis naſcuntur*. De Quintio vide Liv. lib. 3. cap. 26. & ſeqq. 20 Occupata. 21 Inſtar pecudum, ut ſolent pecudes.

re

14 dum [1] ſub jugum miſit. Sic expeditione finitâ, rediit [2] ad boves rursùs [3] triumphalis agricola. [4] Fidem numinum! quâ velocitate? intra quindecim dies cœptum, peractumque bellum; prorsùs ut feſtinaſſe
15 Dictator ad relictum opus videretur.

1 Haſtas diſpoſitas in ſpeciem patibuli, in ſignum extremæ ſubjectionis. Nam *ſub jugum mitti* dicuntur hoſtes victi, ereptis omnibus armis, teliſque, cùm haſtis defixis duabus in terrâ, tertiâque ad ſummum earum deligatâ, ipſi eam jubentur ſubeuntes tranſire: idque potiſſimum apud Romanos fiebat, quoties hoſtes, traditis armis, deditionem facerent. *Jugum* enim ſæpiùs ſumitur pro eo, ſub quo ignominiæ gratiâ victi hoſtes mitti ſolebant: quod fiebat eo modo jam dicto. Ab hac ſignificatione vocis *jugi* derivatur verbum *ſubjugare*, id eſt, debellare, atque imperio ſuo ſubjicere. *Jugum* item eſt vertex, ſive cacumen montis. Virg. *Dum* juga *montis aper, fluvios dùm piſcis amabit*. *Jugum* quoque eſt ligneum inſtrumentum, quo junguntur boves & arctantur. Item lignum, quo textores telam convolvunt. Ovid. *Tela* jugo *juncta eſt, ſtamen ſecernit arundo*. *Jugum* apud Ciceronem etiam ſæpiùs ſumitur pro ſervitute, onere, vel tyrannide. *Juga* etiam ſunt tabulæ navium, in quibus remiges ſedent, quæ & *tranſtra* vocantur. Virg. *Indè alias animas, quæ per* juga *longa ſedebant, Deturbat, laxatque foros.* 2 Ad agriculturam. 3 Qui triumphaverat. Ita *triumphalis arator*, apud Plin. l. 18. c. 3. 4 Bone Deus? Sic *apud* Comicos *hominum fidem! Deùm fidem!*

CAP. XII.

Bellum cum Etruſcis, Faliſcis, & Fidenibus.

1 1 ASſidui verò, & [2] anniverſarii hoſtes ab Etruriâ Vejentes: adeò ut extraordinariam manum adverſus eos promiſerit, [3] privatumque geſſerit bellum

1 Rebus Romanorum acciſis, bellum Reipublicæ nomine contra Vejentes ſuo periculo 306. Fabii moverunt, qui ad Cremeram flumen cæſi ſunt: dies prœlii inter nefaſtos relatus: porta quâ ad bellum exierant, Scelerata pro Carmentali dicta eſt, Vejorum urbs decennio obſeſſa tandem cuniculis & duce Camillo expugnanda fuit. Fidenates Latini dùm facibus armati in prœlium ruunt, ut Romanam aciem percellerent, ipſis faces à Romanis ereptæ ſunt, profligantur, cæduntur, urbs eorum capta eſt. Faliſcos Etruſcorum populos Camilli Juſtitia vicit & probitas, remiſſo ad Faliſcos puerorum magiſtro proditore. Hiſtoriam 306. Fabiorum ſcribunt Liv. 1, 4, 8. Dionyſ. l. 9. cap. 17. Eutrop. 1, 11. Ovid. Faſt. 2, 195. Silius 2, 3, & 7, 40. 2 Qui ſingulis annis, velut ſtato tempore, eos laceſſerent. Sic apud Liv. l. 4. c. 45. *Æquorum jam velut* anniverſariis armis *aſſueverat civitas.* 3 Privatis copiis, & ſumptibus. *Privatum* enim *bellum* dicitur, quod privati gerunt, tanquam non concernens Remp.

[1] gens una Fabiorum. Satis superque [2] idonea cla-
[2] des. Cæsi apud [3] Cremeram [4] trecenti : [5] patricius
exercitus : & [6] *scelerato* signata nomine, quæ [7] proficis-
[3] centes in prœlium porta [8] dimisit. Sed ea clades ingen-
tibus [9] expiata victoriis, postquam per alios atque alios
duces [10] robustissima capta sunt oppida : [11] vario quidem
[4] eventu. [12] Falisci se [13] sponte dediderunt. [14] Cremati

a Familia sola Fabiorum : cujus sex stirpes fuêre. Prima eorum est, qui *Vibulani* (à *Vibone* forsan oppido, quod in Brutiis condidit Hercules) altera, qui *Ambusti* dicti, (auctore Festo, à Fabio Eburno, quòd fulmine *ambustus* sit) tertia, qui *Maximi* (à Q. Fabio Rulliano, qui Censor cum P. Decio, omnem forensem turbam secretam in quatuor tribus conjecit, Urbanasque appellavit. Quæ res adeo gratis animis accepta est, ut *Maximi* cognomen, quod tot victoriis non pepererat, hac temperatione ordinum adeptus sit Liv. l. 9.) quarta, qui *Pictores* (à Q. Fabio, C. F. qui primus ædem Salutis pinxit. Plin. l. 35. c. 4.) quinta, *Buteones*; postrema eorum, qui *Dorsones* appellati sunt. De Fabiis, vide quæ nos ad Sal. p. 201. a. & b. & Val. Max. p. 71. Hoc solummodò addam, quòd cognomen hoc *Fabiorum* sortiti sint ex re rustica, nempè à *fabarum* satione, sicut alii veterum haud infimæ sortis. Ita Cicerones, Pisones, ac Lentuli ob ciceres, pisa, lentesque eximiè satas, generosum familiæ nomen adinvenêre. 2 Non modicâ, sed satis magna strages. Diem hujus cladis Ovid. 2. Fast. de Idibus Februarii ita canit: *Hæc fuit illa dies, in quâ Vejentibus arvis Trecentum Fabii, ter cecidêre duo.* 3 Fluvium Tusciæ haud procul Vejis distantem. 4 Livius l. 2. c. 49. & l. 2. c. 50. Dionys. l. 17. c. 9. Sen. de benef. l. 4. c. 30. & Ovid. loco citato *sex & trecentos* numerant. 5 Constans ex patritiis, id est, Senatorum progenie, hoc est, iis, qui à primis Senatoribus, à Romulo institutis, oriundi erant. 6 Al. *Sceleratæ* legunt. Ea autem porta antea *Carmentalis* vocabatur, inter saxum Tarpejum & Tiberim sita: sed nomen mutavit ob emissos Fabios, quasi ipsa in cædem eorum consensisset. Undè Ovid. Fast. 2, 202. *Carmentis porta dextra est via proxima Jano: Ire per hanc noli, quisquis es, omen habet: Illâ fama refert Fabios exisse trecentos, Porta vacat culpâ: sed tamen omen habet.* Ex simili argumento *Sceleratus vicus* dictus est apud Liv. l. 1. c. 48. *Sceleratus campus* apud eundem Liv. l. 8. c. 15. *Sceleratus collis*, ubi Phalaridis taurus fuerat apud Diodor. Ita *Sceleratæ Castræ* apud Suet. in Claud. c. 1. Apud Cretenses locus quidam *Impudentiæ* vocabatur. 7 Fabios. 8 Omisit, vel exeundi potestatem dedit. 9 Placata, punita. *Expiare* propriè est verbum sacerdotale. 10 Munitissima. 11 Dispari certè exitu. 12 Populi Italiæ, ab *Halesо* ita appellati. Ovid. Fast. 4, 73. *Venerat Atridæ fatis agitatus Halesus: A quo se dictam terra Falisca putat; Hi autem* (ait Servius ad 7. Æn.) *immutato H, in F. Falisci dicti sunt: sicut Febris dicitur, quæ ante Hebris dicebatur. Nam posteritas in multis nominibus F. pro H. posuit.* Urbi autem *Falerii* & *Falisca* fuit nomen. 13 Ultrò, non coacti in potestatem Romanorum se tradiderunt. 14 Combusti. Non absimilia desperationis exempla referunt Polybius de Abydenis: Plut. in Bruto, de Xanthiis in Lycià: Liv. l. 21. c. 14. de Saguntinis: Florus noster l. 2. c. 11. de Carthaginensibus: & l. 2. c. 18. de Numantinis: & Val. Max. 3, 2, 7. Judæos quoque templum Hierosol. effligrantem urbem lætis vultibus aspexisse, quod ita nihil essent hostibus relicturi, scribit Joseph. bell. Jud. l. 6. c. 38.

ſuo igne Fidenates. [1] Rapti [2] funditùs [3] deletique Ve-
5 jentes. [4] Faliſci cùm obſiderentur, mira viſa eſt [5] fides
[6] Imperatoris, nec immeritò: quòd [7] ludimagiſtrum,
urbis proditorem, [8] cum iis, quos [9] adduxerat, pue-
6 ris, vinctum [10] ſibi [11] ultrò remiſiſſet. Eam namque
vir [12] ſanctus, & ſapiens, veram ſciebat victoriam,
quæ ſalva fide, & [13] integrâ dignitate [14] pareretur.
7 Fidenæ, quia pares non erant [15] ferro, ad terrorem
movendum facibus armatæ, & [16] diſcoloribus, [17] ſer-
pentum in modum, [18] vittis, furiali more proceſſe-
rant: ſed habitus ille [19] feralis [20] everſionis omen fuit.
8 [21] Vejentium quanta [22] res fuerit, indicat [23] decennis
obſidio. Tunc primùm [24] hiematum ſub pellibus: [25]
taxata [26] ſtipendio [27] hiberna: [28] adactus miles ſua

1 Occupati. *Rapere* ſemper celeritatem notat, & violentiam. Hic *raptos* tamen dicit Vejentes, qui decenni obſidio vix ſubacti ſunt. 2 Prorsùs, à fundo. 3 Extincti, everſi. 4 Al. *Faliſcis, cùm obſiderentur*, &c. 5 Extat hiſtoria apud Liv. l. 5. c. 27. Val. Max. 6, 5, 1. Plut in Camil. 6 Camilli. Livius eum Tribunum militum conſulari poteſtate fuiſſe tradit. 7 Qui ludo litterario, id eſt, ſcholis publicis præerat. 8 Notat enim liberorum eam eſſe charitatem, ut omnia extorqueat, omnem pertinaciam frangat. 9 In caſtra Romana, ad Imperatorem. 10 Faliſcis. 11 Sponte, non laceſſitus, aut monitus. Sic medicum venale Pyrrhi caput offerentem ad eum remiſit Curius: infrà l. 1. c. 18. 12 Juſtus, integer. 13 Inviolatâ exiſtimatione, reputatione. Cic. de Invent. l. 2. ita definit: *Dignitas eſt alicujus honeſta, & cultu, & honore, & verecundâ dignâ auctoritas.* 14 Pararetur. Sic ſuprà: *unius manu* parta victoria. 15 Armis. 16 Diverſorum colorum. 17 Effigie ac formâ anguium. Florus ergo fictos factoſque angues è diſcoloribus vittis fuiſſe innuit. Livius veros angues, cujus hæc ſunt verba l. 4. c. 17. *Indè terror maximus fuit, quod Sacerdotes eorum, facibus ardentibus, anguibuſque prælatis, inceſſu furiali militem Romanum inſuetâ turbaverunt ſpecie.* 18 Ligamentis capitis, id eſt faſciis, quas circùm caput veteres, vel crines, vel ſerta, aut flores, aut quidvis aliud religabant. 19 Funeſtus, exitialis. Veteres ſuperſtitioſi, qui omnium obſervationibus ſe totos addixerant, etiam genus veſtitus, ſive habitum & colorem eò vel imprimis trahebant. 20 Excidii augurium fuit. Victi enim ſunt à Dictatore Q. Servilio. 21 Hiſtoriam hanc lege apud Liv. l. 5. c. 29. &c. Eutrop. fin. l. 1. Plutarch. in Camil. c. 8. Val. Max. 5, 6, 8. 22 Reſpublica. Sic infra 3, 21, 5. *Satis tanto hoſti uno imperatore reſiſtere res Romana non potuit.* Ita ſæpiſſimè auctores. 23 Decem annorum. Sic etiam Troja decennem obſidionem pertulit. 24 Hyems peracta, ſtatio hyberna habita. 25 Æſtimata. Utitur hoc verbo Juſtin. 5, 7, 11. & Sen. *Tanti quoque malum eſt, quanti illud* taxavimus. 26 Militari ſc. 27 Loca, in quibus milites hyeme commorantur. 28 Adacti milites. Singularis pro plurali.

ed by Google

9 ſponte jurejurando, *niſi captâ urbe* [1] *remearet.* Spolia de Larte Tolumnio [2] Rege ad [3] Feretrium reportata. Denique non [4] ſcalis, nec [5] irruptione; ſed [6] cuniculo, & [7] ſubterraneis dolis [8] peractum urbis excidium. Ea denique viſa eſt prædæ magnitudo, cujus [9] decimæ [10] Apollini [11] Pythio mitterentur: univerſuſque populus Romanus ad [12] direptionem [13] urbis vocaretur. Hoc tunc Vejentes fuêre: nunc fuiſſe quis meminit? quæ [14] reliquiæ? quod-ve veſtigium? [15] Laborat annalium fides, ut Vejos fuiſſe credamus.

1 Recederet, id eſt, ſi milites remearent niſi capta urbe, aut ſi remearent urbe non capta, omnes illæ exſecrationes in caput eorum verterentur. Nota hic ſtultitiam votorum & juramentorum. Apud Florum noſtrum l. 3. c. 10. occurrit ſimile factum Helvetiorum, qui mœnia ſua incenderunt, quaſi ſacramento, ne redirent. Simili juramento ſe aliquando obſtrinxêre Lacedæmonii, cùm Meſſenios obſiderent, *non priùs, quàm Meſſeniam expugnaſſent, reverſuros.* Juſt. l. 3. c. 4. Cæſaris etiam milites bello civili juraruntt, *non redituros ex acie, niſi victores.* 2 Vejentium. 3 Jovem. Vide ſuprà 1, 1, 11. 4 *Scalæ* à *ſcandendo* dictæ ſunt, quod his altiora *ſcandamus.* 5 Impetu, incurſione. 6 Subterraneo meatu. *Cuniculus* enim eſt foramen ſub terra occultum, ad ſuffodiendas urbes inventum: à ſimilitudine animalis, quod cavernis ſubterraneis delectatur. Hinc *agere cuniculos*, eſt ſpecus ſubterraneos effodere, per quos occultus in locum aliquem fiat aditus. 7 Cuniculis. 8 Confectum. 9 Decima pars prædæ. 10 Quòd ſcilicet ejus ope & conſilio vicerunt. 11 Pythonis ſerpentis interemptori, cujus pelle tripodes in templo Delphico tectæ erant. Ovid. Met. 1. *Inſtituit ſacros celebri certamine ludos, Pythia perdomitæ ſerpentis nomine dictos.* 12 Populationem, ſpoliationem. 13 Vejentanæ. 14 Veſtigia? Q. d. nulla. Ita cecidit Perſepolis, de quâ Curt. 5, 7, 9. eleganter: *Hujus veſtigium non inveniretur, niſi Araxes amnis oſtenderet.* Propert. l. 4. El. 11, 27. *Et Veji veteres, & vos tùm regna fuiſtis: Et veſtro poſita eſt aurea ſella foro. Nunc intra muros paſtoris buccina lenti Cantat, & in veſtris oſſibus arva metunt.* 15 Periclitatur. Sed profecto talium apud Sapientes nunquam laborat fides. Ipſe Seneca l. 1. Controv. 1. multis docet, *maxima & firmiſſima mutari, minui, tolli, aboleri; omnium inſtabilem & incertam felicitatem eſſe.*

CAP.

CAP. XIII.

1 *Bellum Gallicum.*

1 1 HInc ſive invidiâ Deùm, ſive 3 fato, 4 rapidiſſimus procurrentis imperii curſus, parumper Gallorum
2 Senorum incurſione ſupprimitur. Quod tempus populo Romano neſcio utrum clade 5 funeſtius fuerit, an virtu-
3 tum 6 experimentis ſpecioſius. 7 Ea certè fuit 7 vis calamitatis, 8 ut in experimentum illatam putem divini-
4 tùs, ſcire volentibus immortalibus Diis, an Romana virtus imperium orbis mereretur. 9 Galli Seno-

1 Hujus belli meminerunt Liv. 5, 36. Val. Max. 1, 5, 1. Plutarch. Camillo c. 27. Virg. Æn. 8, 651. Mart. 13, 74. Ovid. Faſt. 6, 251. Al. *hic.* Galli Senones, à legatis Romanorum irritati, dùm ſponte Cluſii obſidione ſolvunt, ad Alliam flumen occurrentes Romanos proſligant: diſſipatos inſecuti, Urbem diripiunt, diruunt, incendunt: inde ad Capitolium ſedent menſes ſeptem, ſed Galli à Camillo Dictatore cæduntur: Roma liberatur. Galli iterùm ad Anienis ripam poſt triceſimum annum cæſi ſunt. Intra duodecimum annum deinceps in agro Pontino afflicti, tandem à Dolabella ad lacum Vadimonis ad unum omnes Senones deleti ſunt. Olet hoc paganicam impietatem: ſicut illud Curtii 6, 2, 19. *Nec ſibi ignaviam militum obſtare, ſed* Deorum invidiam, *qui fortiſſimis viris ſubitum patriæ deſiderium admoviſſent*, &c. Et ab eodem turbido fluit alveo querela Macedonum apud eundem 10, 5, 10. ſuper obitu Alexandri magni, *tam viridem, & in flore ætatis fortunæque*, invidia Deum *ereptum eſſe rebus humanis.* 3 Poteſtate illa, quæ res humanas inevitabili ſorte diſpoſuit. 4 Velociſſimus, id eſt, dùm imperium Romanum celeriter & inſigniter incrementum capit. Eâdem ſimilitudine utitur. Sen. Ep. 101. ubi de Corpelio Senetione loquitur: *in ipſo procurrentis pecuniæ impetu raptus eſt*, id eſt, dum & celeriter & inſigniter diteſcit, ac ſe collocupletat, dùm res familiaris ejus, & grande & velox incrementum capit, morte interceptus eſt. 5 Perniciosius, exitialius. 6 Tentamentis, probationibus pulchrius, magnificentius. Nihil hoc membro in toto Floro gravius, ſapientius & argutius. 7 Moles. 8 Propter explorationem. Res adverſas Virtutum eſſe experimenta, judicavit etiam Plin. l. 9. Ep. 26. *Nequaquam par Gubernatoris eſt virtus, cùm placido, & cùm turbato mari vehitur: tunc admirante nullo illandatus, inglorius ſubit portum; at cùm ſtridunt funes, curvatur arbor, gubernacula gemunt, tunc ille clarus, & Diis martis proximus.* 9 Galliæ Celticæ populi, inter Sequanam & Ligerim.

nes, [1] gens [2] natura ferox, moribus [3] incondita, [4] ad hoc ipsa corporum [5] mole, perindè armis ingentibus, adeò [6] omni genere terribilis fuit, ut planè nata ad hominum [7] interitum, urbium [8] stragem, videretur. [9] Hi quondam ab ultimis terrarum [10] oris, & cingente omnia [11] Oceano, ingenti [12] agmine profecti, cum jam media vastassent, positis inter [13] Alpes & [14] Padum [15] sedibus, ne his quidem contenti, per Italiam [16] vagabantur. Tum [17] Clusium

1 Natio. *Gens* enim modò nationem significat. Virg. Gens *inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor.* Quanquam *gentis* appellatio generalior esse videtur, multasque sub se comprehendere nationes. *Gens* enim Itala Latinos habet, Hetruscos, Campanos, Umbros, Picentes, & hujusmodi. Modò significat familiam & domum: ut, *gens Ælia*, *Valeria*, pro Æliorum, & Valeriorum familia. Undè *gentiles* dicuntur, qui ex eadem familia sunt; & *gentilitius*, quod est ex gente aut familia. 2 A natura, per naturam indomita, fera. *Natura* propriè sumitur pro generatione & nativitate viventium: atque hæc est prima & germana, tam apud Latinos, quàm apud Græcos, hujus vocis significatio. Dicitur enim Latinis *natura*, quasi à *nascendo*. Græcis verò *natura* dicitur Φυσις, ἀπὸ τῦ Φύειν, quod est *nasci*. 3 Agrestis, rudis, impolita. 4 Insuper, præterea. 5 Proceritate, magnitudine. 6 Similiter de Vercingetorige Florus noster infra 3, 10, 20. 7 Exitium. 8 Eversionem. 9 Galli Senones. 10 Finibus. Virg. *Trojæ qui primus ab oris.* *Ora* propriè est extremitas cujusque rei. Hinc vestimentorum extrema *Ora* dicuntur. 11 Mari magno, *Oceanus* enim appellatur universum mare, quod universam circuit terram. *Oceanus* (secundum Poëtas) fuit Cœli & Vestæ filius, & maritus Tethyos, quem Poëtæ maris Deum esse asserunt. Dictus est autem *Oceanus*, à Græcâ voce ὠκὺς, id est, *velox*, ut quidam putant. Hic Oceanus in varia maria ac sinus varie distribuitur. Vide quæ nos ad Sal. p. 233. b. 12 Exercitu. 13 Montes altissimos, disterminantes Galliam ab Italia. A candore nivium nomen habent. 14 *Padus* (vulgò *il po*) fluvius est Italiæ aurifer, sicut Tagus Hispaniæ, Hebrus Thraciæ, Pactolus Asiæ, Ganges Indiæ, ut l. 33. docet Plin. Hic fluvius nulli amnium claritate est inferior, Græcis dictus *Eridanus*, Ἠριδανὸς, ac pœna Phaëtontis insignis, ex imis radicibus montis Vesuvii profluens. 15 Habitationibus, domiciliis. Virg. Sedes *ubi fata quietas Ostendunt.* Propriè est sella, in qua sedemus. 16 Hùc illùc oberrabant. *Vagari* est à nomine *vagus*: *vagi* autem propriè dicuntur, qui sine negotio modò hùc, modò illùc inutiliter discurrunt: sic dicti, quòd *vacui*, id est, sine negotiis, *agantur*. Hinc *vagari* dicimus inutiliter peragrare, huc illuc oberrare. Virg. 2. Æn. *Uritur infelix Dido, totâque vagatur Urbe furens.* Et *vagabundi* vocantur, qui modò hùc, modò illùc discurrentes, tempus inutiliter absumunt. 17 Urbem Etruriæ, Porsenæ quondam Regiam.

obsidebant.

obsidebant. [1] Pro sociis ac [2] fœderatis populus Roma-
nus [3] intervênit. Missi ex more [4] legati. [5] Sed quod
jus apud Barbaros? [6] ferocius agunt: exindè certa-
7 men. [7] Conversis igitur à Clusio, Romamque ve-
nientibus, ad [8] Alliam flumen cum exercitu Fabius
Consul occurrit. Non [9] temerè fœdior clades. Ita-
8 que [10] hunc diem [11] fastis Roma damnavit. [12] Fuso
exercitu, jam mœnibus Urbis appropinquabant. Erant

1 Ad defensionem sociorum. Livius tamen l. 5. c. 35. expressè scribit, Clusinis adversus Romanos nullum jus societatis amicitiæve fuisse. 2 Fœdere & amicitiâ conjunctis. 3 Intercessit. Sic *interveniunt* raptæ pugnantibus: supra 1, 1, 14. 4 Viris ejusmodi, qui legationem susciperent, & mandata perferrent. *Legatus* enim is dicitur, qui legationem suscipit, qui mandata perfert. Virg. Legati *responsa ferunt*. *Legatus* item in bello dicebatur, qui Imperatoris potestate fungebatur, maximamque eo absente in exercitu obtinebat auctoritatem, aut qui ab Imperatore cum parte copiarum in expeditionem mittebatur, aut præsidio præficiebatur. Legati autem à Romanis missi fuêre très Fabii, quorum Q. Fabius Ambustus, quia contra jus gentium arma in Gallos moverat, reposcebatur a Brenno Rege dedi eum sibi aut puniri: qui cùm legationem suam à populo Romano contemptam intellexisset, exercitum, relicto Clusio, movet ad urbem Romam, armis injuriam vindicaturus. Fabio Ambusto ob liberatam urbem Romam ob hanc causam Tribunus plebis diem dixit: sed tempestiva mors judicio & pœnæ reum eripuit. 5 Hi enim, quoniam *plurimùm gladiis ac potestate valent ferri*, anteire se judicant. Undè Marcellinus: *Barbaris omne jus in viribus esse assuevit*. Ita Tiridates apud Tacit. An. l. 15. c. 1. inquit: *Id in summâ fortunâ aquius, quod validius*. Nec tamen ad solos Barbaros hoc pertinet. Audi ex principe Græcorum urbe principem Lysandrum: qui *Argivis, in controversiâ de agris adversus Spartanos justiora sese afferre argumenta dicentibus, gladium stringens: Quibus hunc, inquit, tenes, optimè de finibus agrorum disputat*. Plutarch. in Apophth. Lacon. c. 94. 6 Al. *ferro causas*. Sic apud Tac. Germanorum *vitæ raro convivüs, sæpiùs cæde & vulneribus transiguntur*. 7 Gallis scilicet. 8 Umbriæ fluvium in Sabinis, ex Crustumenis montibus in Tiberim defluentem: ubi Romanus exercitus à Gallis profligatus est. 9 Facilè. Quint. *Ingeniorum præcox genus non* temere *pervenit ad frugem*. 10 Quo Romani à Gallis cæsi sunt. 11 Inter atros & nefastos dies retulit, connumeravit. Lucan. 7, 403. *Et damnata diu Romanis Allia fastis*: dictusque *Alliensis* & *Cremerensis dies*: quem Liv. & Tac. faciunt ad diem 15 Kal. Sextiles, id est, postridiè Idus. 12 Profligato, prostrato, victo. Virg. *Illi etiam, si quos obscurâ nocte per umbram* Fudimus *inermes, totâque agitavimus urbe, Apparent*. Propriè *fundo* significat dispergo: diffundo, emitto. Et quia metalla igne liquefacta funduntur, *fundere* etiam dicuntur artifices aliquem, cùm effigiem alicujus arte fusoria exprimunt: undè metalla dicimus *fusa*, id est, liquefacta. Vide Sal. nostrum p. 35. a.

nulla [1] præſidia. [2] Tùm igitur, aut nunquam aliàs, ap-
9 paruit vera illa Romana [3] virtus. Jam primùm majores natu [4] ampliſſimis uſi honoribus, in forum coëunt: ibi [5] devovente Pontifice, Diis ſe [6] manibus con-
10 ſecrant: ſtatimque in ſuas quiſque ædes regreſſi, ſicut [7] in trabeis erant, & [8] ampliſſimo cultu, in [9] curulibus ſellis ſeſe poſuerant: ut cum veniſſet ho-
11 ſtis, [10] in ſuâ dignitate morerentur. Pontifices,

1 Sive Romani multum Gallorum arma contempſerint ſecunda, quæ diu faverat, fortuna ebrii, ſive fato cum Floro adſcribere libeat, eos multum hic erraſſe certum. Quid enim inſanius, quàm nudare, quæ ſufficerent, præſidiis urbem? juventutem educere? *Præſidium* proprie dicuntur milites, qui unius præfecti imperio parent, & cuſtodia, vel defenſioni arcis, oppidi, vel perſonæ præſident. 2 Infrà 2, 2, 21. *Romanæ urbis magnitudo calamitatibus ferè approbatur.* 3 Robur & fortitudo animi. *Virtutis* enim vocabulum apud Latinos, teſte Cic. 2. Tuſc. Quæſt. à *viro* videtur deductum eſſe: undè etiam ſæpe pro fortitudine & vi (ut & hoc loco) quæ viri propria virtus eſt, propter excellentiam accipitur. Horat. *Eſt in juvencis, eſt in equis patrum* Virtus. Quoniam autem fortitudo cæteris omnibus virtutibus excellit, factum eſt, ut omnes rectæ animi affectiones *virtutes* appellentur. 4 Qui cutules geſſerant magiſtratus. Hi enim honores ampliſſimi Romæ fuerunt. *Honore uſi* ſimpliciter dicebantur, qui magiſtratum geſſerant, quos & *Honoratos* dixerunt. 5 Morti addicente ſolenni prece. Devotionis formula hæc erat: *Jane, Jupiter, Mars, Pater Quirine, Bellona, Lares, Divi Novenſides, Dii Indigetes, Divi, quorum eſt poteſtas noſtrorum hoſtium, Diique Manes, vos precor, veneror, veniam peto, obſecroque uti Populo Romano Quiritium vitam ſalutemque proſperetis, hoſteſque populi Romani Quiritium terrore, formidine, morteque afficiatis; ſicut verbis nuncupavi, ita pro Republicâ Quiritium exercitu, legionibus, auxiliis pop. Rom. Quiritium, legiones auxiliaque hoſtium mecum Diis Manibus Telluriique devoveo.* Hoc igitur modo pro reliquis Romanæ Reipublicæ ſe devoverunt Senatores iſti decrepiti, quorum exemplum poſteà ſecutos Curtium & Decios, ex hiſtoria Romana conſtat. Videndus præter alios Caſaubonus ad Suet. Calig. c. 14. 6 Inferis devovent. 7 Trabeis amicti erant. Fuit enim hoc ſtudium Veteribus, ut extremo diſcrimini jam propinqui, quàm decentiſſime morerentur. Sic Cleopatra, *maximos induit cultus*, ad mortem ſe paravit: infrà 4, 11, 11. Et *Varus, liberti, quem id facere coëgerat, manu, cùm ſe inſignibus honorum velaſſet, jugulatus eſt.* Velle. 2, 71, 5. Suet. Aug. c. 99. *Supremo die petito ſpeculo, capillum ſibi comi, ac malas labantes corrigi præcepit.* Vide Curt. 5, 9, 2. & Juſtin. 14, 6, 9. Socrates tamen hauſturus cicutam, oblatum ab Apollodoro talem cultum, animo magno reſpuit. 8 Auguſtiſſimo habitu. 9 Quibus ipſi, dùm Ædilis Curulis officio fungebantur, utebantur. *Sella curulis* fuit ſella eburnea, quâ in publico & privato loco ſedendi cauſâ utebantur: vide ſuprà. 10 In ſuæ dignitatis inſignibus.

&

Digitized by Google

& [1] Flamines, quicquid [2] religioſiſſimi in templis erat, partim in doliis defoſſa [3] terræ recondunt, partim im-
12 poſita [4] plauſtris ſecum avehunt. Virgines ſimul [5] ex ſacerdotio Veſtæ, [6] nudo pede fugientia [7] ſacra comitantur. Tamen [8] excepiſſe fugientes unus è plebe fertur Lucius [9] Albinius, qui, depoſitis uxore & liberis, [10] virgines in plauſtrum recepit: adeò, tùm quoque in [11] ultimis, [12] religio publica [13] privatis affecti-
13 bus anteecellebat. [14] Juventus verò, quam ſatis conſtat vix miſſe hominum fuiſſe, duce Manlio, [15] arcem Capitolini montis [16] inſedit, [17] obteſtata ipſum [18] quaſi præſentem Jovem, *ut, quemadmodùm ipſi ad defendendum templum* [19] *ejus concurriſſent,* [20] *ita ille virtutem eorum numine ſuo tueretur.* Aderant interim Galli, apertamque Urbem primò tre-

1 Sacerdotes. *Flamines*, ut Varro teſtatur, dicti ſunt, qui caput vinctum habent filo, & cognomen accipiunt ab eo Deo, cui ſacra faciunt. Ergo *flamen* dictus videtur quaſi *filamen*, à *filo* lanæ, quo caput vinctum habebat, quòd aperta omnino capite eſſe non liceret. Livius ſcribit, Numam flaminem Jovi aſſiduum ſacerdotem creaviſſe, inſignique eum veſte & cuculi regiâ ſellâ adornaſſe, hinc duos flamines adjeciſſe, Marti unum, alterum Quirino. 2 Sanctiſſimi, quod maxima religione colitur. 3 Humi abſcondunt. Loquitur de myſteriis, quæ non niſi initiati aut ſpectare, aut audire poterant. 4 Curribus. 5 Veſtæ Deæ conſecratæ. 6 Reverentiæ & humilitatis ergo. Κακοζηλίαν diabolicam hîc animadverte. Juſſerat Deus Moſen, cùm illi appareret in rubo, *excalceare ſe*, locum namque terram ſanctam eſſe, in quo ſtaret, ſicut legimus Exod. 3. 7 Cæremonias, religiones, rebus ipſis conſecratas, ut Deorum imagines, &c. Sic Virg. Æn. 2. *Tu, genitor, cape ſacra manu, patriosque penates.* 8 Accepiſſe plauſtro ſeu curru. 9 Ita Livius lib. 5. cap. 40. At Val. Max. 1, 1, 10. L. Alvanium eum vocat. 10 Veſtales ſcilicet. 11 Periculoſiſſimis. 12 Sanctitas. 13 Propriis liberis & uxori prævalebat, plus poterat. 14 Juvenes Romani. 15 Ipſum Capitolium ſive templum Capitolinum. 16 Occupavit ad intercipiendos hoſtes. 17 Obnixè precata. *Obteſtari* enim eſt precari, orare vehementiùs, implorare. Hoc verbo utimur in ſummis negotiis, & ferè ſemper cum adjuratione. Sal. *Te, atque Senatum* obteſtamur, *conſulatis miſeris* civibus. 18 Quia opinio invalnerat jam apud Romanos, Jovem loco illi quaſi ſemper præſentem, peculiarem ejuſdem in ſe ſuſcepiſſe tutelam. Cic. in Ver. *Homines cùm* (ſimulacrum Cereris) *viderent, ipſam videre ſe Cererem arbitrabantur.* 19 Jovis. 20 Notanda hîc ſapientia Gentilium, qui cenſebant *manum movendam cum Minervâ*, id eſt, gratiæ Divinæ accedere debere ingenium atque induſtriam. Convenienter Euripidis: τῷ γὰρ πονοῦντι καὶ θεὸς συλλαμβάνει, *Laboranti enim & Deus ſuccurrit.*

pidi, [1] ne quis ſubeſſet dolus, mox ubi [2] ſolitudinem vident, [3] pari clamore & impetu invadunt: patentes paſſim domos adeunt: ubi ſedentes in [4] curulibus ſuis [5] prætextatos ſenes, velut Deos genioſque venerati: mox eoſdem, poſtquam eſſe homines liquebat, alioqui nihil reſpondere [6] dignantes, [7] pari vecordia [8] mactant, faceſque tectis injiciunt: & totam Urbem igne, [9] ferro, manibus [10] exæquant. Sex menſibus [11] barbari (quis crederet?) circa montem unum pependerunt, nec diebus modò, ſed noctibus quoque omnia experti: cum tandem [12] Manlius nocte [13] ſubeuntes, clangore anſeris excitatus, à [14] ſumma rupe dejecit: & ut ſpem hoſtibus demeret, quanquam in [15] ſumma fame, tamen ad ſpeciem fiduciæ, [16] panes ab [17] arce [18] jaculatus eſt. Et [19] ſtato quodam die, per medias hoſtium [20] cuſtodias, Fabium Pontificem ab arce demiſit: qui [21] ſolemne

1. Imperatori egregio, omnia quæ hoſtis agit, maxime inſperata ſuſpecta eſſe debent. Tunc potiſſimùm inſidiis locus eſt, ubi nemo eas eſſe ſuſpicatur. Ita apud Liv. l. 44. c. 7. Coſ. Marcius Dium urbem, à Macedonibus relictam, ingreſſus, *vix ſatis* poterat *credere in tantis rebus, ſinè causâ relictis, non aliquem ſubeſſe dolum.* 2 Hominum vacuitatem & carentiam. 3 Æquali, ac ante, trepidatione. *Pari* enim refertur ad præcedens *primò*, ut paritas illa ſit trepidationis cum clamore & impetu, non autem horum inter ſe. Ita ſequitur *pari vecordiam*, ſc. ut ante, veneratione. 4 Sellis eburneis. 5. *Prætextati* fuerunt non puerilis tantùm ætatis juvenculi; ſed & qui jam vel geſſerant Magiſtratum, vel alio dignitatis honore præditi fuerunt. 6 Livius irritatos eſſe ad Senatorum cædem Gallos à Papirio tradit, qui Gallum, barbam ſibi demulcentem, eburneo Scipione percuſſerit. 7 Sc. ut ante, veneratione. 8 Trucidant, interficiunt. 9 Enſe. 10 Solo æqualem faciunt. 11 Galli Senones. 12 Capitolinus dictus. Prænomen ei Marcus. 13 Appropinquantes. *Mira Fortuna*, inquit Veget l. 4. c. 26. *Viros, qui univerſum orbem erant miſſuri ſub jugum, avis una ſervavit.* Item Lucret. *Romulidarum arcis ſervator candidus anſer.* Diximus fere eadem ad Prolog. num 4. 14 Ab apice rupis. 15 Extrema, maxima. 16 Inde Jupiter Piſtor. Lege Ovid. Faſt. 6, 350. 17 Capitolini. 18 Dejecit. Præcipuum exiſtimatur in Duce, ſi celare poſſit inopiam ſuam. Id feciſſe Thraſybulum, Mileſiorum Ducem, ſcribit Herodot. l. 1. Nam Halyaten obſeſſorem ſic eluſit, cùm frumentum, quod Mileti habebat, omne in forum comportaret, & cives omnes juberet epulari. Hoc videns Caduceator, ab Halyate miſſus, perſuaſit illi, ſupereſſe copias diuturnæ obſidioni ſuffecturas. 19 Solemni, ſtatuto. 20 Stationes. 21 Sacrificium quod certis temporibus fiebat. Sic Veget. *diem ſolemnem* vocat, quem paulò ante *ſtatutum* dixerat. Notandum autem, talia ſacra non potuiſſe rite fieri, niſi propriis & ſuis locis: nec enim alia cauſa fuit Fabio tantum ad eundi diſcrimen. Liv. l. 5. c. 52. *Sacrificiis ſolemnibus non dies magis ſtati, quàm loca ſunt, in quibus fiant.*

ſacrum

Digitized by Google

sacrum in [1] Quirinali monte [2] conficeret. Atque ille per media hostium tela incolumis [3] religionis auxilio rediit,
17 [4] *propitioſque Deos* renunciavit. [5] Novissimè, cùm jam obsidio [6] sua [7] barbaros fatigasset, [8] mille pondo auri [9] recessum suum venditantes, idque ipsum per insolentiam, cùm ad iniqua pondera addito adhùc gladio, superbè væ victis [10] increparent, subitò aggressus à tergo Camillus adeò cecidit, ut omnia incendiorum vestigia,
18 Gallici sanguinis [11] inundatione, deleret. Agere gratias Diis immortalibus, ipso [12] tantæ cladis nomine, libet. Pastorum [13] casas ignis ille & flamma paupertatem Romuli abscondit. Incendium illud quid [14] egit aliud, nisi ut destinata hominum ac Deorum domicilio civitas, non deleta, non obruta, sed expiata potiùs, &
[15] lustrata videatur? Igitur post assertam à Manlio, restiti-
19 tutam à Camillo [16] Urbem, [17] acrius etiam vehementiusque [18] in finitimos [19] resurrexit. Ac primum omnium illam ipsam Gallicam gentem non contentus mœnibus expulisse, cum per Italiam [20] naufragia sua latius [21] traheret, sic persecutus est duce Camillo, ut hodiè nulla.
20 Senonum vestigia supersint. Semel apud Anienum trucidati, cum singulari certamine Manlius aureum [22] tor-

1 In quo Quirini templum erat, eique sacra fiebant. 2 Id est, sacrificaret. 3 Sanctitatis. 4 Faventes. Sive tales extra reverâ monstrarent, sive propitios esse Fabius finxerit. Hoc saltem egit, ut, tacti superstitione animi, quia Diis se curæ esse credebant, nec obsidionis difficultatibus, nec hostium minis frangerentur. 5 Ad extremum, postremò. 6 Propria. *Suus* enim aliquando ponitur pro proprio, nativo, aut eo, quod quis affectu suum fecit: ut, *Sua fortuna*, *Sua natura*, id est, quam quis in potestate habet: infra 3, 5, 21. Sic, Suâ *magnitudine præpetita Antiochi acies* 2, 8, 17. 7 Gallos Senones. *Barbari* dicebantur Græcis omnes aliæ gentes, etiam moribus legibusque cultissimæ. 8 Centum & duodecim millia Coronatorum, paulò amplius. Notum autem Romanos *aurum argentumque libraſſe*, id est, *ex ponderc* summam ejus collegisse, ut nos ex numero & notis. 9 Discessum, abitum suum sæpe vendentes, aut spondentes. 10 Illuderent, dicteria in eos jacerent. Al. *gladio*, *insuper væ victis increparent*. Sed assentior Freinshemio, qui mavult ea subintelligere, quam contra tot manuscriptorum consensum aliquid tenta e. 11 Exundatione, diluvio. 12 Ob tantam cladem. 13 Tuguria, domos rusticas. 14 Effecit, profecit. 15 Illustrata. Unde *Timagenes*, *felicitati urbis inimicus*, *ajebat*, *Romæ sibi incendia ob hoc unum dolori esse*, *quòd sciret meliora resarturæ*, *quàm arsissent*. Sen. Ep. 91. 16 Romam. 17 Vehementiùs, majore vi & impetu. 18 Contra. 19 Rursùs insurrexit. 20 Cladem suam. Sic, *Naufragium belli*: infrà 4, 11, 7. 21 Circumferret. 22 Ornamentum colli ex auro contorto confectum.

quem [1] barbaro inter ſpolia detraxit: inde Torquati. Iterùm Pomptino agro, cùm in ſimili pugnâ Lucius Valerius, inſidente galeæ [2] ſacrâ alite adjutus, retulit
21 ſpolia: & indè [3] Corvini. Tandem [4] poſt aliquot annos, omnes reliquias [5] eorum in Etruriâ [6] ad lacum Vadimonis [7] Dolabella delevit: ne quis exſtaret in ea gente, quæ incenſam à ſe Romam urbem gloriaretur.

1 Gallo. 2 Corvo. *Sacram alitem* vocat ob augurium, cujus gratia multum obſervabatur hæc avis: vel quia, ut ſcribunt Liv. l. 7. c. 26. Val. Max. 8, 15, 5. à Deo credebatur immiſſa. *Alitem Apollinis* vocat Apulejus. Silius Italicus *Phœbeam alitem.* 3 Al. *Corvi.* 4 Circiter ſeptuaginta. 5 Gallorum Senonum. 6 Ad eundem lacum à Romanis cæſos fuiſſe Etruſcos, è Livii 9, 29, 6. notavit Freinshemius in hunc locum Flori. 7 Scilicet P. Cornelius.

CAP. XIV.

1 *Bellum Latinum.*

1 2 CONverſus à Gallis in Latinos, Manlio Torquato, Decimo Mure Conſulibus, ſemper quidem æmulatione imperii infeſtos, tùm verò contemptu Urbis incenſæ; cùm 3 *jus civitatis*, 4 *partem imperii* ac *magiſtratuum* poſcerent, atque jam amplius, quàm con-
2 gredi auderent: quo tempore quis coſſiſſe hoſtem mirabitur? cum 5 alter Conſulum 6 filium ſuum, quia

1 De hoc bello lege Liv. l. 8. Val. Max. 6, 9, 1. & 9, 3, 4. Cic. Offic. l. 3. c. 31. 2 Latini reſponſo feroci, quo alterum Conſulem è Latio fieri petebant, populi Romani arma in ſe converterunt. Manlius Torquatus Conſul filium ſecuri percuſſit, quia contra edictum Conſulis pugnaverat. P. Decius ſeſe pro legionum ſalute devovet. 3 Libertatem civis Romani, qua Tribum cum honorum petitione conſequerentur. Hoc pertinaciter ſociis negarunt Romani, donec poſt crudeliſſima bella *victis affectiſque, ipſi exarmati, quàm integri univerſis civitatem dare maluerunt*, ut Vellejus loquitur. 4 Nempe ut alter Conſul Latinus eſſet, ſive ex Latio crearetur, & Senatus pars æqua ex utraque gente eſſet. 5 Manlius Torquatus. 6 T. Manlius.

Digitized by Google

contra [1] imperium [2] pugnaverat, quamvis victorem, occiderit, [4] quasi plus in imperio esset, quàm in victo-
3 ria: [5] alter [6] quasi monitu Deorum, [7] capite velato
4 primam ante aciem [8] Diis manibus se devoverit: ut in [9] confertissima se hostium [10] tela [11] jaculatus, novum ad victoriam [12] iter, sanguinis sui semita, [12] aperiret.

1 Præceptum, jussum, scilicet patris sui Manlii. Edixerant enim Consules, ne quis extra ordinem in hostem pugnaret, ut sc. militaris disciplina ad priscos redigeretur mores. Forte Titus Manlius, Consulis filius, a gregario quodam Latino (nempe Geminio Metio, ad singulare certamen provocatus, sive quòd ferocis animi juvenis esset, sive ira, seu detrectandi certaminis pudore, oblitus imperii patris & Consulum edicti, præceps ad id certamen agitur, ibique hostem aggressus occidit. Victor ergo spoliisque potitus, ovans rediit ad patrem, dicens: *Ut me omnes tuo sanguine natum esse intelligant, provocatus equestria hæc spolia capta ex hoste cæso reporto*: quem pater, advocata concione, ut exemplum cæteris statueret servandæ militaris disciplinæ, terroremque omnibus incuteret, ne quid auderent contra Imperatorum edicta moliri, statim spoliari & virgis cædi ac securi percuti jussit: atque hinc *Imperiosi* cognomen Manlio datum multi contendunt. 2 Contra Geminium. 3 Necaverit: fuit enim virgis cæsus, & securi percussus, ut diximus. 4 Quasi majus emolumentum esset in jussu, quam in victoria, id est, quasi aliquid præter victoriam ex imperio & disciplinâ exspectandum sit. 5 Sc. *Consulum*, nempe Decius Mus. 6 Imò Deorum monitu id factum Livius testatur, cum utrique Consuli visa species viri supra humanum habitum denunciantis, ex unâ acie exercitum, ex altera Imperatorem Diis manibus Terræque matri deberi. 7 Quod in cultu religioso, ut sacrificiis & adoratione, moris erat apud paganos. Vide Plut. in Quæst. Rom. Varro docet *Velatos* fuisse dictos, qui *caput cinctum licio laneo* habebant. 8 Diis inferis se morti addixerit, tradiderit, destinaverit. 9 Densissima. Sal. *In* confertissimos *hostes incurrit*, id est, densissimos. 10 Sagittas. 11 Cùm se jecisset, misisset. 12 Viam faceret.

CAP. XV.

[1] *Bellum Sabinum.*

1, 2 A Latinis aggressus est gentem Sabinorum, [3] qui immemores factæ sub Tito Tatio affinitatis, 4 quodam contagio belli se Latinis adjunxerant.
2 Sed Catio [5] Dentato Consule, omnem eum

1 Hujus belli, tanquam parvi momenti, pauci meminerunt. De Sabinis populis Plin. l. 3. c. 12. & Sil. l. 8, 413. 2 Manius Curius Dentatus Consul Sabinos in potestatem populi Romani redigit. 3 Nihil mirum. Nam imperandi cupiditas rumpit omnia id genus vincula. 4 Nota, sæpe conjunctos Italiæ populos fuisse, ad premenda Romanorum incrementa. 5 *Dentati* cognomen invenit Curius, vel quia cum *dentibus* natus est, vel quia solidum unum os pro *dentibus* habuerit.

1 tractum,

[1] tractum, quâ [2] Nar ambit, fonteſque [3] Velini, [4] Hadriatico tenus mari, igne ferroque vaſtavit. Quâ victoriâ, tantum hominum, tantum agrorum redactum in poteſtatem, ut in [5] utro [6] plus eſſet, nec ipſe poſſet æſtimare, qui vicerat.

1 Regionem. 2 Sabinorum fluvius in Fiſcello monte naſcens, qui per urbem Narniam fluens Tiberi immiſcetur. Videtur hoc Flori deſumptum ex 7. Æn. *Sulphureâ Nar albus aquâ, fonteſque Velini. Sulphureus* auctoribus dicitur, vel quod ſit ſulphurei ſaporis, vel ſubviridis coloris; cujus tamen aqua, quando hauritur, alba eſt. 3 *Velia* Lucaniæ oppidum eſt: unde *Velinus*, adject. ut *portus Velinus*. Virg. 4 Utique ad Hadriaticum mare. 5 Hominibus captis, an agris. 6 Majus emolumentum.

CAP. XVI.

Bellum Samniticum.

1 PRecibus deinde Campaniæ motus, non [2] pro ſe, ſed, quod eſt [3] ſpecioſius, [4] pro ſociis [5] Sam-
2 nites invadit. Erat fœdus cum [6] utriſque percuſſum: ſed [7] hoc Campani [8] ſanctius, & [9] prius, omnium ſuorum deditione fecerant. Sic ergo [10] Romanus
3 bellum [11] Samniticum tanquam [12] ſibi geſſit. [13] Omnium non modo Italia, ſed toto orbe terrarum, pulcherrima [14] Campaniæ [15] plaga eſt. Nihil [16] mollius

1 Pro Capuanis deliciis populus Romanus arma contra Samnites movet: indè Campaniæ laudes à ſitu & fertilitate proſequitur: adhæc quinquaginta annorum cum Samnitibus bellum, & Caudinarum furcarum ignominiam à Romanis acceptam, Samnitibus eâdem ignominiâ repoſitam. Prima pars capitis hujus, de precibus ſc. & deditione Campanorum, habebatur à Livio l. 7. c. 30. &c. reliquum l. 9. 2 Ad defenſionem ſui. 3 Magis conſpicuum, pulchrum, generoſum. 4 Tertium membrum diviſionis propoſitæ ſupra l. 1. c. 9, 6. 5 Populi in Samnio, quæ regio eſt Italiæ. 6 Sc. *populus*, nempè Samnitibus & Campanis. Sed hoc falſum: nam cum ſolis Samnitibus fœdus percuſſum eſt. Râ enim causâ repulſi primò Campani auxilium contra Samnites implorantes, quòd negaret Senatus opem dare ſe poſſe, fide fœderis illæsâ, externis, adverſus ſocios atque amicos. Coacti itaque Campani ſe & ſua Romanis dedêre, ut ſic illis liberet dedititios ſuos tueri. Tunc opem illis pollicitus eſt Senatus, quia jam inde pro ſuis rebus & hominibus illud auxilium dabatur. Nam dedititii in poteſtate ſunt ac dominio eorum, quibus dediti ſunt. 7 Fœdus. 8 Arctius. 9 Potius. 10 Sc. populus. 11 Adverſus Samnites. 12 In ſuam utilitatem. 13 Campaniæ laus ſumpta eſt ex Plin. l. 3. c. 5. Eleganter Silius Campaniæ laudes cecinit l. 8. 526. 14 Regionis Italiæ. 15 Regio, tractus. 16 Mitius, temperatius, clementius cæteris. Sic dicuntur volucres *cœli* ros *cœli*, &c. Alioqui ſumitur pro æthere eâ regione ſola, & totâ (quæ propriiſſima eſt acceptio) ſtellas omnes continente, tam fixas, quàm errantes. Nomen habet *cœlum* aliis à *celando*, id eſt, ſculpendo, eò quod ſtellis quaſi *cœlatum* & ornatum ſit,

cœlo:

cælo : [1] denique [2] bis floribus vernat. Nihil [2] uberius
4 solo : [3] ideò [4] Liberi [5] Cereriſque certamen dicitur. Nihil [6] hoſpitalius [7] mari. Hic illi [8] nobiles portus, [9] Cajeta, [10] Miſenus, & tepentes fontibus [11] Bajæ :
5 [12] Lucrinus & Avernus, quædam maris [13] otia. Hic [14] amicti vitibus montes, [15] Gaurus, Falernus, Maſſicus, & pulcherrimus omnium [16] Veſuvius, Ætnæi

1 Vox hæc ſæpè, ubi res una memoratur, aut cauſa una allegatur, ſtatim per ſe ex abrupto, & ante exſpectatum ſolet inferri, ut hoc loco. Q. d. adeò verum eſt, nihil eſſe cœlo mollius, ut bis ver in anno habeat. 2 Floribus gignendis bis habet ver. 1 Fertilius. 3 Ideò Liber Cereſque de eo certarunt. 4 Ob vini generoſiſſimi copiam. *Liber* autem appellatus eſt Bacchus, Deus vini, à *liberando* : quia vinum curas ſolvit, ſeu quòd vino uſi libere loquantur. 5 Ob frugum optimarum fœcunditatem. 6 Placidus, portuoſius : multos enim commodos portus habet, qui ſunt velut hoſpitia navium in alto jactatarum. Non homines tantùm *hoſpitales*, ſed etiam loca. Unde *inhoſpita teſqua*, deſerta & cultu vacua, ac pronde accipiendis hominibus parùm idonea : ita & *inhoſpita maria* dici queunt, quorum littus importuo'um & acceſſu difficile eſt. 7 Quod Campaniam alluit. 8 Clari, illuſtres. *Nobilis* dicitur quaſi *noſcibilis*, id eſt, dignus, cuius nomen omnibus cognitum ſit. 9 Nomen habet (ut notat Freinshemius) à *Cajetâ*, Æneæ nutrice. Virg. Æn. 7. *Tu quoque littoribus noſtris Æneia nutrix, Æternam moriens famam Cajeta dediſti.* 10 Portus & promontorium eſt Campaniæ, olim urbs quoque ſatis celebris. Dictus à *Miſeno*, Æneæ tubicine illic ſepulto, teſte Virg. Æn. 6, 234. 11 Promontorium & urbs & portus, à *Bajo*, Ulyſſis ſocio illic ſepulto. In hujus agro aquæ calidæ ſunt, & ad voluptatem, & ad varios morbos commodæ. Fuit hic locus temperie aëris, & Romanorum frequentiâ, atque ornamentis ædificiorum celeberrima. Horat. *Nullus in orbe locus Bajis præluceat amœnis.* 12 Dictus à *lucio*; propter multitudinem piſcium qui ibi capiebantur. 13 Elegantèr Florus *quædam maris otia* eſſe dicit hæc æſtuaria, quibus infuſum mare velut quieſcit & otiatur. Non movetur quippe mare, nec procellis obnoxium, quod intra illos receptus conceptum tenetur. De bonis etiam portubus hoc poſſis dicere, *quædam* videri *maris otia*. Quales ſunt, in quibus naves haberi poſſunt ab omni ventorum flatu tectæ ac tutæ, ſic ut vinculis alligari, aut anchorâ fundari ibi opus non habeant. In ejuſmodi portubus *æquora tuta ſilent*, canit Virgilius. Freinshemius Indice in Florum noſtrum, per *otia maris* portum intelligit. Non benè. Eodem modo *pax maris*, *pax fluminis*, infrà 4, 2, 28. Porrò eâdem Metaphorâ tribuit quietem fluctibus Virg. 5. Æn. *Me-ne ſalis placidi vultum, fluctuſque quietos Ignorare jubes?* Ubi per *vultum* interpretes mutabilitatem maris intelligunt, quæ fit pro flatu & qualitate ventorum Q. d. Vis, Æneam committam cœlo & Auſtris fallacibus, qui ſum toties ſerenitatis fraude deceptus? Al. *Oſtia* legunt, quibus aquam ex mari recipiunt. 14 Veſtiti, cooperti. 15 Mons Campaniæ, in quo naſcitur vinum præcipuæ bonitatis. 16 Mons eſt Campaniæ, agros habens miræ fertilitatis, nobilis generoſiſſimo vino, & frequenti etiam incendio celebris. Eructat enim ſubinde flammas, & cinere quoque pingui vicina reſpergit. Flagravit ſub Tito maximo incendio. Plinium, Naturalis Hiſtoriæ ſcriptorem, dùm illud ſub Tito incendium Veſuvii, ejuſque cauſas propiùs inveſtigare contendit, craſsâ aëris caligine ſuffocatum interiiſſe, ad Tacitum Plinius, ejus nepos, l. 6. Epiſt. 16. ſcribit.

ignis

6 ignis imitator. Urbes [1] ad mare, Formiæ, Cumæ, Puteoli, Neapolis, Herculaneum, [2] Pompeji, & ipſa [3] caput urbium [4] Capua, quondam inter tres maximas, 7 Romam, Carthaginemque numerata. Pro hac urbe, his regionibus populus Romanus Samnites [5] invaſit, gentem, ſi opulentiam quæris, [6] aureis & argenteis armis, [7] diſcolori veſte, [8] uſque ad ambitum armatam: ſi fallaciam, [9] ſaltibus ferè & montium fraude [10] graſſantem: ſi rabiem ac furorem, [11] ſacratis legibus, humaniſque [12] hoſtiis in exitium [13] Urbis [14] agitatam: ſi pertinaciam, [15] ſexies rupto 8 fœdere, cladibuſque ipſis [16] animoſiorem. Hos tamen quinquaginta annis per Fabios & Papirios pa-

1 Juxta mare. 2 Oppidum fuit ultra Herculaneum, paululum à mari remotum. 3 Metropolis, princeps. *Caput* enim ſæpiùs ſumitur pro eo, quod eminet, principem locum tenet. 4 De nomine hujus urbis variæ ſcriptorum ſententiæ. *A campeſtri agro appellatam*, credit Liv. l. 37. c. 2. Plerique à *Capy*. Sil. *Tùm Capys ut primus dederit ſua nomina muris.* 5 Aggreſſus eſt. 6 Commune hoc fuit pleriſque gentibus. Ita Perſæ armati erant, Curt. 3, 10, 15. Juſt. 11, 13, 11. ita Parthi, Juſt. 41, 2, 10. Sic Cæſar apud Suet. c. 67. milites *habebat tam cultos, ut argento & auro politis armis ornaret; ſimul & ad ſpeciem, & quò tenaciores eorum in prælio eſſent metu damni.* 7 Verſicolori, diverſorum colorum. Semel aut bis armati ac veſtiti fuere Samnites, in eo prœlio, quo cæſi ſunt a L. Papyrio Dictatore. 8 Ambitiosè, ut non uſum magis armorum reſpicerent, quàm ornamenta. Quo ferè ſenſu *ambitioſas copias* dixit Ammianus, ita magnas, ut ad oſtentationem potiùs, quàm uſum, comparatæ fuiſſe videantur. 9 Nemoribus, ſylvis. 10 Turbantem, turbas dantem. Deſumptum è Livii l. 9. c. 13. Similiter Florus infrà 4, 12, 10. *Dalmatæ plerumque ſub ſylvis agunt, indè in latrocinia promptiſſimi.* 11 Ita dicebantur, ut qui contra eas peccaſſet, *ſacer*, id eſt, devotus alicui Deorum eſſet. Tales Samnitum leges fuiſſe, docet Liv. l. 10. c. 38. Samnites enim à ducibus ſuis ad jusjurandum coacti erant, ſe non fugituros, & quemcunque fugientem occiſuros. Sic Labienus in exercitu Pompeji juravit, ſe, niſi victorem, in caſtra non rediturum. Cæſ. de Bel. Civ. l. 3. 12 Sacrificiis. Intelligit eos, qui propter altaria cæſi jacebant, eò quòd jusjurandum abnuerant. 13 Romæ. 14 Impulſam, inſtigatam. 15 Auctor Epit. Liv. l. 11. in conſulatu Fabii Gurgitis, qui de his triumphavit, ſcribit, *cum Samnitibus pacem petentibus, ſœdus quarto revocatum eſſe.* Notatur ibidem, ſequentis anni Conſulem Curium Dentatum bis triumphaſſe in eodem magiſtratu, *Samnitibus cæſis & Sabinis qui rebellaverant*. Sic quinquies fœditragi Samnites. Et videtur tùm quoque fœdus cum his inſtauratum, quod tamen mox infregerunt. Atque ita ſexies fœdus ruperunt. 16 Majorem in ſe animi vehementiam habentem. Quod ſuprà docuimus ad cap. 10, 2. Certiſſimum magni animi indicium eſt iniquæ fortunæ non cedere, proſperâ non extolli. Salluſtius Cæſarem his verbis commendat: *In te præter cæteras unam artem egregiè mirabilem comperi: ſemper tibi majorem in adverſis, quàm in ſecundis rebus, animum fuiſſe.* Orat. 2. de Rep. Ord.

tres,

tres, eorumque liberos, ita [1] ſubegit ac domuit, ita [2] ruinas ipſas urbium diruit, ut hodiè Samnium in ipſo Samnio [3] requiratur: nec facilè appareat materia quatuor & viginti triumphorum. Maximè tamen nota & [4] illuſtris ex hac gente clades, [5] apud [6] Caudinas furculas, Veturio Poſthumioque Conſulibus, accepta eſt. Clauſo enim per inſidias intra [7] eum ſaltum exercitu, undè non poſſet evadere, ſtupens occaſione tantâ dux hoſtium Pontius, [8] Herennium patrem conſuluit, & ille, *9 mitteret omnes, vel occideret*, [10] ſapienter, ut [11] ſenior, ſuaſerat. Hic armis exutos mittere ſub [12] jugum maluit; ut nec amici forent beneficio, & poſt [13] flagitium hoſtes magis. Itaque & Conſules ſtatim magnificè voluntariâ deditione turpitudinem [14] fœderis dirimunt, & [15] ultionem flagitans miles Papirio duce, (horribile dictu!) [16] ſtrictis enſibus [17] per ipſam viam ante pugnam

1 Imperio ſuo ſubjecit. 2 Sæpiùs diruit, donec vix veſtigium reſtet. 3 Quæratur, inveſtigetur. Sic Cic. Ver. 5. dixit: *Ætnenſis ager; ſic erat deformis atque horridus, ut in uberrimâ Siciliæ parte Siciliam quæreremus.* Similis locutio Sen. Ep. 91. *Lugdunum, quod oſtendebatur in Galliâ, quæritur.* 4 Memorabilis 5 Hiſtoria habetur à Liv. l. 9. c. 2. &c. Val. Max. 5, 1. 5. Ext. 7, 2, 14. Ext. Cic. Off. l. 3. c. 30. Lucan. 2, 137. 6 Angustias montium, ſpeciem furcarum repræſentantium, undè exire non poterant, à *Caudio* oppido dictas, ibi propinquo. 7 Id nemus, eam ſylvam. 8 Ab Herennio parte conſilium petit. 9 Dimitteret. 10 Scilicet ut vel tanto beneficio ad ineundam & colendam bonâ fide pacem obligaret Romanos, vel, occisâ juventute, deſtitutos militibus, bellum & vindictam in longum tempus cogeret differre. 11 Senex. Notus verſiculus: *Conſilio pollet, cui vim Natura negavit.* Unde Plutarch. *Maximè ſalva eſt civitas, ubi conſilia ſenum & juvenum arma obtinent.* 12 Haſtas très, duas erectas, & unam tranſverſam in formam patibuli. 13 Impoſiti jugi. 14 Fœdus non fuiſſe vult Livius, quia (ut apud eum affirmat Poſthumius) injuſſu populi nihil ſanciri poterat, quod populum teneret. 15 Al. *ultione flagrans.* Hùc pertinet locus Tac. H. 2. c. 77. *Acrioribus hodiè diſciplinâ victis, quàm victoribus, agunt: hos ira, odium, ultionis cupiditas ad virtutem accendit; illi per contumaciam hebeſcunt.* Cui Silius l. 1. ſuccinit: *Et fractis rebus violentior ultima virtus.* 16 Dicit milites, antequam manus conſererent, in ipsâ procurſione atque impetu, quo in hoſtem vadunt, ſtrictis enſibus fuiſſe, id eſt, ſtrictos enſes habuiſſe. 17 Id eſt, in eo procurſionis ſpatio, quod pilis emittendis ſumitur. Mos enim prœlii fuit hic militi Romano, ut in concurſu auſpicando pila priùs emitteret, deinde gladiis ſtrictis rem gereret. At in pugna adeò avidus manus ſtatim conſerendæ cum Samnitibus fuit, ut pila, velut ſigno dato, abjiceret, ſtrictoſque gladios in ipſo concurſu præferret, ne qua mora daretur ardori pugnandi.

fuit:

fuit : & *in* [1] *congreſſu* [2] *arſiſſe omnium oculos*, hoſtis [3] auctor fuit : nec prius finis cædibus datus, quàm [4] jugum & [5] hoſtibus & [6] duci capto [7] repoſuerunt.

1 Conflictu, prœlio, pugnâ. 2 Narrat hoc è Liv. l. 7. c. 33. Turno ſuo tribuit hoc Virg. Æn. 12. 101. *Totoque ardentis ab ore Scintillæ abſiſtunt, oculis micat acriùs ignis.* Sic apud Homerum Iliad 15, 607. Hectori fulgebant oculi torvis ſub ſuperciliis. 3 Dixit, narravit. 4 Ignominiam Caudinæ deditionis. 5 Samnitibus. 6 Pontio. 7 Viciſſim impoſuerunt, reddiderunt.

CAP. XVII.

Bellum Etruſcum & Samniticum.

1 HActenus populus Romanus cum ſingulis gentium : mox [2] acervatim : tamen ſic quoque par omnibus. [3] Etruſcorum duodecim populi, Umbri [4] in id tempus [5] intacti, antiquiſſimus Italiæ populus, Samnitium reliqui, in excidium Romani nominis repentè [6] conju-
2 rant. Erat terror ingens tot ſimul tantorumque populorum : latè per Etruriam [7] infeſta [8] quatuor agmi-
3 num [7] ſigna [9] volitabant. [10] Ciminius interim [11] ſaltus in medio, [12] antè invius, planè quaſi [13] Calidonius,

1 Quæ hoc capite continentur, ſcribit Liv. l. 9. & 10. Eutrop. 2, 1. Samnites, Etruſci, Umbri armorum ſocietate bellum contra Romanos moverant : prœlio vincuntur à Fabio Maximo ad Ciminiam ſylvam. Inde in Sentinati agro dubio Marte pugnatur : ibi P. Decius Coſ. P. F. cujus ſiniſtrum cornu laborabat, ſeſe patris exemplo devovit. Q. Fabius V. Conſul victoria potitus eſt. 2 Conjunctim. 3 Inter hos populos, qui acervatim populo Romano ſuſtinendi fuêre, perperam omiſit Gallos. Nam Etruſci, Umbri, Samnites & Galli, hi quatuor ſimul populi, ſimul conjuraunt adverſus Romanos. Vide Liv. l. 10. Et mirum ſane, quod tres tantùm populos hic recenſeat Florus, qui in excidium Romani nominis conſpiraruut, cùm mox *infeſta quatuor agminum ſigna per Etruriam volitaſſe* dicat. 4 Uſque ad. 5 Bello nondùm laceſſiti. 6 Conſpirant. 7 Nocivæ, adverſæ copiæ ſive acies, in hoſtem euntes, ut moleſtiam inferrent. 8 Sociaverant enim arma Etruſci, Galli, Samnites, Umbri, quorum ſigna ſeu vexilla ſingula ſingulis agminibus præferebantur. 9 Diſcurſabant. Sic 1, 6, 32. *Cùm hoſtes per Campaniam Apuliamque* volitarent. 10 Lege Liv. 9, 35, 1. & Florum noſtrum ſupra 1, 11, 8. ubi ſimilis comparatio. 11 Sylva Ciminia, nemus Ciminium. 12 Quà anteà ultrò citròque iri non poterat. Livium loco citato imitatur, à quo fermè hæc expreſſa : *Sylva erat Ciminia magis tùm in via atque horrenda, quàm nuper fuerunt Germanici ſaltus.* 13 Calidonia Britanniæ ſylva, eâ parte inſulæ, quæ nunc Scotia dicitur, quæ primùm aperta eſt Romanis Claudio imperante. Multi hanc urſis nobilitatam referunt, ut Calidoniam, Ætoliæ ſylvam, apris.

vel

vel [1] Hercynius, adeò tunc terrori erat, ut Senatus [2] Conſuli denunciaret, [3] ne tantum periculi ingredi
4 auderet. Sed nihil horum terruit [4] ducem, quin, [5] fratre præmiſſo, exploraret [6] acceſſus. Ille [7] per noctem [8] paſtorio habitu [9] ſpeculatus omnia, refert
5 [10] totum iter. Sic Fabius Maximus periculoſiſſimum bellum [11] periculo explicavit. Nam ſubitò [12] inconditos atque [13] palantes aggreſſus eſt; captiſque ſuperioribus [14] jugis, [15] in ſubjectos [16] ſuo jure detonuit.
6 [17] Ea namque [18] ſpecies fuit illius belli, quaſi in [19] terrigenas è cœlo ac nubibus tela [20] mitteren-

1 Hercyniæ ſylvæ Germanorum apud Romanos primus meminit Julius Cæſar l. 6. eamque latitudine novem dierum, longitudine ſexaginta dierum itinere, nec viſu nec auditum ſatis exploratam fuiſſe. 2 Q. Fabio. 3 Ne ſaltum Ciminium tranſiret. Denunciationem hanc à Senatu ſerò factum eſſe teſtatur Livius, utpote qui referat quinque legatos cum duobus Tribunis plebis, penetrata jam ſylva, & hoſtibus profligatis, ſuperveniſſe, nuntioſque victoriæ Romam reverſos. 4 Fabium. 5 Cæſone, vel, ut alii, C. Claudio. 6 Aditus, tranſitus ſylvæ: alibi vocat *Clauſtra*. 7 Imò interdiu & palam Etruſcis ſe immiſcuit, hoc ſolo tectus ac diſſimulatus, quod paſtorem præferret, linguæ etiam errore adjutus, qua ſe hoſtibus pro indigena inſinuavit. Livius Etruſcæ linguæ peritum fuiſſe hunc Fabii fratrem, qui Ciminiam ſylvam exploravit, & commercio linguæ fefelliſſe indicat. 8 Id eſt, pelle indutus. Simile factum occultantis ſeſe *alieno habitu* Cæſaris fuit apud Suet. in ejus vitâ c. 58. licet hoſtium caſtra non ingreſſus eſſet, ut explorator, ſed ut pe. ea penetraret ad ſuos, quos hoſtes obſidebant. 9 Exploratis, indagatis, perquiſitis, & veluti è ſpecula proſpectis omnibus. Hinc *ſpeculatores* dicti, qui vel è ſpeculis aſpiciunt; vel in bello ante exercitum explorandi gratia mittuntur. 10 Al. *totum iter*; ut ſit ſenſus: ubi acceſſus explorasſet, & omnia ſpeculatus eſſet, refert, tutò accedi & tranſiri poſſe. 11 Per periculum expedivit, extricavit. 12 Inordinatos, confuſos. 13 Diſperſos, ſinè duce errantes. 14 Montis Ciminii. 15 In hoſtes, qui in plano erant, impetum fecit, eoſque delevit. 16 Suo arbitrio. Sic ſæpè loquitur Florus. Ita infrà 3, 17, 3. *Interceptis vectigalibus*, ſuo jure *peculabantur Rempublicam*. Al. *Jovis more*: ut infra 2, 6, 9. ubi ſimilis comparatio. 17 Talis. 18 Forma, imago prœlii ſeu certaminis. 19 Gigantes ex terra genitos, γηγενεῖς. Lucan. *Aut ſi terrigenæ tentarent aſtra gigantes*. Alludit enim ad Gigantomachiam, de quâ Poëtæ paſſim, adeòque ad ipſum Jovem. Sed nimis Poëtice & præter veri fidem. Fabius enim (ut rem geſtam narrat Livius) ideò juga montis Ciminii tenuiſſe dicitur, ut conſpectum ex ſuperiori loco caperet ad contemplandum ſitum & arva Etruriæ. Hoc cùm feciſſet, milites emiſit extra ſaltum, nempè in agrum eos hoſtium emiſit. Ex quo, ingenti jam abacta præda, in occurſu habuerunt tumultuarias aliquot cohortes agreſtium Etruſcorum, quas principes ejus regionis ad hoc congregaverant, ut prædas abactas recuperarent. Eas adeò incompoſitas fuiſſe & inconditas dicit Livius, ut vindices prædarum propè ipſi prædæ fuerint. 20 Jacerentur, ingererentur.

tur.

7 tur. [1] Nec incruenta tamen illa victoria: nam [2] oppreſſus in [3] ſinu vallis alter Conſulum Decius, [4] more patrio [5] devotum Diis manibus obtulit caput: [6] ſolemnemque familiæ ſuæ [7] conſecrationem in victoriæ [8] pretium redegit.

1 Referenda hæc ſunt non ad illam expeditionem, quâ Ciminii ſaltus clauſtra perrupta ſunt, ſed ad totum bellum: *victoria* enim, ſicut *victor* & *vincere*, tam ad bellum, quàm prœlium, referuntur. Abſque explicatione confuſio oriretur hiſtoriæ; non enim idem in tempus incidit illa victoria cum morte Decii, ſed 13. annis diſtant. 2 Hoc nunquam factum. Nam pugna illa, quâ ſe devovit Decius hic, in agro Sentinate commiſſa eſt, non intra Ciminios ſaltus. Vide Liv. l. 10. 3 Receſſu & cavitate. 4 More patris ſui. Hoc enim ad Decium hujus Decii patrem, referendum eſt; qui ſeſe Latino prœlio ante annos 45. devoverat, quando ipſius etiam cornu ſiniſtrum laboraret. Vide ſupra 1, 14, 3. Val. Max. 5, 6, 6. Cic. de Divin. 1, 24. Tres fuêre Decii, qui pro Republica ſe devovêre; Pater bello Latino & Gallico; filius bello Hetruſco; nepos bello Pyrrhi, quod geſſit pro Tarentinis. Unde Cic. l. 2. Tuſcul. Quæſt. *Si mors*, inquit, *timeretur*, *non cum Latinis pater Decius decerſans*, *cum Hetruſcis filius*, *cum Pyrrho nepos hoſtium telis objeciſſet*. Idem l. 2. de Fin. 5 Voto & ſolennibus verbis addictam morti & inferis obtulit vitam. 6 Solitam, receptam, conſuetam. 7 Devotionem ſive addictionem per votum & verba ſolennia morti & inferis. 8 Comparationem & quaſi emptionem fecerit.

CAP. XVIII.

Bellum Tarentinum, & cum Pyrrho Rege.

1 [1] SEquitur bellum [2] Tarentinum, unum quidem titulo & nomine; ſed victoriâ multiplex. Hoc enim Campanos, Apulos, atque Lucanos, & [3] caput belli Tarentinos, id eſt, totam Italiam, & cum iſtis omnibus [4] Pyrrhum, [5] clariſſimum Græciæ Regem, [6] una ve-

1 Succedit. 2 Quod cum Tarentinis geſtum eſt. De hoc bello ſcribit. Val. Max. 2, 1, 5. Plut. in vitâ Pyrrh. Epit. Liv. l. 12, 13, 14. Eutrop. 2, 12. Juſt. l. 18. c. 1. Tarentinum bellum omnium, quæ Populus Romanus in Italiâ geſſit, nobiliſſimum eſt. Cœptum A. V. C. CDLXXII. debellatum eſt A. V. C. CDLXXVIII. ſexennio enim duravit. 3 Unde bellum incepit, cauſas belli. 4 Epirotarum Regem, paterno genere ab Achille, materno ab Hercule oriundum: qui tanta virtute crevit, ut, cum imperium orbis agitaret, & Romanos potentes videret, Apollinem de bello conſuluerit. Ille ambiguè reſpondit. *Aio te Æacida Romanos vincere poſſe*. Hoc ad ſe dictum putans, auxilio Tarentinis contra Romanos venit: adversùs quos vario eventu pugnavit. 5 Celeberrimum. 6 Uno veluti exitio. *Ruina belli* dicitur, quod vicina plerumque ſecum trahat, ut accidere ſolet in ruinis ædificiorum.

luti

luti ruina pariter [1] involvit: ut eodem tempore & Italiam [2] consummaret, & transmarinos triumphos [3] au-
2 spicaretur. [4] Tarentus Lacedæmoniorum [5] opus, Calabriæ quondam, & Apuliæ, totiusque Lucaniæ caput, cùm magnitudine & muris, portuque nobilis, tùm mi-
3 rabilis [6] situ: quippe in ipsis Hadriatici maris [7] faucibus posita, in omnes terras, Histriam, Illyricum, Epirum, Achajam, Africam, Siciliam, vela [8] dimittit. Imminet portui, ad prospectum maris positum, [9] majus [10] theatrum: quod quidem causa miseræ civitati fuit
4 omnium calamitatum. [11] Ludos fortè [12] celebrabant, cum [13] adremigantem littori Romanam classem [14] indè vident: atque hostem rati, [15] emicant, sinè discrimine [16] insultant: [17] *qui enim, aut undè Romani?* nec
5 satis. [18] Aderat sinè morâ [19] querelam ferens legatio. Hanc quoque fœde per [20] obscœnam turpemque

1 Corripuit, complexum est, traxit. Sic infra 3, 5, 21. *Mithridates itaque conversus ad proximas gentes, totum pænè Orientem & Occidentem* ruina sua involvit. 2 Integram sub se redigeret. *Consummare* enim est totam summam colligere. 3 Inchoaret, inciperet: à veteri more, quo pleraque auspicato incipere solebant. 4 Magnæ Græciæ urbs clarissima. Hæc à Tarente, Neptuni filio, primùm condita fuit, à quo & nomen accepit: deinde à Lacedæmonis aucta, qui, duce Phalanto, illùc adventantes, expulsis incolis (ut Just. 3, 4, 11. scribit) eam tenuerunt. Hujus incolæ dicuntur Tarentini. Tarenti originem, situm, potentiam, &c. lege apud Plin. l. 3. c. 10. Sil. 12, 432. 5 Structura. 6 Qualitate, positione loci. 7 Angustiis. 8 Hùc illùc mittit. 9 Dici hoc potest respectu minoris: nam forte Tarentinis duplex fuit theatrum, majus & minus. 10 Ædificium ad visenda spectacula factum: ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι, id est, *à spectando*. 11 Publica spectacula. 12 Cum celebritate quadam faciebant Tarentini. 13 Navigantem ad littus. 14 E theatro. 15 Subitò exoriuntur, cum impetu excurrunt, prosiliunt. Sen. *Ex humili atque depresso in eum* emicuit *locum*. Idem Epist. 79. *Purus ac levis in cogitationes divinas* emicuit. 16 Vehementius invehuntur, insurgunt, contumeliosius aliquid in Romanos faciunt. 17 Videtur hæc formula usitata fuisse in contemptu, & fastidio, cum etiam notos per superbiam se non noscere simularent. Sic Ariovistus infrà 3, 10, 11. *Quis est autem Cæsar?* Et 4, 11, 14. Dux Mysorum ad Romanos: *Qui vos*, inquit, *estis?* Ita Ovid Ep. Phyl. 106. *Hei mihi, si quæ sim Phyllis, & undè rogas.* Alias etiam ignotos ita compellare solebant: *Quis genus? undè domo.* Virg. Æn. 8, 114. 18 Recte scribit Cic. Ver. 1. nomen legati ejusmodi esse debere, quod non modò inter sociorum jura, sed etiam inter hostium tela incolume versetur. 19 Expostulationem de injuria, utque ea luatur, petitionem. 20 Pudendam.

dictu

6 dictu [1] contumeliam violant : [2] exhinc bellum. Sed apparatus horribilis, cùm tot ſimul populi pro Tarentinis conſurgerent, omnibuſque vehementior Pyrrhus : qui [3] ſemigræcam ex Lacedæmoniis conditoribus civitatem vindicaturus, cum totius viribus Epiri, Theſſaliæ, Macedoniæ, [4] incogniti ſque [5] in id tempus [6] elephantis, mari, terrâ, viris, equis, armis, addito inſuper fe-
7 rarum terrore, veniebat. Apud Heracleam, & Campaniæ fluvium Lirim, Lævino Conſule, prima pugna : quæ tam atrox fuit, ut Frentanæ turmæ præfectus Obſidius [7] invectus in Regem, turbaverit, coëgerit-
8 que, [8] projectis inſignibus, prælio excedere. [9] Actum erat, niſi elephanti converſi in ſpectaculum belli procurriſſent : quorum cùm magnitudine, tum deformi-

1 Injuriam. Occiſum à Tarentinis Duumvirum, id eſt, claſſis præfectum, bona claſſiariorum & mercatorum ab iiſdem fuiſſe direpta, legatoſque fuiſſe pulſatos, ſcribit Liv. Epit. 12. Valerius Max. 2, 2, 5. unum etiam urinâ reſperſum fuiſſe affirmat. 2 Et hinc bellum. Ob legatos malè habitos multa ſæpe bella ſuſcepta fuiſſe docent Hiſtoriæ. Ob appellatos ſuperbiùs Legatos Corinthum totius Græciæ lumen extinctum eſſe voluerunt Romani, *jus legationis verbo violatum bello perſecuti.* Nec aliud eos magis in Mithridatem accendit, quàm cædes indigna Legati conſularis. Cic. pro leg. Manil. In ſacris etiam David eo nomine bellum geſſit adverſus Ammonitas 2. Sam. 10. 3 Hoc referendum eſt non ſolùm ad originem, ſed & ad mores, & ad dialectum Græcam ; quæ nondùm apud Tarentinos prorsùs exoleverant. At mores ſive vitia, quæ illis cum Græcis communia, indicant illa Poëtarum epitheta ; cùm Horatio dicitur *molle*, item *imbelle* ; ſicut Ovidio *madidum* ; Juvenali *coronatum* & *petulans madidumque Tarentum.* Nihil autem mirum, ſi à Lacedæmoniorum conditorum lingua, tanquam in alieno ſolo, in totum degenerâſſent. 4 Maximum autem hoc fuit belli momentum : Ita cùm Fidenates facibus armati erumperent, *forma inuſitatæ pugnæ Rom. milites terruit.* Liv. l. 4. c. 33. & à Britannis *novo genere pugnæ* perterriti ſunt Cæſariani. Cæſ. de bello Gal. 5. *Subita* enim *conterrent hoſtes, uſitata vilescunt.* Veget 3. Plin. l. 8. c. 6. *Elephantes Italia primùm vidit Pyrrhi regis bello, & boves Lucas appellavit, in Lucaniâ viſos.* 5 Uſque ad. 6 *Elephantus* ſive *elephas* (utroque enim modo dicitur) maximum terreſtrium animalium eſt. Romæ junĉti primùm ad currum fuêre Pompeji Magni Africo triumpho. Vide quæ nos ad Sal. p. 277. a. & b. 7 Magno impetu aggreſſus Pyrrhum. 8 Abjectis inſignibus, ſcilicet ne per ea noſceretur, aut eo indicio hoſtibus proderetur. Sic Antonius conſularem veſtem abjecit inter cædem Cæſaris. Dio. l. 44. Curt. 3, 11, 11. de Dario. *Veritus, ne vivus veniret in hoſtium poteſtatem, deſilit, & in equum, qui ad hoc ſequebatur, imponitur : inſignibus quoque imperii, ne fugam proderent, indecorè abjectis.* Vide ibi Freinshemium. 9 Actum fuiſſet.

tate,

tate, & [1] novo odore sibi [2] belluas, [3] amplius quàm erant, suspicarentur, [4] fugam stragemque latè [5] de-
9 derunt. [6] In Apuliâ deinde apud Asculum melius [7] dimicatum est, [8] Curio, Fabricioque Consulibus: jàm quippe belluarum terror [9] exoleverat, & Cajus Minucius [10] quartæ legionis [11] hastatus, [12] unius [13] proboscide [14] ab cissâ, mori posse [15] belluas ostenderat.
10 Itaque & in ipsas pila [16] congesta sunt, & in [17] turres vibratæ faces tota hostium agmina ardentibus ruinis operuêre: nec antè cladi finis fuit, quam nox [18] dirimeret; [19] postremusque fugientium ipse Rex à satellitibus

1 Liv. 30, 18, 6. *Ad quorum fœdorem odoremque & aspectum territi equi, vanum equestre prælium fecerunt.* Equos ad omnia (sc. insolita) *pavidum animal*, ut vocat Curt. l. 8. c. 14. odore & fœdore elephantorum territos non semel legimus. Adde Plut. Pyrrho c. 37. & Hirt. de bel. Afr. c. 72. 2 Elephantos. Vide paulò inferiùs. 3 Majores. 4 Hæc sæpiùs juncta reperias: ut apud Liv. l. 26. c. 4. l. 30. c. 6. 5 Fecerunt. 6 Sudarunt in hoc quoque loco viri docti, quod ex notâ Freinshemii doceberis. Sed nihil mutandum. *Asculum* duplex: alterum Picenæ gentis caput, antiquissimum, Episcopatus hodiè dignitate nobile. De hoc non est intelligendus Florus. Alterum ejusdem nominis in Apulia Daunia; quæ hodie titulo Ducatus itidemque Episcopatus celebris. 7 Pugnatum est. 8 Curio nunquam in consulatu collega fuit Fabritius. Scribendum itaque *Fabricio & Æmilio Coss.* quibus ad Asculum cum Lucanis, Brutiis, Tarentinis, & Samnitibus pugnatum est. 9 Inveteraverat, defecerat. 10 Communis agnominatio Legionum à numero fuit, idque discretionis causâ, ut diceretur Prima, Secunda, Tertia, &c. Id autem ab ordine temporis & delectus, quo conscriptæ. Vide quæ nos ad Val. Max. p. 139. 11 *Hastati* dicebantur, qui primi in acie cum hastis constitui solebant. 12 Elephanti scilicet. 13 Rostro. Dicta autem προβοσκὶς, quòd *antè depascas*, compositio nomine ex πρὸ & βοσκεσθαι. Elephanti ergo rostrum & nasus est, quo & pro manu utitur: undè etiam *manum* appellant. 14 Quod erat facile. Vide Freinshem. in Curt. 8, 14, 29. 15 Elephantos. Ter. *Dic quæso, inquam, Strato, Eone es ferox, quia habes imperium in belluas?* id est, elephantos. *Bellua* enim propriè dicitur de immani ferâ. Quod vocabulum nonnulli derivatum volunt à substantio *bellum*, eò quòd *bestiæ* sæpiùs sibi mutuò *bellum* inferant, quibus natura in hunc finem arma videtur concessisse. 16 Confertim jacta, conjecta. 17 Machinas altiores, ex quibus in urbem jaciebantur tela. *Turris* autem dicta est à *terrendis* hostibus. 18 Destrueret, dissiparet, dissolveret. *Dirimere* proprie, est dividere, separare, distrahere. Plaut. *Sed prælium id tandem* diremit *nox interventu suo.* Sic *dirimere litem, controversiam*, id est, dissolvere, & decidere. 19 Liv. l. 21. c. 4. de Hannibale: *Equitum peditumque longè primus erat. Princeps prælium inibat: ultimus conserto prælio excedebat.* At contrà Xerxes *primus in fugâ, postremus in prælio semper visus est.* Just. 2. c. 23, 10.

humero

11 humero ſaucius [1] in armis ſuis referretur. In Lucaniâ ſuprema pugna ſub Aruſinis, quos vocant, campis, ducibus iiſdem, qui ſuperiùs: ſed tunc ad totam victoriam [2] exitum, quem datura virtus fuit, caſus dedit.
12 Nam productis in primam aciem rurſus elephantis, unum ex his [3] pullum adacti in caput teli gravis ictus avertit: qui cum per ſtragem ſuorum percurrens, ſtridore quereretur, mater agnovit, &, quaſi vindicaret, exſiluit: tum [4] omnia circa quaſi hoſtilia gravi timore
13 permiſcuit: ac ſic eædem feræ, quæ primam victoriam abſtulerant, ſecundam parem fecerant, tertiam [5] ſinè
14 controverſiâ tradidêre. Nec verò tantum armis, & in campis, ſed conſiliis quoque & domi intra Urbem cum Rege Pyrrho [6] dimicatum eſt. Quippe [7] poſt primam victoriam Rex callidus, intellecta virtute Romana, ſtatim deſperavit armis: [8] ſeque ad dolos
15 contulit. Nam interemptos cremavit: [9] captivoſque [10] indulgenter habuit, & ſinè pretio reſtituit. [11] Miſſiſque deinde legatis in Urbem, omni modo
16 [12] annixus eſt, ut in amicitiam reciperetur. Sed bello & pace, foris & domi, omnem in partem

1 Super armis ſuis, ut moris erat ſaucios plerumque è prœlio referri. *Arma* autem hic ſcutum propriè notant vel clypeum. Nam Livius, eandem rem narrans, ſcuta habuiſſe perhibet auro & argento cælata. 2 Sic Virg. Æn. 5, 201. *Attulit ipſe viris optatum caſus honorem.* Ita *Romanis in ſinum victoria de cœlo devolavit.* Liv. l. 7. c. 11. Sed id contumeliæ, quàm laudi, proprius eſſe, prudenter animadvertens Florus, addit, *quem datura virtus fuit.* Q. d. abſque caſu fuiſſet, Romanis victoriam dediſſet virtus ſua. 3 Elephanti ſcilicet. 4 Lucretius elephantos l. 5. egregiè dixit *commune malum*, ut ſcilicet, *communem* Martem Cic. l. 6. Ep. fam. 4. ut *communes* Deos, qui utriſque partibus favent. Nimirùm & illi nunc ſuos, nunc ipſum hoſtem juvant. Hinc & Curt. 9, 14, 16. vocat *anceps auxilii genus*: ubi plura Freinshemius. 5 Incruentam. 6 Pugnatum eſt. 7 Ideòque dixit, *alterâ ſibi pari victoriâ haud eſſe opus*: ſcilicet optimum quemque ex ſuo exercitu occubuiſſe cernebat. 8 Nam (ut ait Plut. in Laconicis, c. 64.) *ubi non ſufficit leonina pellis, aſſuenda eſt vulpina.* 9 Sicut priùs Alexander Scythis hoſtibus *captivos omnes ſinè pretio remiſerat, ut fidem faceret, ſibi cum ferociſſimis gentium fortitudine, non de ivâ, fuiſſe certamen.* Curt. 7, 9, 18. Sic aſtutus ille Annibal ſocios Rom. captos dimiſit. Ut ſibi civitates ſuas populoſque conciliaret: quod & poſteà in Hiſpania imitatus eſt Scipio, & Nicomede victo, Mithridates. 10 Leniter tractavit. Ter. *Nunquam ſecùs* habui *illam, ac ſi ex me eſſet nata.* Sal. *L. Sylla exercitum nimis liberaliter* habuerat. 11 Hujus legationis præter cæteros meminit Cic. Tuſc. Quæſt. 1. 12 Valde nixus eſt.

Romana

Romana [1] virtus tùm se [2] approbavit : nec alia magis, quàm Tarentina victoria, ostendit populi Romani fortitudinem, Senatus sapientiam, ducum magnanimitatem.
17 [3] Qui nam illi fuerunt viri, quos ab elephantis primo prœlio [4] obtritos accepimus ? omnium vulnera [5] in pectore : [6] quidam hostibus suis immortui : omnium in manibus enses : & relictæ in vultibus minæ : & [7] in ipsa
18 morte ira vivebat. Quod adeò Pyrrhus miratus est, ut diceret : *O quàm facile erat, orbis imperium occupare, aut*
19 *mihi Romanis militibus, aut me Rege Romanis !* Quæ autem eorum, qui superfuerunt, in reparando exercitu festinatio ? cùm Pyrrhus, *Video me*, inquit, *planè* [8] *Herculis sydere procreatum, cui quasi ab* [9] *angue Lernæo, tot cæsa hostium capita* [10] *de sanguine suo* [11] *renascuntur.* [12] Qui autem ille Senatus fuit ? cùm, [13] perorante Appio

1 Fortitudo. 2 Probum se ostendit. 3 Al. *Qui enim.* 4 Contritos, suffocatos. 5 Non à tergo, quæ *honesta* sunt *vulnera*. Hinc apparet, eos summa animi præsentia fuisse, neque terga vertere in animo habuisse. Vide Sal. in Cat. c. 61. Just. l. 9. c. 3. Lucan. 6, 132. In tergo autem vulnera accipere *inhonesta* sunt *vulnera*. Undè Ovid. Fast. 2, 211. *Diffugiunt hostes, inhonestaque vulnera tergo Accipiunt.* 6 Hic fuit mos veterum, qui, deficientibus telis ac viribus, cùm brevi morituros se ac lapsuros animadverterent in terram, collectis extremis viribus in adversarii sui corpus se conjiciebant. Lucan. 6, 107. de Scæva : *Jam gradibus fessis, in quem cadat, eligit hostem.* Statius l. 11. de Polynice : *Nec plura locutus Concidit, & totis fratrem gravis obruit armis.* 7 Inter mortem, dum moriebantur. Idem expressit Sil. fine l. 5. *Fronte minæ durant, & stant in vultibus iræ.* Sic de Catilina Sal. *Ferociam animi, quam habuerat vivus, in vultu retinens.* 8 Quarta Luna natum, id est, quarto à novilunio die. *Quartâ lunâ nati* dicuntur, qui parùm fœliciter nati sunt, ut quorum omnis vita voluptatum expers laboribus periculisque assiduis, ut alterius Hercules, involvuntur. De laboribus Herculis, vide quæ nos ad Sal. p. 317. & seqq. 9 Alludit Florus ad notissimam fabulam & anguem illum, qui ὀφιοπολυκέφαλος dicitur. Poëtæ enim finxerunt anguem sive Hydram multorum capitum in Lernæâ palude fuisse, quorum aliquot excisis, totidem continuò renascebantur. Hinc omnes, quibus unius mali sublati loco plura oriuntur : dicuntur ὕδραν τέμνειν, id est, hydram secare. Quod monstrum, cùm totam eam regionem devastaret, tandem ab Hercule clavâ primò ictum, deinde propter pestiferum afflatum sagittis petitum, postremò cum sese solitis cavernis condidisset, lignorum congesta strue, igne consumptum est. 10 Ex. 11 Iterum nascuntur. 12 Al. *Quis.* 13 Orationem finiente, dicendi finem faciente. Cic. *Quoniam sat multa dixi, est mihi* perorandum. Appii Cæci oratio apud Plut. in Pyrrho exstat. Cyneas enim orator eloquentissimus erat missus à Pyrrho legatus ad Senatum pacis causa, quando Romani prœlio ad Sirin utcunque fracti erant : agebatque Cyneas pacem iisdem conditionibus, ut Pyrrhus in Urbem reciperetur. Mox Appius & cæcus & senex in Senatum sese jussit deferri, & suâ oratione obtinuit, ne Pyrrhus reciperetur, dixitque (ut refert Cic. in Catone) versus Bunii. *Quò vobis mentes, rectæ quæ stare solebant Antehac, demens se flexere viâ ?*

[1] Cæco, [2] pulsi cum muneribus suis ab Urbe [3] legati, interroganti [4] Regi suo, quid de hostium sede sentirent? *Urbem templum sibi visam, Senatum Regum* [6] *con-*
21 *sessum esse*, confiterentur. Quis porrò ipsi duces? vel in castris: [7] cum [8] medicum, venale regis Pyrrhi caput offerentem, [9] Curius remisit: Fabricius oblatam sibi
22 à Rege imperii partem repudiavit: vel in pace: cùm Curius [10] fictilia sua [11] Samnitico præferret auro: [12] Fabricius decem pondo argenti circa Rufinum [13] consularem virum, quasi [14] luxuriam, [15] censoriâ gravitate
23 damnaret. Quis ergo miretur his moribus, virtute, militiâ, victorem populum Romanum fuisse? unoque bello Tarentino intra quadriennium maximam partem Italiæ, fortissimas gentes, [16] opulentissimas urbes,
24 urberrimasque regiones in [17] ditionem redegisse? Aut quid adeò fidem superet, quam si [18] principia belli cum exitu [19] conferantur? Victor primo prœlio Pyrrhus, totâ

1 Visu privato: quod Herculis sacra ad humile servorum ministerium transtulisset Valer. Max. cap. de Negl. Rel. 17. 2 Repulsi, aut non recepti. 3 Legatum hunc Cyneam, Demosthenis 1. discipulum, à Pyrrho de agenda pace ad Romanos missum refert Plutarchus: nec minus ipsum eloquentiâ, quam Pyrrhum armis confecisse; sed victum fuisse Romanorum integritate & continentia, qui munera & eloquentiam cum paupertatis gloriâ conjunctam solùm admirabantur. 4 Pyrrho. 5 Plutarch. in Pyrrho cap. 42. de Senatu tantùm: *eum multorum Regum visum esse concilium.* 6 Concilium. 7 Al. *quòd.* 8 Timocharem Ambraciensem. Hanc historiam præter cæteros lege apud Val. Max. 6, 5, 1. latius apud Agel. 3, 8. Multa Cic Off. 3, 22. 9 Al. *Fabricio*: quia Consule Fabricio insidiæ Medici Pyrrho significatæ sunt. Sed in isto diversa est opionum controversia, fuerit ne Fabricii imperio medicus suo domino remissus, an ipsius medici literæ ad Fabricium datæ? Itidem, fuerit-ne ex Senatus auctoritate alterutrum confectum? 10 Vasa escaria ex cera atque argilla ficta seu formata. Hanc historiam lege apud Valer. Max. 4, 3, 5. Plutarch. Cic. &c. 11 Quod Samnites ad eum misernt. 12 Fabricius Censor cum Æmilio, Cornelium Rufinum bis Consulatu, & semel dictatura functum Senatu movit, quia decem pondo argenti facti, id est, argenteorum vasorum haberet; strenuum alioqui ducem, sed furacem avarumque. Historia habetur Epit. Liv. 14. Valer. Max. 2, 9, 4. 13 Qui bis Consul fuerat. 14 Luxum. 15 Censoria austeritate & rigiditate. 16 Ditissimas. 17 Imperium, dominium. 18 Sic apud Tacit. Artabanus *primo congressu fusus, reparat vires, regnoque potitur.* 19 Comparentur?

tre-

tremente Campaniâ, [1] Lirim, Fregellaſque populatus, propè captam Urbem à Prænestinâ arce proſpexit: & à viceſimo [2] lapide, oculos trepidæ civitatis fumo ac pul-
25 vere implevit. Eodem poſtea bis exuto caſtris, bis ſaucio, & in Græciam ſuam trans mare ac terras fugato, pax & quies: & tanta de opulentiſſimis tot gentibus
26 ſpolia, ut victoriam ſuam Roma non [3] caperet. * Nec enim [4] temerè ullus pulchrior in Urbem, aut ſpecioſior
27 triumphus intravit. Ante hunc diem nihil, [5] niſi pecora Volſcorum, greges Sabinorum, carpenta Gallorum, fracta Samnitum arma vidiſſes: tùm ſi captivos aſpicereres; [6] Moloſſi, Theſſali, Macedones, [7] Brutius, Apulus, atque Lucanus: ſi [8] pompam, aurum, pur-
28 pura, [9] ſigna, [10] tabulæ, Tarentinæque deliciæ. Sed nihil libentiùs Populus Romanus aſpexit, quam illas, quas timuerat, [11] cum turribus ſuis belluas: quæ non ſinè [12] ſenſu captivitatis, [13] ſubmiſſis cervicibus, victores equos ſequebantur.

1 *Liris* eſt nomen fluvii apud alios, qui Campaniam à Latio diſterminat. Hoc loco videtur nomen oppidi; de quo tamen nullibi legitur. Puto igitur legendum: *totam trementem Campaniam, uſque ad Lirim Fregellaſque:* ut ſit ſenſus: Pyrrhum tunc totam Campaniam populatum eſſe, uſque ad initium Latii, ubi Liris fluvius, & fluvio adſitum oppidum Fregellæ. Freinshem. in Indice, Lirim hic putat eſſe oppidum. Veriſimile videtur, Florum locutum Poëtarum in morem; *Lirim* ſcilicet dixiſſe pro accolis ejuſdem fluvii. 2 Militario: eò quòd apud veteres lapidibus milliaria deſignabantur. Undè legimus, *ad tertium, ad quartum lapidem.* 3 Contineret, & ſufficeret ad tantam victoriam capiendam. Terent. *Dii boni, quid turba! Æles noſtræ vix* capient, *ſcio.* 4 Facile. 5 Præter. 6 Populi Græciæ celeberrimi. 7 Brutii. Apuli, atque Lucani, Singularis pro Plurali. Extrema Italiæ verſus ortum habebant. 8 Splendorem ac magnificentiam triumphi. 9 Imagines, ſtatuæ ad vivum exſculptæ. 10 Picturæ. 11 Hoc anno nimirùm CDLXXIX. primùm ducti ſunt in triumpho elephanti. 12 Intellectu. Plin. *Miror, quoſdam exiſtimaſſe aquatilibus nullum ineſſe* ſenſum. Hac ſignificatione dicuntur animalia *ſenſu carere.* 13 Inclinatis.

CAP. XIX.

Bellum Picenum.

1, 1 OMnis mox Italia pacem 2 habuit. 3 Qui enim 4 poſt Tarentum 5 auderent? niſi quòd ultrò per-
2 ſequi 6 ſocios hoſtium placuit. Domiti ergo 7 Picentes, & 8 caput gentis Aſculum, 9 Sempronio duce: qui tremente inter prœlium campo, Tellurem Deam, 10 promiſſa æde, placavit.

1 Quæ in hoc capite ſcribit Florus, habentur Epit. Liv. 15. 2 Tractavit. 3 Al. *Quid.* 4 Deletâ Tarento. Sic infra 2, 7, 1. dicit: Poſt Carthaginem *vinci neminem puduit.* 5 Nempe ubi fortior & potentior victus eſt, alii debiliores victorem laceſſere metuunt. 6 Nam duobus potiſſimum modis ex obliquo pax læditur; cum aut noſtri ſocii infeſtantur, aut hoſtes adjuvantur. 7 *Picenum* regio eſt Italiæ trans montem Apenninum, ab ipſis montibus uſque ad mare Adriaticum extenſa. Hinc *Picentes*, qui & *Piceni* dicuntur. 8 Metropolis Picentium Aſculum. 9 De Picentibus triumphatum eſt ab utroque Conſule. Sempronio Sopho, & Appio Claudio. 10 Promiſſo templo. De ejus in urbe Romæ æde, Plin. l. 34. c. 9. Val. Max. 6, 3, 1.

CAP. XX.

1 *Bellum Sallentinum.*

1, 2 SAllentini Picentibus 3 additi, caputque regionis Brunduſium 4 inclyto portu, Marco Atilio duce. Et in hoc certamine, victoriæ pretium templum ſibi 5 paſtoria Pales ultrò popoſcit.

1 Hoc bellum ſcribit Epit. Liv. 15. 2 Populi in finibus Italiæ. 3 Iſto nempe jure, quo omnia ſibi commoda invadere, & occupare ſe poſſe exiſtimarunt Romani, utile ubique præferentes honeſto. Hujus certè belli alia cauſa non fuit, quam inclyti illius portus occupandi cupido. 4 Celebri. 5 Paſtorum Dea: cujus feſta *Palilia* ſunt appellata: quoniam pro *partu* pecoris eidem ſacra fiebant. Eo feſto paſtorum, ſc. 20. Aprilis, Romam à Romulo & Remo conditam, ſuprà annotavimus. De Pale Deâ lege Ovid. Faſt. 4, 720.

CAP. XXI.

Bellum Volſinenſe.

1, 1 POſtremi Italicorum 2 in fide manſere 3 Volſini, 4 opulentiſſimi Etruſcorum, implorantes opem ad-

1 Quod hic ſcribit Florus, lege apud Val. Max. 9, 1, 2. Est 2 Al. *in fidem*, id eſt, in poteſtatem, ditionem, *venêre*. Significaret enim omnes Italos deſciviſſe à Romanis ante Volſinos. 3 Populi Hetruriæ. 4 Ditiſſimi.

verſus

2 versus servos quondam suos : qui libertatem, à [1] dominis datam, [2] in ipsos 3 erexerant : 4 translatâque in se
3 Republica dominabantur. Sed hi quoque, duce Fabio Gurgite, 5 pœnas dederunt.

1 Patronis. 2 Contra, adversus dominos. 3 Al. *exercuerant*, id est, usi erant. 4 Suæ potestatis factâ. 5 Puniti sunt. Civitas enim eversa fuit, servi non sine cruciatu occisi.

CAP. XXII.

De Seditionibus.

1 HÆc est secunda ætas populi Romani, & quasi adolescentia; qua maximè viruit, & [1] quodam flore virtutis exarsit, ac ferbuit. Ita, quæ inerat quædam adhùc ex pastoribus feritas, quiddam spirabat indomitum.
2 Indè est, quòd exercitus [2] Posthumium Imperatorem, 3 inficiantem quas promiserat prædas, facta in castris seditione, 4 lapidavit : quòd sub Appio Claudio 5 noluit vincere hostem, cùm posset : quòd [6] duce Volerone, 7 detrectantibus plerisque militiam, fracti Consulis fasces : indè, quòd clarissimos principes, cùm adversarentur voluntati suæ, [8] exsulatione multavit : ut Coriolanum, 9 colere agros jubentem ; ([10] nec minùs ille ferociter injuriam armis [11] vindicasset, nisi quòd jam [12] inferentem signa [13] filium
4 mater Veturia lacrimis suis [14] exarmavit :) ut ipsum

1 Quædam excellentia. 2 Vide Liv. l. 4. c. 50. 3 Negantem. 4 Lapidibus obruit. 5 Imò *non vincere tantùm noluit, sed vinci voluit.* Liv. l. 2. Adde Val. Max. 9, 3, 5. 6 Historiam habet Liv. l. 2. c. 55. 7 Recusantibus, scilicet ob certamina cum Patribus, non ob formidinem, sicut posterioribus temporibus, cum *pollices* sibi præciderent, ut tanquam inhabiles, dubio Marti subtraherentur. 8 Exsilio punivit. 9 Quod per seditiones primò (Liv. l. 2. c. 29.) mox frumentarias largitiones omittebatur. 10 Historiam lege apud Liv. lib. 2 cap. 31. &c. Val Max. 5, 4, 1. 11 Ultus fuisset. 12 Admoventem exercitum. 13 Coriolanum. 14 Mitigavit, placavit. Quò alluſit Sen. in Thyeste : *Nulla vis major pietate verâ est : Jurgia externis inimica durant, Quos amor verus tenuit, tenebit. Ira cùm magnis agitata curis Gratiam rupit, cecinitque bellum*, &c. *Opprimit servum, manibusque junctis, Ducit ad pacem pietas negantes.*

[1] Camillum, quòd iniquè inter plebem & exercitum divisisse [2] Vejentem prædam videretur. Sed [3] hic melior [4] obsessis, in captâ [5] Urbe [6] consenuit; & mox supplices de hoste Gallo vindicavit. Cum Senatu quoque vehementiùs [7] æquo bonoque certatum est; adeò ut relictis sedibus solitudinem & interitum patriæ suæ minaretur.

1 Sc. *exsulatione multavit*. Nam M. Furius Camillus injustè, & per civium suorum ingratitudinem, die ipsi dicta à L. Appulejo Trib. pleb. ob prædam Vejentanam, non satis æquè distributam, in exsilium Ardeam abiit: ipse tamen hujus injuriæ obliitus, patriam è Gallorum manibus eripuit, Urbemque liberavit. 2 Vejentanam. 3 Camillus. 4 Ni fallor, sensus hic est: Exsulavit patriæ, & ut obsessæ quondam prodesset, in Urbe captâ ærumnosam senectutem traxit. 5 Vejis sc. quò exsulatum concesserat: undè posteà tamen ultor civibus suis advenit, quos de hoste Gallo vindicavit. 6 Sc. mœstitia, tœdio, languoreque & inerti otio, quæ senio afficiebant hunc virum. Hinc *senium* sæpè Latini pro re ingratâ & odiosa dicunt. 7 Al. *de æquo*.

CAP. XXIII.

1 1 PRima discordia ob [2] impotentiam fœneratorum; quibus, in terga quoque, [3] serviliter sævientibus, in [4] Sacrum montem plebs armata [5] secessit: [6] ægrèque, nec nisi [7] Tribunos impetrasset, [8] Menenii Agrippæ, facundi & sapientis viri, [9] auctoritate [10] revocata est.

2 Exstat orationis antiquæ satis efficax ad concordiam [11] fabula, quâ [12] *dissedisse inter se quondam humanos* dixit *artus*, *quòd*, *omnibus* [13] *opere fungentibus*, *solus venter immunis* [14] *ageret: deinde moribundos à* [15] *sejunctione* [16] *rediisse in gratiam*, *quando sensissent*, *quòd ejus operâ*, [17] *redactis in sanguinem cibis*, [18] *irrigarentur*.

1 De hac discordia Liv. l. 2. c. 32. Val Max. 8, 9, 1. Eutrop. 1, 11. Ovid. Fast. 3, 663. 2 Potentiam immoderatè exercitam. 3 Servile enim supplicium hoc erat. 4 Quoniam Jovi fuerat consecratus. Trans Anienem montem fuit. 5 Seorsum recessit, abiit. *Secedere* enim est seorsim ab hominum frequentia recedere. Hinc fit *secessus*, id est, discessus, sive recessus in locum secretiorem. 6 Summa cum difficultate. 7 *Tribunatus* est plebejus Magistratus in Rep. Romanâ, quovis alio major, & sacrosanctus, eum in finem institutus, ut plebs tutior esset contra vim & injurias Consulum ac Senatorum, horum decretis & legibus intercedendi, ac injuriam plebi inferentes prehendendi, inque carcerem mittendi, invictam habens auctoritatem. Unde & *Tribuni-plebis* sunt appellati. Vide quæ nos ad Sal. p. 189. 8 Val. Max. vocat hunc *Valerium*, non *Menenium*. 9 Dignitate, eminentiâ. 10 Reducta, redire jussa est. 11 Apologus, ut dicit Livius. 12 Discordasse, dissensisse. 13 Officio. 14 Degeret. 15 Separatione ac segregatione. 16 Reconciliatos esse. 17 Digestis, conversis. 18 Vegetarentur.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XXIV.

1 1 SEcundam in Urbe mediâ, 2 decemviratus libido 3 conflavit. 4 Allatas 5 à Græciâ leges, decem principes lecti, jubente populo conscripserant: ordinataque erat in duodecim tabulis tota justitia: cum tamen tradi-
2 tos 6 fasces 7 regio quodam furore retinebant. Ante cæteros 8 Appius eò insolentiæ elatus est, ut 9 ingenuam 10 virginem stupro destinaret, oblitus & Lucretiæ, &
3 Regum, & juris, quod ipse composuerat. Itaque cum oppressam judicio filiam trahi in servitutem videret Virginius pater; nihil cunctatus, in medio foro manu suâ interfecit: 11 admotisque signis commilitonum, totam eam dominationem obsessam armis, 12 in carcerem & catenas ab Aventino monte detraxit.

1 Sc. *discordiam*. De hac lege Liv. l. 3. c. 44. &c. Val. Max. l. 6. c. 1, 2. 2 *Decemviratus* est summus, sed extraordinarius & annuo spatio definitus, in Romana Rep. Magistratus, quo Senatorii ordinis nobilissimi viri decem, Legum scribendarum causa, donati, cæteris omnibus Magistratibus interea abrogatis, donec deinde ex legibus restituerentur, Consulatem & verè regiam, adeòque maximam, omnem Remp. administrandi, deque privatorum contractibus ac causis omnibus cognoscendi habebant potestatem. 3 Excitavit. Propriè *conflare* est simul flare, id est, simul spirare, cùm diversi venti simul spirant. Præterea de metallis dicitur, quæ *conflari* dicuntur, cum igne liquefacta miscentur ac confunduntur. *Æs alienum conflare*, est debitorum se facere alienæ pecuniæ. 4 Cæsar apud Sal. in Cat. *Majores nostri neque consilii, neque audaciæ unquam egêre: neque superbia obstabat, quò minùs instituta aliena, si modo proba erant, imitarentur.* 5 Ab Athenienſibus & Lacedæmoniis. 6 Potestatem, cujus sunt insignia. 7 Dominandi cupidine, quâ Decemviri regiam potestatem, etiam nudo nomine odiosissimam, captabant. Hinc ubi quid insolentius gerebatur, aut ubi quis alterius potentiam ad invidiam vocabat, *regnandi* & *dominandi* verbo utebantur. 8 Claudius sc. ex Decemviris unus ad eam arrogantiam evectus est. Sic dicitur, *eò magnitudinis procedere, eò sapientiæ devenire*, id est, ad eam magnitudinem, sapientiam. 9 In libertate natam, honestam. 10 L. Virginii filiam, L. Icilio tribunitio viro desponsatam. 11 Adductis. 12 Intra locum maleficorum.

CAP. XXV.

TErtiam 1 seditionem excitavit 2 matrimoniorum dignitas; ut plebeji cum 3 patriciis 4 jungerentur: 5 qui tumultus in monte Janiculo, duce Canulejo Tribuno plebis, exarsit.

1 Discordiam. De hac late Liv. l. 4. 2 Conjugiorum decor. Benè ait Poëta: *Quàm male inæquales veniunt ad aratra juvenci; Tam premitur magno conjuge nupta minor.* 3 A Patribus ortis, vel Patrum progenie, ut loquitur Livius. 4 Matrimonio scilicet. 5 Quæ seditio connubiorum promiscuorum incensa est.

CAP. XXVI.

1 1 QUartam 2 honorum cupido, ut 3 plebeji quoque
2 magiſtratus crearentur. Fabius 4 Ambuſtus 5 duarum pater, alteram Sulpicio patricii 6 ſanguinis dederat,
3 alteram 7 plebejo Stoloni: hæc quodam tempore, quòd 8 lictoriæ virgæ ſonum ignotum penatibus ſuis 9 expaverat, à ſorore ſatis inſolenter irriſa, injuriam non
4 10 tulit. Itaque nactus 11 tribunatum, honorum & magiſtratuum conſortium, quamvis invito Senatui 12 extorſit. Verùm in his ipſis ſeditionibus, principem populum non immeritò 13 ſuſpexeris. Siquidem nunc libertatem, nunc pudicitiam, tum natalium 14 dignitatem, honorum decora & inſignia 15 vindicavit; interque hæc om-
6 nia, 16 nullius acrior cuſtos, quàm Libertaris fuit; nullaque in pretium ejus potuit 17 largitione corrumpi; cum, 18 ut in magno, & indies majore populo, 19 interim per-

1 Scilicet *ſeditionem excitavit*. De hac Liv. verſus finem l. 6. & Val. Max. 8, 6, 3. 2 Magiſtratuum cupiditas. 3 Ex plebe deſumpti. 4 Quod fulmine eſſet ambuſtus. 5 Scilicet *filiarum*. 6 Generis. 7 Ex plebe viro. 8 Quem lictor fecerat virga: lictor enim fores percutiebat. Tangit morem hunc Plin. l. 7. c. 30. 9 Conſternata, metu ſubito correpta erat: ab *expaveſco*. 10 Paſſa eſt. 11 Plebis ſcilicet. 12 Per vim eripuit. *Extorquere* enim eſt aliquamdiu retinenti per vim eripere: aut tormentis, vel alia quavis vi aliquid auferre, eripere. Unde *extorquere veritatem*, eſt adhibitis tormentis veram exprimere confeſſionem. 13 Reveritus, veneratus fueris, cum admiratione laudaveris. Sicut *deſpicere* ſumitur pro contemnere, ita *ſuſpicere* pro venerari & laudare: quia *deſpicere* eſt deorſum inſpicere, quæ verò infrà nos ſunt, contemnimus: *ſuſpicere* autem ſurſum aſpicere: at quæ ſuprà nos ſunt, veneramur fermè. 14 Decorem. 15 *Vindicare* hoc loco duplici ſignificatione (ut ſuprà 1, 9, 1.) ponitur: *libertatem* enim *vindicare*, eſt uſurpare ſibi, aſſerere ſe in libertatem: *pudicitiam*; eſt ulciſci, pœnas ob eam læſam ſumere. 16 Nullius rei. Ita Nullo *magis exprimi poteſt* 3, 10, 13. Sic Horat. in Ar. 329. *præter laudem* nullius *avaris*. Sic etiam *ullius* voce uſus Liv. 2, 59. *Nemo* ullius, *niſi fugæ, memor*. 17 Liberalitate aut muneribus allici. 18 Ut ſolet in magno, &c. Liv. 45, 24. *Nulla eſt civitas, quæ non & improbos cives aliquando & imperitam multitudinem ſemper habeat*. Sal. in Cat. *In magnâ civitate multa & varia ingenia ſunt*, &c. 19 Interdum. Sic apud Sen. de irâ l. 1. c. 16. Interim *optimam miſericordiæ genus eſt occidere*.

nicioſi

7 nicioſi cives exiſterent. Spurium Caſſium, [1] Agraria lege; Mœlium, [2] largitione [3] ſuſpectum regiæ [4] dominationis, [5] præſenti morte multavit: ac de Spurio quidem ſupplicium [6] pater ipſius ſumpſit: [7] hunc Quinctii Dictatoris [8] imperio, in medio foro [9] magiſter equi-
8 tum [10] Servilius Ahala [11] confodit. Manlium verò Capitolii [12] vindicem, quia pleroſque debitorum liberaverat, altius ſe & [13] incivilius offerentem, ab illa, quam de-
9 fenderat, [14] arce dejecit. Talis domi ac foris; talis pace belloque Populus Romanus, [15] fretum illud Adoleſcentiæ, id eſt, ſecundam imperii ætatem habuit; in quâ totam inter Alpes fretumque Italiam armis [16] ſubegit.

1 Propter legem, quam tulerat de agro, quem populus Romanus bello acquiſiverat, æquis portionibus dividendo. Liv. 32, 38. hanc legem numerat inter faces *novantibus res, ad plebem in optimates accendendam.* 2 Liberali donatione frumenti conſequendi honoris gratiâ. Nam Sp. Mœlius frumento privatâ pecunia coëmpto, largitiones frumenti in populum fame laborantem facere inſtituit, ut hoc munere plebs ſibi obnoxia facta honores demandaret. Unde *largitas* & *largitio* inter ſe differunt, quod *largitas* humanitatis ac liberalitatis ſit; *largitio* ambitionis. 3 In ſuſpicionem adductus. 4 Tyrannidis. 5 Morte, quæ non differebatur, punivit. 6 Spurius Caſſius. 7 Sp. Mœlium. 8 Juſſu. 9 Cui ſumma poteſtas in equites erat. 10 Quem pro præmio liberatæ Reipublicæ exſilium ab ingratis civibus tuliſſe, ſcribit Val. Max. 5, 3, 3. 11 Occidit. Liv. 4, 14. Val. Max. 6, 3, 1. addunt, etiam domum ejus dirutam, areamque, id eſt, ſpatiolum, ubi ſteterat domus ejus, *Æquimelii*, id eſt, æquoris ſeu planitiei factæ ex domo Mœlii ſolo æquata, appellationem traxiſſe. 12 Defenſor: undè dictus *Capitolinus.* 13 Supra æqualitatem civium ſe erigentem, ſurgentem. Tacito eſt *plus quam civilia agitare.* 14 Capitolio. Damnati enim de Tarpejo monte præcipitabantur. 15 Fervorem. Adoleſcentes concito mari comparat, *quorum* (ut ait Lactantius) *cùm ſit ætas lubrica, frænari ac regi debet. Tempus* enim à Bruto Collatinoque Coſſ. in Appium Claudium & Q. Fulvium Coſſ. *viros armiſque incitatiſſimum*, in libri exordio *Adoleſcentiæ* comparavit. Sic ſuprà 1, 21, 1. *Hæc eſt ſecunda ætas populi Romani, & quaſi Adoleſcentia, quâ maximè viribus, & quodam flore virtutis exarſit, ac ſervbuit.* Idem ergo hoc loco repetens, *fretum Adoleſcentiæ* vocat, & ſecundam imperii ætatem. *Fretum* itaque à *fervendo.* 16 Domuit.

LIBER SECUNDUS

CAP. I.

Proœmium.

1 1 DOmitâ ſubactâque Italia, Populus Roma-
nus 2 propè quingenteſimum annum a-
gens, 3 cum bonâ fide adoleviſſet; ſi
quod eſt robur, ſi qua 4 juventas; tum
ille verè robuſtus, & 5 par orbi terra-
2 rum eſſe cœpit. Ita, (mirum, & incredibile dictu) qui
propè quingentis annis domi 6 luctatus eſt, (adeò difficile fuerat dare Italiæ caput) his ducentis annis, qui ſequuntur, Africam, Europam, Aſiam; totum denique orbem terrarum bellis victoriiſque 7 peragravit.

1 Enumeratione repetit quingentorum ferè annorum res à populo Rom. intra Italiam fortiter geſtas: hinc armis ipſorum Europam, Africam, Aſiam 200. annis domitam. 2 Quia ab V. C. ad primum bellum Punicum anni tantùm ſunt 489. Undecim itaque annos, qui ad quingenteſimum uſque deſiderabantur, unicâ dictione (*propè*) incluſit. 3 Cùm, extra omnem controverſiam, eſſet verè ἐν ἀκμῇ, ac vigoris ſui felicitatem intueretur. 4 Juventus: ſumitur enim hic pro ætate. 5 Sufficienter reſiſtere. 6 Bella, ut non magna, ita difficilia geſſit, viribus nondùm confirmatis. 7 Perluſtravit.

CAP. II.

1 *Primum bellum Punicum.*

1 IGitur victor Italiæ Populus, cum à terrâ 2 fretum uſque veniſſet, 3 more ignis, qui obvias populatus incendio ſilvas, 4 interveniente flumine

1 Primum bellum geſtum cum Carthaginenſibus. *Pœni* enim dicuntur Carthaginenſes, quaſi Phœni. Nam de Tiro, parte Phœnicis regionis, venerunt, qui Carthaginem condiderunt: inde *Punicus*, id eſt, Carthaginenſis. Tria autem Romani cum Pœnis ſive Carthaginenſibus bella geſſerunt: de quibus vide, quæ nos ad Sal. p. 205. a. & ſeqq. De hoc primo bello Punico Epit. Liv. 16. & ſeqq. Eutrop. 2, 3. Sil. lib. 6. 2 Siculum ſcilicet. *Fretum* à *fervendo* dictum vult Varro, à ſimilitudine ferventis aquæ, quod in *fretum* ſæpè concurrat æſtus, atque ferveſcat. Proprie enim *fretum* ſignificat loca maris anguſtiora, quæ, quod aqua minùs liberum habeat fluxum, vehementiùs ſolent concitari: quale eſt fretum Siculum & Gaditanum. Ponitur tamen frequenter pro mari. 3 Inſtar ignis. 4 Intercedente.

1 abrum-

2 [1] abrumpitur, pauliſper [2] ſubſtitit. [3] Mox cum videret opulentiſſimam in proximo [4] prædam, quodammodò [5] Italiæ ſuæ abſciſſam, & quaſi [6] revulſam; adeò cupiditate ejus [7] exarſit, ut quatenus nec [8] mole [9] jungi, nec pontibus poſſet, armis belloque [10] jungenda, & ad
3 [11] continentem ſuam [12] revocanda bello videretur. Sed ecce ultrò ipſis viam [13] pandentibus fatis, nec occaſio defuit; cum de [14] Pœnorum impotentia, [15] fœderata Siciliæ civitas [16] Meſſana quereretur. [17] Affectabat autem ut Romanus, ita Pœnus [18] Siciliam; & eodem tempore, paribus [19] uterque [20] votis ac viribus, imperium orbis
4 [21] agitabat. Igitur [22] ſpecie quidem ſocios juvandi, re autem ſollicitante præda, quanquam territaret novitas rei, (tanta tamen in virtute fiducia eſt) ille rudis,

1 Disjicitur, avellitur. 2 Conſtitit, pedem fixit. 3 Ditiſſimam. 4 Hæc præda Sicilia eſt. Diod. Siculus l. 23. c. 1. *Sicilia inſularum omnium pulcherrima exiſtit, ut quæ multùm conduxit ad imperii ſeu principatus incrementum.* Cic. Siciliam, Aſiam & Sardiniam vocat *tria frumentaria ſubſidia Reipublicæ.* Hæc igitur erat veriſſima cauſa primi belli Punici. 5 Ab Italia ſua ſeparatam, abruptam. *Abſcindere* enim hic de aquis dictum, terras dirimentibus. Siciliam à continenti abruptam fuiſſe, etiam Virgilius auctor eſt his verſibus: *Hæc loca vi quondam & vaſtâ convulſa ruinâ (Tantum ævi longinqua valet mutare vetuſtas) diſſiluiſſe ferunt, cùm protinus utraque tellus Una foret; venit medio vi pontus, & undis Heſperium Siculo latus abſcidit, arvaque & Urbes Littore deductas, anguſto interluit æſtu.* Eadem inter Poëtas referunt Sil. lib. 14. Ovid. Lib. 5. Met. de raptu Pro erp. lib. 1. 6 Avulſam. 7 Incenſus, inflammatus eſt. 8 Aggeribus. 9 Mare enim diſſidium fecerat ac divortium inter Siciliam ac Italiam, continentemque terram interruperat. 10 Sicilia ſcilicet. 11 Scilicet *terram*, quam vulgò *Terram firmam* appellant, oppoſiturque *Inſulæ*. 12 Reducenda. 13 Aperientibus. 14 Carthaginenſium (potentiâ immoderatè exercit). 15 Fœdere & amicitia conjuncta. 16 Omnium Siciliæ urbium vetuſtiſſima. 17 Appetebat. 19 Maximam in Tyrrheno mari inſulam, Italiæ ad Brutios imminentem: à Græcis *Trinacrium* dictam, à tribus promontoriis, quibus ſeſe in mare protendit. 19 Populus Romanus & Pœnus. 20 Deſideriis. 21 Deliberabat. 22 Prætextu, obtenu. *Speciem* ergo vocat rem à verâ cauſâ diverſiſſimam, quæ erat, cupido prædæ atque imperii. Ob hanc ipſam ſæpè Romani inter exteros diſcordias ſeminarunt, ut ſcilicet ab alterâ parte in auxilium vocati, occaſionem haberent occupandi alieni ſoli, ſimul verò utramque conficerent partem.

ille [1] paſtorius populus, [2] verèque terreſter, [3] oſtendit nihil intereſſe virtutis, equis an navibus, terrâ an mari [4] dimicaretur. [5] Appio Claudio Conſule primùm [6] fretum [7] ingreſſus eſt, [8] fabuloſis infame monſtris, [9] æſtuque violentum: ſed adeò non eſt exterritus, ut illam ipſam ruentis æſtus violentiam [10] pro munere amplecteretur: ſtatimque ac ſinè mora Hieronem, Syracuſanum Regem, tanta celeritate vicit, ut ille ipſe ſe prius [7] victum, quàm hoſtem videret, fateretur. Duillio Cornelioque Conſulibus, etiam mari congredi auſus eſt. [11] Tum quidem ipſa velocitas claſſis comparatæ, [12] auſpicium fuit. [13] Intra enim ſexageſimum diem, quàm cæſa ſilva fuerat, centum ſexaginta navium claſſis in anchoris ſtetit; ut non arte factæ, ſed quodam munere Deorum converſæ in naves atque mutatæ arbores [8] viderentur. [14] Prœlii vero forma mirabilis: cum illas celeres volucreſque hoſtium naves, hæ graves tardæque comprehenderent. [15] Longe illis nauticæ artes, [16] detorquere remos, & ludificari fugâ roſtra. In-

1 Romanos intelligit. 2 Γηγενὴς, id eſt, *terrâ natus*, qui mare nunquam viderat, nec à terrâ longius receſſerat, ſed ſuum tantùm littus norat: quem hic *maritimo* opponit. Ita dicebantur veteribus rudes adhuc & imperiti populi, quales tunc temporis erant Romani. 3 Hoc ipſum reſpicit Sal. cum in Cat. c. 7. de Romanis ait: *Talibus viris non labor inſolitus, non locus ullus aſper aut arduus erat, non armatus hoſtis formidoloſus; Virtus omnia domuerat.* 4 Pugnaretur, certaretur. 5 Qui *Caudex* indè appellatus eſt, quod primùm *caudicem*, id eſt, navem belli gerendi cauſa in Siciliam conſcenderit. 6 Siculum. 7 Intravit populus Romanus. 8 Malè audiens propter Scyllam & Charybdim, de quibus multa fiuguntur. Vide Juſtin l. 4. c. 1. Liv. Epit. 16. 9 Acceſſu & incremento. 10 Quod velocitas navium mare juvaretur. 11 Vult Florus rem auſpicatam illam fuiſſe Romanis; & benè ominatam, quod tam velociter claſſem comparaverint; ipſi anteà rerum nauticarum rudes. 12 Omen. 13 Non minus admirabilis Scipionis celeritas in eâdem re, qui *ita inſtitit operi, ut die quadrageſimo quinto, quàm ex ſylvis detracta materia erat, naves inſtructæ ornataque in aquam deductæ* ſint. Liv. 28, 45, 19. 14 Duo omninò contraria hoc capite Florus proponit, ſcilicet Carthaginenſibus nec celeres priùs & expeditas naves quippiam contra Romanos gravioribus inſtructos, profuiſſe; nec poſteà graviores, cum promptas & leves haberent Romani. 15 Artes nauticæ nihil profuerunt Carthaginenſibus, nihil illos juverunt. Nam quæ præſentia, auxilio eſſe ſolent: longinqua fruſtra implores. Itaque & *adeſſe* dixerunt pro *juvare* & *patrocinari*. Vide infrà, 2, 3, 9, & 4, 2, 6. Sic explicat ipſe Florus 2, 6, 34. *Longè illi triplex murus*, &c. *niſi quòd hactenus profuêre.* Sic Virg. Æn. 12, 52. *Longè illi Dea mater erit.* 16 Torquendo agitare. Al. *aſtergere.*

jectæ

jectæ enim [1] ferreæ manus, [2] machinæque aliæ, [3] ante certamen multùm ab hoste derisæ, coactique hostes
9 quasi [4] in solido decernere. Victor ergo apud [5] Liparas, mersa & fugata [6] hostium classe, primum illum [7] mari-
10 timum egit triumphum, Cujus quod gaudium fuit? cùm Duillius Imperator, non contentus unius diei triumpho, [8] per vitam omnem, ubi à cœna rediret, prælucere [9] funalia, [10] præcinere sibi tibias jussit, quasi quotidiè triumpharet. [11] Præ tanta victoria leve hujus prælii
11 damnum fuit. Alter Consulum [12] interceptus [13] Asina Cornelius: qui [14] simulato colloquio evocatus, atque ita oppressus fuit: [15] perfidiæ Punicæ [16] documentum.
[17] Calatino Dictatore, ferè omnia præsidia Pœnorum,
[18] Agrigento, [19] Drepanis, [20] Panormo, [21] Ery-

1 Ferrei harpagones, quos, ut agilitatem Punicarum mole suarum navium retardaret, Duillius Consul excogitaverat. 2 Instrumenta alia. 3 Ita cum Annibal omne serpentium genus in fictiles lagenas conjici, easque in hostiles Eumenis naves medio prœlio mitti jussisset, ridicula ea res hostibus visa, fictilibus dimicare, qui ferro nequeant. Sed ubi serpentibus repleri naves cœpere, ancipiti periculo circumventi, hosti victoriam cessêre. Vide Just. l. 31. c. 4. 4 Terrestri prœlio, non maritimo, dimicare: ita ut pedestre magis, quàm navale prœlium videretur, omnisque in virtute militum, non agilitate navium, aut arte scientiâque gubernatorum spes victoriæ consisteret. 5 Insulam. 6 Pœnorum. 7 In mari partum celebravit triumphum. 8 Cato apud Cic. de Senect. c. 13. *C. Duillium, Marci filium, quòd Pœnos primus classe devicerat, redeuntem à cœnâ senem sæpè vidi puer; delectabatur cereo funali, & tibicine, quæ sibi nullo exemplo privatus sumpserat, tantum ei licentiæ dabat gloria.* Vide etiam Val. Max. 3, 6, 4. 9 Faculas. 10 *Præcinere* dicuntur *tibiæ* præcedentes, ad quarum sonum modumque aliquid fit. 11 Comparatum cum tantâ victoria. 12 Captus. 13 C. Duillii collega. 14 Hoc modo plures etiam decepti sunt. Ariarathes Cappadox apud Just. lib. 38. cap. 1. Tyranni Athenienses apud eundem Justin. lib. 5. cap. 10. 15 Quæ in proverbium abiit. Hinc Val. Max. 9, 6, 1 Ext. Carthaginem *ipsum fontem perfidiæ* vocat. 16 Probatio, exemplum. 17 Scilicet A. Atilius. 18 Siciliæ oppido, medio ferè inter Pachynum & Lilybæum promontoria spatio. 19 *Drepanum* à Lilybæo in Septentrionem distabat stadiis ferè viginti: nomen habet ab incurvato sinu instar falcis: δρέπανον enim Græcis *falcem* significat. 20 *Panormus* ultra Drepanum in Septentrionem sita est, distatque à Lilybæo 48. mill. p. 21 *Eryx* mons est inter Drepanum & Panormum mari imminens; sed Panormo, quàm Drepano, vicinior; in ejus vertice planities erat, ubi Veneris Erycinæ templum,

ce, [1] Lilybæo detraxit. Trepidatum eſt ſemel circa [2] Camerinenſium [3] ſaltum : ſed eximiâ [4] virtute Calpurnii Flammæ, Tribuni militum, evaſimus : qui lecta trecentorum [5] manu [6] infeſtum & inſeſſum ab hoſtibus tumultum occupavit, adeòque moratus hoſtem, dùm exercitus omnis evaderet : ac ſic [7] pulcherrimo exitu, [8] Thermopylarum & [9] Leonidæ famam adæquavit : hoc illuſtrior [10] noſter, quòd expeditioni tantæ ſuperfuit & ſupervixit, [11] licet nihil ſcripſerit ſanguine. Lucio Cornelio Scipione, cùm jam Sicilia [12] ſuburbana eſſet populi Romani provincia ; ſerpente latiùs bello, in Sardiniam annexamque Corſicam tranſit : ubi & ſic Olbiæ [13] urbis excidio incolas [14] terruit : adeoque omnes [15] terra, mari Pœnos expugnavit, ut jam victoriæ nihil,

1 *Lilybæum* extremum Siciliæ in brumalem occaſum promontorium. Erat in hoc quoque promontorio urbs firmiſſima & Carthaginenſium præſidio munita ; de quâ hic loquitur Florus. 2 *Camerina* urbs Siciliæ. 3 Sylvam, nemus. 4 Fortitudine. 5 Multitudine. 6 Iniquum Romanis, quia eum hoſtes circumſidebant. Liv. Epit 17. *Atilius Calatinus Conſul, cùm in locum iniquum, Panis circumſeſſum, temerè duxiſſet exercitum, M. Calpurnii Tribuni militum virtute & opera evaſit.* 7 Lætiſſimo, feliciſſimo eventu. 8 *Thermopylæ* auguſtiæ montium atque ſaltuum ſunt in Theſſaliâ. Ibi Leonidas cum trecentis civibus Spartanis, quos ſecum duxerat, tantâ virtute dimicavit, ut non ſolum multos ac prope innumerabiles ex hoſtibus de monte repulerit, ſed etiam Rex ipſe ter de ſede ſuâ conſternatus fuiſſe dicatur. Multos ex ſatellitibus, quos ad cuſtodiam ſui corporis ſervabat, quoſque ἀθανάτους, id eſt, *immortales* appellabat, Leonidas ſuperavit, & docuit eſſe mortales. 9 Lacedæmoniorum Regis. 10 Calpurnius Flamma. 11 Stridius putat Leonidæ tribui, quod Othryadis proprium erat. Cùm enim de Thyreatium agro inter Spartanos & Athenienſes controverſia eſſet, ita prœlio convenerat inter utroſque populos, ut lis ea armatis utrimque trecentis prœlio decerneretur, & dùm hi pugnarent, reliqui omnes in caſtra diſcederent. In hac pugna tanta animorum pertinacia certatum eſt, ut cæteri omnes occubuerint, unus tantùm Othryades, Spartanorum dux, pugnæ ſuperſtes extiterit, qui, ne ſolus in caſtra rediret, ſe ipſum inter hoſtilia cadavera gladio tranſfixit, & ſanguine proprio ſcuto ſuo literas inſcripſit, *Vici* : ſuiſque eâ ratione agrum aſſeruit. 12 Proxima omnium provinciarum, & propemodum in conſpectu Urbis. 13 Sardiniæ. 14 Per tria bella Punica Scipionum virtus enituit. Hoc primo L. Cornelius Scipio Pœnos & Sardos & Corſos divicit. P. Cornelius Scipio Africanus Major ſupplici Carthagini pacem dedit, & finem bello Punico impoſuit ſecundo. Tertio bello enituit P. Scipio Æmilianus Africanus Junior, ut poſtea Numantiæ. 15 Al. *mare ac terram Panis repurgavit*, id eſt, tanquam purgamenta rejecit.

niſi

17 niſi Africa ipſa, reſtaret. [1] Marco Attilio Regulo duce jam in Africam [2] navigabat bellum: nec deerant, qui [3] ipſo Punici maris nomine ac terrore [4] deficerent, augente inſuper Tribuno Mannio metum: in quem, niſi paruiſſet, [5] ſecuri [6] diſtricta, Imperator metu mortis
18 navigandi fecit audaciam. Mox ventis remiſque properatum eſt: tantuſque terror hoſtici adventus Pœnis fuit,
19 ut apertis penè portis Carthago caperetur. Prima belli præmium fuit civitas Clypea: prima enim à Punico litore quaſi [7] arx & [8] ſpecula [9] procurrit. Et hæc, & trecenta ampliùs caſtella vaſtata ſunt. Nec cum hominibus, ſed cum monſtris quoque dimicatum eſt; cum quaſi in vindictam Africæ nata, [10] miræ magnitudinis
21 ſerpens, poſita apud [11] Bragadám caſtra vexaret. Sed omnium victor Regulus, cum terrorem nominis ſui latè [12] circumtuliſſet; cumque magnam vim juventutis, ducesque ipſos, aut [13] cecidiſſet, aut [14] haberet in vinculis; claſſemque ingenti præda onuſtam, & [15] triumpho gravem, in Urbem præmiſiſſet; jam ipſam [16] belli caput Carthaginem urgebat obſidio, ipſiſque portis inhærebat.

1 Lege Val. Max. 1, 1, 14. & 9, 2, 1. ext. Sil. 6, 301. & Horat. Carm. 3, 5. Cic. Off. l. 1. c. 13. & in Paradoxis. 2 Tranſportabatur. Cic. *Quam celeriter Cn. Pompejo duce belli impetus* navigavit? 3 Emphaticum hîc eſt. Sic Ovid. Ep. 13, 53. *Ilion, & Tenedos, Simoïſque, & Xanthus, & Ida, Nomina ſunt ipſo pœnè timenda ſono.* 4 Animo linquerentur, metu debilitarentur. 5 Olim *ſecuri* puniebantur ſontes, poſteà *gladio*. 6 Stricta, evaginata. Tac. *Diſtringis acinacem.* Sic Cæſ. *Diſtrictis gladiis.* 7 Munimentum, præſidium. 8 Locus editus, & eminens, undè aliquid eminùs videri & proſpici poteſt. 9 Prominet. 10 De quâ Val. Max. 1, 8, 19. ext. Plin. l. 8. c. 14. CXX. pedum longitudinis fuiſſe: pellemque ejus & maxillas uſque ad bellum Numantinum, id eſt, CXV. annis Romæ in templo duraſſe teſtatur, eamque balliſtis tormentiſque, ut oppidum aliquod, expugnatam. Vide Liv. Epit. 18. 11 Fluvium Africæ inter Uticam & Carthaginem in mare labentem. 12 Hùc illùc tuliſſet. 13 Interfecit. Al. *cepiſſet.* 14 Captivos detineret. 15 Si ollis in triumpho ferendis. 16 Locum, unde bellum incepit, & inſtauratum eſt.

Hic

Digitized by Google

22 Hîc paululum [1] circumacta fortuna eſt ; tantum, ut plura eſſent Romanæ [2] virtutis inſignia : cujus ferè
23 magnitudo calamitatibus approbatur. Nam converſis ad externa auxilia [3] hoſtibus ; cum Xanthippum illis ducem Lacedæmon miſiſſet, à viro militiæ peritiſſimo vincimur. [4] Tùm fœdâ clade, Romanîſque [5] uſu incognita, vivus in manus hoſtium venit fortiſſimus [6] Imperator. Sed ille quidem [7] par tantæ calamitatis [7] fuit.
24 Nam nec Punico carcere [8] infractus eſt, [9] nec legatione ſuſcepta : quippe [10] diverſa, [11] quàm hoſtes mandaverant, cenſuit ; ne pax fieret, ne commutatio captivo-
25 rum [12] reciperetur. [13] Sed nec illo voluntario ad hoſtes ſuos reditu, nec [14] ultimò, ſive carcere, ſive [15] crucis

1 Verſa, mutata. Meritò. Carthaginenſes à Regulo pacem petierant: hujus conditiones ille proponit adeò iniquas, ut Carthaginenſes pati quidvis, atque omnia experiri, quamlibet denique fortunam ſubire, cuncti præoptarent. Igitur duce Xanthippo iterum congreſſi, totum exercitum Romanorum profligant, ipſum quoque Regulum capiunt. Lege Polyb. l. 1. c. 35. 2 Quæ alibi *monſtra virtutis* vocat. 3 Carthaginenſibus. 4 Magnâ ſimul & turpi ſtrage. 5 Conſuetudine aut exemplo ſaltem ignotâ, id eſt, quæ nunquam venit uſu. 6 Regulus. 7 Sufficiens fuit, id eſt, reſiſtere potuit. 8 Fractus eſt. 9 Neque officio legati ſive nuncii ſuſcepto. 10 Contraria. 11 Pœni à Metello Conſule ad Panormum victi, Regulum, jam quadriennio captivum, Romam de pace, aut de captivis commutandis, una cum ſuis legatis miſerunt. Ille utrumque in Senatu diſſuaſit, & Carthaginem rediit, etſi ad crudeliſſimum hoſtem & exquiſita ſupplicia proficiſci ſeſe non ignorabat; tamen jusjurandum, quo ſe reverſurum adſtrinxerat, niſi utrumque impetraret, conſervandum putabat. 12 Admitteretur. 13 Multis heroicum hoc Reguli factum commendat Cicero Off. 3. 14 *Ultimò* hîc adverbialiter ſumitur. Neque enim ultimum carceris aut crucis ſupplicium hoc loco intelligendum. Dixerat Florus, non carcere Punico infractum eſſe Regulum, cùm primùm in carcerem conjectus eſt, non deinde legatione ſuſceptâ, quâ diverſum cenſuit, quàm hoſtes mandaverant, ne pax fieret, ac ne captivorum commutatio admitteretur. Sed ne illo voluntario ad hoſtes reditu infractus eſt: nec ultimò aut carcere, in quem retruſus eſt cum rediit, nec crucis ſupplicio defo mata majeſtas. 15 Alii aliter referunt de ſupplicio Reguli: dicunt enim, Carthaginenſes in atris & profundis tenebris clauſiſſe, ac diu retentum, poſt ubi Sol viſus erat ardentiſſimus, repente eduxiſſe, & adverſus ictum Solis oppoſitum continuiſſe, atque intendere in cœlum oculos coëgiſſe, palpebraſque ejus, ne connivere poſſet, ſurſum deorſum ductas inſuiſſe. Alii ſomno diu prohibitum, atque ita vita privatum referunt. Cicer. in Orat contra Piſonem, Regulum in machina religatum ſcribit, & reſectis palpebris vigilando enecatum. Florus crucis ſupplicio enecatum tradit.

ſuppli-

Digitized by Google

ſupplicio [1] deformata majeſtas, imò his omnibus admirabilior, quid aliud [2] quàm victus de victoribus, atque etiam, quia Carthago non [3] ceſſerat, de fortunâ triumphavit? Populus autem Romanus multò [4] acrior infeſtiorque [5] pro ultione Reguli, quàm [6] pro victoria fuit. Metello igitur Conſule ſpirantibus altiùs Pœnis, & reverſo in Siciliam bello, apud Panormum ſic hoſtes cæcidit, ut nec ampliùs eam inſulam concitarent. [7] Argumentum ingentis victoriæ, centum circiter elephantorum captivitas: ſic quoque magna præda, ſi [8] gregem illum non bello, ſed venatione cepiſſet. Appio Claudio Conſule, non ab hoſtibus, ſed à Diis ipſis ſuperatus eſt, [9] quorum auſpicia contempſerat: [10] ibi ſtatim claſſe demerſa, ubi ille præcipitari [11] pullos juſſerat, quòd pugnare ab his vetaretur. Marco Fabio Buteone Conſule, claſſem hoſtium in Africo mari apud [12] Ægimurum, jam in Italiam ultrò navigantem, cæcidit. Quantus ô tunc [13] triumphus tempeſtate [14] intercidit, cùm opulentâ præda claſſis, adverſis acta ventis, naufragio ſuo Africam & [15] Syrtes, omnium imperia gentium, inſularum littora, implevit! Magna clades, ſed non ſinè aliqua principis populi dignitate; [16] interceptam tempeſtate victoriam, & [17] triumphum periiſſe naufragio; & tamen, cùm Punicæ prædæ omnibus promontoriis inſuliſ-

26 27 28 29 30 31 32

1 Polluta, inquinata. 2 Tale illud Horatii: *Græcia capta ferum victorem cepit.* Et iſtud Cic. *Ipſam victoriam vicisſe videri*: nec non Sen. *Ipſam hoſtis ſui victoriam vicit.* 3 Obvenerat hoſtibus. 4 Vehementior. 5 Ad ulciſcendum ſeu vindicandum Regulum. 6 Ad conſequendam victoriam. 7 Plin. lib. 7. cap. 43. *Metellus primus elephantos primo Punico bello duxit in triumpho.* 8 Elephantos illos. 9 Adeò ſtulti erant veteres, ut, niſi auſpiciis addicentibus, ſuos in pugnam non educerent, etiamſi pulchra occaſio & ſpes de victoria certa invitaret. 10 Ex hiſtoricis obſervamus, ſceleris & pœnæ eundem ſæpè locum fuiſſe. Alexander Beſſum eo loco, in quo Darium ipſe occidit, necari juſſit. Curt. 7, 5, 43. ibidemque Freinshemius. Turullius ea in ſylvâ occiſus eſt, in quam impius fuit. Val. Max. 1, 1, 19. ext. 11 Gallinarum ſcilicet. 12 Inſulam in mari Africano. 13 Spolia in triumpho ferenda. 14 Periit, interceptus eſt. 15 Africæ loca vadoſa & arenoſa, ideòque exitioſa navigantibus. 16 Alii deſtinatas, ab alio exceptas tempeſtate manubias eâ victoriâ partas. 17 Spolia in triumpho ferenda.

que

que [1] fruſtrarentur & [2] fluitarent, populus Romanus &
33 ſic triumphavit. Lutatio Catulo Conſule tandem bello finis impoſitus, apud inſulas, quibus nomen Ægates.
34 Nec major alias in mari pugna; quippe commeatibus, exercitu, [3] propugnaculis, armis gravis hoſtium claſſis, & in ea quaſi tota Carthago: [4] quod ipſum exitio fuit.
35 Romana claſſis prompta, levis, expedita, & quodam genere caſtrenſis: [5] ad ſimilitudinem pugnæ equeſtris, [6] ſic remis, quaſi habenis agebatur: & in hos vel in illos
36 mobilia roſtra, ſpeciem viventium præferebant. Itaque momento temporis laceratæ hoſtium rates, totum inter Siciliam Sardiniamque pelagus naufragio ſuo operue-
37 runt. Tanta denique fuit illa victoria, ut de [7] exſcindendis hoſtium mœnibus non quæreretur. Supervacuum viſum eſt, [8] in arcem muroſque ſævire, cum jam in mari eſſet deleta Carthago.

1 Fruſtratim diſcerperentur, & lacerarentur. 2 Sæpè ſive continuò fluerent. 3 Turribus. Sic Horat. Epod. 1, 1. *Ibis Liburnis, inter alta navium, Amice*, propugnacula. 4 Adde Liv. l. 21. c. 14. 5 Ad exemplum, exemplo, more pugnæ equeſtris. In pugna ad Actium erant Cæſariani equitibus ſimiles, modò irruentibus, modò ſe recipientibus, eò quod appellere ſubindè, ac retrò abducere naves ipſi ſuas tantum poterant. Hoc autem eſt *ad ſimilitudinem equeſtris pugnæ*, ut Florus loquitur: nempè ſumptis tergis & redditis. 6 Pulchra comparatio claſſis levis & expeditæ cum re equeſtri. Sic Euripides in Medeâ navem vocat *currum*. 7 Eruendis. 8 Arcem muroſque diruere.

CAP. III.

1 *Bellum Liguſticum.*

1 2 PEracto Punico bello, ſecuta eſt brevis ſanè, & quaſi ad [3] recipiendum ſpiritum requies: argumen-

1 Al. *Bellum Ligurium.* Sic enim & *Liguria* lapis à *Liguribus* dictus, apud quos inveniebatur. 2 Confecto, finito. Quæ hoc capite continentur, ſcribit Epit. Liv. 10. Eutrop. 3, 1. 3 Reſumendum, recolligendum. Methaphora à luctatoribus petita, aliiſque, qui vehementer exerciti, difficulter reſpirant, & ita ad recipiendum ſpiritum interquieſcere coguntur.

tumque

tumque pacis, & [1] bona fide ceſſantium armorum, tunc primum poſt Numam [2] clauſa porta Jani fuit: ſed ſtatim
2 ac ſinè mora [3] patuit. Quippe jam [4] Ligures, jam [5] Inſubres Galli, nec non & Illyrii laceſſebant: ſic [6] deſub Alpibus, id eſt, deſub ipſis Italiæ [7] faucibus, gentes, Deo quodam aſſiduè incitante, ne rubiginem ac
3 [8] ſitum ſcilicet arma ſentirent: denique [9] utrique quotidiani, & quaſi [10] domeſtici hoſtes [11] tirocinia militum imbuebant: nec aliter utrâque gente, quam quaſi [12] cote quadam, populus Romanus ferrum ſuæ acuebat virtu-
4 tis. Ligures imis Alpium jugis adhærentes, inter [13] Varum & Marcum flumen, [14] implicitoſque dumis ſilveſtribus, major aliquantò labor erat invenire, quàm vincere. Tuti locis, & fugâ, durum atque velox [15] genus, ex occaſione magis [16] latrocinia, quàm bella, [17] faciebat. Itaque cùm diu multumque eluderet Salyus, Deciates, Oxybius, Euburiates, Ingaunus, tandem Fulvius

1 Omninò, exactè. Ita Sen. Epiſt. 85. *Nunquam* bonâ fide *manſueſcunt vitia.* 2 Quod ſignum erat belli. 4 *Ligures imis Alpium jugis adhærentes, inter Varum & Macram flumen, implicitoſque dumis ſylveſtribus: major aliquantò labor eſt invenire, quàm vincere:* paulò poſt. 5 Populi Galliæ Ciſalpinæ. 6 Ex eo loco, qui eſt ſub Alpibus. Sic *Deſuper* dicitur pro *ſuper.* 7 Auguſtiis. 8 Squallorem ex ſitu contractum. Ita Virg. Æn. 8, 462. *loca ſenta ſitu.* 9 Ligures, Inſubres Galli, & Illyrii. Atque ita votem *utroſque* de tribus uſurpat. Sic infra c. 11. cùm tres Galatiæ populos nominaſſe, Toliſtobogos, Trocinos & Tectoſagas, ſtatim infert: Utrique *fundis ſagittiſque acti, in perpetuam ſe pacem deſiderunt.* 10 Viciui. 11 Prima rudimenta. 12 Scilicet *ne per otium torpeſceret manus aut animus.* 13 Varus fluvius eſt grandis, ex Alpibus fluens, Galliam Tranſalpinam à Ciſalpinâ ſeparans, vetuſtiſſimus Italiæ terminus. Macra fluvius eſt ex initio Apennini fluens, inter Ligurum montes. 14 Cinctos, circumdatos. 15 Gens. 16 Piraticam. 17 Exercebat.

latebras

latebras eorum ignibus [1] sepsit : [2] Bæbius in plana deduxit : Posthumius ita [3] exarmavit, ut vix reliquerit ferrum, quo terra [4] coleretur.

1 Cinxit. 2 Ne locorum opportunitas iterùm eos ad rebellandum excitaret. Hac ratione sæpiùs sibi consuluerunt Romani, quibus hoc primum omnium fuit, expugnatum debellatumque hostium agrum, si eminentior fuerit, solo æquare. Idem Florus 2, 15, 5. de Carthagine inquit, *ex consilio omnibus Senatum Romanum medium elegisse, ut urbs tantùm loco moveretur.* Similiter 3, 5, 28. Pompejus Regem Colchorum jussit in plana descendere, ne videlicet fiducia montium rebellaret. Vide & eundem 4, 12, 59. cum nota Freinshemiana. 3 Armis spoliavit. 4 Araretur.

CAP. IV.

[1] *Bellum Gallicum.*

1 GAllis Insubribus, & his accolis Alpium, animi ferarum, corpora [2] plusquam humana erant : sed experimento deprehensum est, quippe, sicut primus impetus eis major, quàm virorum est, ita sequens minor, quàm fæ-
2 minarum. [3] Alpina corpora humenti cœlo educata, habent quiddam simile cum nivibus suis : quæ mox ut caluêre pugna, statim [4] in sudorem eunt : & levi motu,
3 quasi sole, [5] laxantur. Hi sæpè & alias, sed Britomaro duce, [6] *non priùs soluturos se baltea, quàm Capitolium ascendissent*, juraverant. Factum est : victos enim Æmilius in

1 De hoc bello scribit Epit. Liv. 20. Eutrop. 3, 1. 2 Ultra staturam hominum enormia. 3 Docent Philosophi locatum consequi locorum conditiones. Hinc ait Porphyrius, locum esse generationis principium, quemadmodum & patrem. Lege Cic. lib. de Fato cap. 4. Propert. 2, 3. Virg. Georg. 1, 57. 4 In sudorem resolvuntur, sudore diffluunt. Nam flaida & mollia corpora levi labore atque æstu facilè in sudorem eunt. 5 Laxa redduntur. 6 Veteres, ubi quid efficiendum suscepissent, obstringebant se tali voto, tanquam assiduo monitore urgerentur ad maturandum, quam proposuerant.

Capi-

4 Capitolio [1] discinxit. Mox Arioviſto duce, [2] vovere *de noſtrorum militum præda* [3] *Marti ſuo* [4] *torquem.* [5] Intercepit Jupiter [6] votum: nam de torquibus eorum aureum
5 [7] tropæum Jovi Flaminius erexit. Viridomaro Rege *Romana arma Vulcano* promiſerant: [8] aliorſum vota ceciderunt: occiſo enim Rege, Marcellus [9] tertia poſt Romulum [10] patrem Feretrio Jovi arma ſuſpendit.

1 Cinctu ſolvit, baltea ademit. Militum inſigne erat cingulum, quod demebatur iis, cum exauctorarentur ignominiæ cauſa. Neque ſolum milites, ſeu quicunque ſerii aliquid facere parabant, cingulo [illegible]s fluxas conſtringebant. Undè Quintil. *Gracchos ad everrendam Rempub. velut* armis *eloquentiæ* ſuccinctos, *acceſſiſſe.* Contrà *diſcinctos* dicebant negligentes, ut Græci ἀζώστους, ἀνασζώτους. 2 Voto promiſere. Mos antiquiſſimus gentium, *ſpolia hoſtium* Deo vovendi. Cùm Trajanus ad bellum Parthicum proficiſceretur, ſpolia, quæ de Getis ceperat, *Jovi Caſio* appendit; *crateres* ſcilicet *argenteos*, & *poculum deauratum* ex *uvi* ſilveſtris cornu. Sæpè ſacrabant non tam hoſtium arma, quàm omnia illa, per quæ aliquid memorabile patratum erat. Nonnunquam *pecuniæ è prædâ* redactæ *decimas Apollini* perſolvebant ex voto, ut Camillum feciſſe è Liv. l. 5. & Val. Max. l. 1. c. 2. captis Vejis, conſtat. 3. Docet Freinshem. ex Cæſare de bel. Gal. 6, 17. Gallos quinque potiſſimùm Deos coluiſſe, *Mercurium*, *Apollinem*, *Jovem*, *Martem*, atque *Minervam.* 4 *Gallos cum auro* (quod in torquibus habebant) *pugnare ſolitos*, *Torquatus indicio eſt.* Plin. 33, 1. 5 *Intercipi* hoc loco dicitur, quod alii deſtinatum, ab alio excipitur. 6 Marti nuncupatum. 7 Monumentum propter hoſtes in fugam converſos. Belli uſus invenit, ut, in quo loco hoſtes ſuperati eſſent, ibi tropæa erigerentur. *Tropæum* enim eſt monumentum ſeu columna marmorea à victore erecta, eò in loco, ubi hoſtes in fugam convertit: ἀπὸ τρόπω, id eſt, *converſione*, dictum. 8 Alium exitum vota nacta ſunt. 9 Ita Virg. Æn. 6, 869. *Tertiaque arma patri ſuſpendit capta Quirino.* Nam prima Romulus, ſecunda Coſſus ſuſpenderant, de quibus Liv. Epit 20. 10 Conditorem populi.

CAP.

Digitized by Google

CAP. V.

[1] *Bellum Illyricum.*

1 ILlyrii, seu Liburni sub extremis Alpium [2] radicibus
[3] agunt, inter Arsiam, [4] Titiumque flumen, longissimè per totum Adriani maris littus effusi. [5] Hi,
2 regnante [6] Teutanâ muliere, populationibus non con-
3 tenti, [7] gentiæ scelus addiderunt. [7] Legatos quippe nostros, ob ea, quæ deliquerant, [8] jure agentes, nec gladio quidem: [9] sed ut victimas, securi percutiunt: [10] præfectos navium igni comburunt, idque [11] quò indignius foret, mulier imperabat. Itaque [12] Cnæo Fulvio
4 Centimalo duce, latè domantur. Strictæ in principum colla secures, legatorum [13] Manibus [14] litavêre.

1 De hoc bello lege Liv. Epit. 20. Eutrop. 3, 1. 2 Imis partibus. 3 Degunt, versantur, habitant. 4 Antiqui libri *Tcinum* appellabant, ut Galliæ fluvium, apud quem cæsi primùm ab Annibale Romani. 5 Illyrii. 6 Hæc vidua erat Agronis, Regis Illyriorum. 7 Hos Cajum & Lucium Coruncanos Polybius vocat. Publium Junium & Titum Coruncanium Plinius. Appianus unius Coruncanii meminit. 8 Jure gentium querentis de illatis injuriis. 9 Ignominioso mortis genere. 10 Trierarchas. 11 Fœminarum enim jussa pati, ignominiosum est. 12 Et collegâ ejus Posthumio Albino. 13 Gentiles credebant dolere manes interfectorum, nisi vindictâ levarentur. Ideòque hac quoque in causa principes Illyrios eâdem ignominiosa morte confecerunt. 14 Sacrificio facto placaverunt.

CAP.

CAP. VI.

[1] *Bellum Punicum ſecundum.*

1 POſt primum Punicum bellum [2] vix quadriennii requies : ecce alterum bellum, [3] minus quidem ſpatio (nec enim ampliùs, quàm decem & octo annos, habet) ſed adeò cladium atrocitate terribilius,

1 Bellum ſecundum Punicum ſcribit Plutarchus in vitis Fabii, Scipionis, Marcelli, Hannibalis, Flaminii. Liv. l. 21. Eutrop. l. 3. Annibal, Amilcaris filius, in odium Romanorum ſacramento, ex patris auctoritate, à nono ætatis ſuæ anno obſtrictus, jam agens 26. & ab exercitu ſuo Imperator ſalutatus, deletâ Sagunto, Hiſpaniæ Tarraconenſis urbe, fœdera Pœnorum cum Rom. icta violat: ipſe Annibal ſuperato Pyrenæo ſaltu per Gallias, fuſis, qui reſiſtere ei conati erant, ad Alpes venit: & laborioſo per eas tranſitu, cùm montanos quoque Gallios obvios aliquot prœliis repulſſet, deſcendit, ibique ſexdecim annos contra Romanos proſperè pugnavit: tandem à Scipione Africano (qui à devicta Africa cognomen iſtud invenit) bello finis impoſitus eſt. 2 Imò à fine belli Punici primi, ad initium ſecundi, ſunt anni tres & viginti. Quid ergo hic *quadriennii* requies? Stadius exiſtimat, cujus ſententiam hic recipit Freinshemius, computaſſe Florum à tempore clauſi Jani, id eſt, A. V. C. 518 quod falſum eſt. Manifeſtè enim Florus requiem hic non intelligit à cæteris Reipublicæ Romanæ hoſtibus, ſed eam, quam habuerunt à Carthaginienſibus; neque computat à tempore Jani clauſi, ſed à tempore finiti belli Punici primi. Verba clara: *Poſt primum Punicum bellum vix quadriennii requies: ecce alterum bellum.* Et quomodo *quadriennii* quietem diceret, quæ fuit *paucorum menſium*, cùm Janus eſſet clauſus? An *Sardos, Corſos & Ligures*, qui coëgerunt Janum reſerare, non habuerunt inter hoſtes? Atqui dignos exiſtimarunt, de quibus acti triumphi exſtarent ad ſeram uſque poſteritatem. Atqui Florus Ligurum gentem ſupra c. 3, 3. agnovit pro *cote virtutis Romanæ*. Sed demus Stadio, Florum computaſſe à tempore Jani clauſi, id eſt, A. V. C. 518. An igitur poſt quadriennium, id eſt, annum 522. ortum eſt bellum Punicum ſecundum? Minimè. Dicendum ergo, Floro fuiſſe in animo, Romanos Carthaginenſibus, cùm jam profligaſſent bellum cum mercenariis, id eſt, quadriennio poſt primum bellum Punicum controverſiam moviſſe de poſſeſſione Sardiniæ, bellum etiam minatos; ſed cùm iſti è re ſuâ non exiſtimarent, iterùm cum Romanis collidi, viribus præſertim valdè fractis bello mercenariorum, non ſolùm Sardiniâ ceſſiſſe, ſed & mille ac ducenta Romanis talenta adjeciſſe. Hanc Romanorum violentiam cùm inter cauſas odiorum novorum, atque adeò belli ſecundi referat Polyb. lib. 1. cap. 88. Florus longiùs progreſſus, ab eo tempore ſcripſit ſurrexiſſe bellum, quo nova ſurrexerat cauſa belli. 3 Primum Punicum bellum cœpit anno DLXXXIIX. pax Pœnis data eſt anno DXII. ſunt itaque anni intermedii XXIV. Initum eſt hoc bellum, P. Cornelio Scipione, Tib. Sempronio Longo Coſſ. anno DXXXV. finitum debellato in Africâ Annibale, & pace Carthaginenſibus ſupplicibus data, Cn. Cornelio Lentulo, P. Ælio Pœto Coſſ. anno DLII. ſunt itaque anni intermedii in hoc ſecundo bello Punico ſeptendecim.

ut

ut ſi quis conferat damna utriuſque populi, [1] ſimilior
2 victo ſit populus qui vicit. [2] Urebat nobilem populum
[3] ablatum mare, captæ inſulæ, dare tributa, quæ [4] ju-
bere conſueverat. Hinc ultionem puer [5] Annibal ad
3 aram patri juraverat: nec morabatur. [6] Igitur in cauſa
belli [7] Saguntus deleta eſt; [8] vetus Hiſpaniæ civitas
& opulenta, fideique erga Romanos magnum quidem,
4 ſed triſte monumentum: [9] quam [10] in libertatem com-
muni fœdere exceptam, Annibal, cauſas novorum
motuum quærens, & [11] ſuis & [12] ipſorum manibus
evertit, ut [13] Italiam ſibi rupto fœdere [13] aperiret.
5 [14] Summa fœderum Romanis [15] religio eſt: itaque
ad auditum ſociæ civitatis [16] obſidium, memores icti
cum Pœnis quoque fœderis, non ſtatim ad arma pro-
currunt, dùm priùs more legitimo [17] queri malunt.
Interim jam [18] novem menſibus [19] feſſi fame, [20] ma-
chinis, ferro, verſa denique in rabiem fide, imma-

1 Romani enim initio maximis attriti fuerant cladibus. Idem dicit Liv. l. 21. c. 1. *Adeò varia belli fortuna anceps que Mars fuit, ut propiùs periculo fuerint, qui vicêre*, & Sil. l. 1, 77, &c. *Propiuſque fuêre periclo, Quæis ſuperare datum.* 2 Dolori erat Carthaginenſibus. 3 Hoc ad leges pacis à Romanis primo bello Punico datas, referendum eſt: quas ita ferè Polybius refert: *Pœni Sicilia & omnibus inſulis, quæ inter Italiam & Africam ſunt, excedunto*; MCC. *talenta in annos* XX. *pendunto*: &c. 4 Imperare. 5 Narrat hoc juramentum Silius lib. 1, 77, &c. Q. d. Puer Annibal novennis adhuc patri blandiens, altaribus admotus, tactis ſacris, juraverat, ſe, cum primum poſſet, hoſtem fore populo Romano: nec in morâ erat Annibal, ſcilicet ex quo die imperium & ducatum exercitus obtinuit Annibal, nec ullam moram interpoſuit, quin bellum Saguntinis inferret, & per hujus cauſam Romanis. 6 Al. *Igitur in cauſam belli Saguntus delecta eſt.* Delegit enim Saguntum Annibal, cujus everſio cauſam belli præberet inter ſe & Romanos. 7 *Saguntus* oppidum eſt opulentiſſimum in Hiſpaniæ finibus poſitum circa flumen Liberum, quod fuit quondam terminus imperii populi Romani & Carthaginenſium. 8 Quippe 200. antè excidium Trojæ annis condita. 9 Saguntum civitatem. 10 Liberam relictam partium conſenſu. 11 Annibalis, 12 Saguntinorum. Nam ſe ſuaque omnia in pyram conjecerunt, nec arbitrium victoris exſpectarunt. 13 In Italiam viam faceret. Ita Curt. l. 7, 1. *Primus* Aſiam aperuerat *Regi*: Ideò miſſus à Senatu ad Annibalem Legatus dixiſſe fertur, Carthaginenſes, dum Saguntum oppugnant, ipſa Romæ mœnia pulſare. 14 Extrema, maxima. 15 Sanctitas, 16 Obſidionem. 17 Expoſtulare de injuria, utque ea luatur, petere. 18 *Octavo menſe, quem captum oppugnavi, captum Saguntum*, ait Liv. 21, 15. 19 Fracti fatigati fame Saguntini. 20 Inſtrumentis.

nem

nem in foro excitant [1] rogum : [2] tum desuper se suosque cum omnibus opibus suis ferro & igni corrumpunt.
7 Hujus tantæ cladis [3] auctor Annibal [4] poscitur. [5] Tergiversantibus Pœnis, [6] dux legationis, *Quæ*, inquit, *mora est?* Fabius. *In hoc ego sinu bellum pacemque porto: utrum eligtis?* [7] Succlamantibus, *Bellum. Bellum igitur*, inquit, *accipite:* & excusso in media curia togæ gremio, non sine horrore, quasi planè sinu bellum ferret, effu-
8 dit. Similis exitus belli initio fuit: [8] nam quasi [9] has inferias sibi Saguntinorum ultimæ [10] diræ in illo publico parricidio incendioque [11] mandassent; ita Manibus eorum, vastatione Italiæ, captivitate Africæ, ducum & Regum, qui id gessêre bellum, exitio [12] parentatum est.
9 Igitur ubi semel [13] se in Hispaniâ movit illa gravis & luctuosa Punici belli [14] vis atque [15] tempestas; [16] destinatumque Romanis jam diu fulmen Saguntino igne [17] conflavit: statim quodam impetu rapta, medias

1 Struem lignorum ad cremanda cadavera, pyram ardentem. 2 Saguntinorum cladem præter cæteros scribit Val. Max. 6. 6, 1. ext. & Sil. 1. 3 Causa. 4 Ad supplicium. 5 Totus enim Senatus Annibalis erat, eumque fovebat. 6 Caput, princeps. Hi autem legati fuerunt Fabius Pamphilus, & Valerius Publicola. Eleganter hanc legationem canit Silius in principio secundi. 7 Acclamantibus Pœnis sive Carthaginensibus. 8 Non leve momentum habere putabantur pereuntium imprecationes adversus eos, qui salutem eorum aut impugnaverant injustè, aut, cùm possent, deberentque, opem ferre neglexerant. Ita & Saguntinis, cùm à Pœnis quidem eversi, à Romanis autem destituti essent; hinc Italiæ vastatione, illinc Africæ captivitate, satisfactum est. Sic Eumenes ab exercitu proditus, infit apud Justin. 14, 4, 12. *Ultimæ nunc ego perfidorum victima, has vobis diras atque inferias dico; ut inopes extorresque omne ævum in hoc castrensi exsilio agatis, devorentque vos arma vestra, quibus plures vestros, quam hostium duces, absumpsistis.* 9 Hæc sacrificia, quæ inferis solvuntur. Unde *inferias facere*, est Manes sacrificiis placare. 10 Execrationes, imprecationes, 11 Jussissent, delegassent. 12 Justa persoluta sunt. 13 In Hispania cœpit. 14 Tota moles. 15 Procella. 16 Martii Vatis carmen innuit, quo, diu ante, Romanis Cannensis clades prædicta fuerat, ut tradit Liv. lib. 25. cap. 12. Notandæ verò venustissimæ comparationes bellorum cum tempestatibus, fulminibus, procellis, &c. Ipsi bellatores *fulmina*. Virg. Æn. 6, 842. *Quis Gracchi genus, aut geminos, duo* fulmina belli *Scipiadas, cladem Lybiæ?* 17 Confecit, excitavit. Al. *conflagravit.*

[1] perfregit Alpes; & in Italiam ab illis fabulosæ altitu-
10 dinis nivibus, velut cœlo [2] missa, descendit. Ac primi quidem impetus turbo inter Padum & Ticinum valido statim fragore detonuit. Tunc, [3] Scipione duce, fusus exercitus: saucius etiam ipse venisset in manus hostium Imperator, nisi [4] protectum patrem [5] prætexta-
11 tus admodùm filius ab ipsa morte rapuisset. [6] Hic erit Scipio, qui in exitium Africæ crescit, nomen ex malis
12 ejus habiturus. [7] Ticino [8] Trebia succedit: hic secunda belli Punici [9] procella desævit, Sempronio Consule: tunc callidissimi hostes frigidum & nivalem nacti diem, cùm se ignibus priùs [10] oleoque fovissent (horribile dictu!) homines à meridie & Sole venientes no-
13 stra nos hyeme vicerunt. [11] Thrasymenus lacus [12] tertium fulmen Annibalis, Imperatore Flaminio: ibi quoque ars nova Punicæ fraudis: quippe nebula lacus, [13] palustribusque virgultis [14] tectus eques, terga

1 Nam aceto ma[illegible]atas rupes & igni domitas demum ferramentis amolitus est. Transitum Annibalis per Alpes describit Sil. l. 3. Virg. Æn. 10, 13. Iuv. Sat. 10, 147. Lege Plutarch. in vita Annibalis. 2 Demissa. Frequens est loquendi genus, ut, quæ supra communem altitudinem attolluntur, dicantur ὑπερομήκη. Hinc de Alpibus etiam dictum, *in cœlum assurgere*. Sil. lib. 2. *Proindè polo crescant Alpes, asperisque coruscos Appenninus agat scopulos.* Adeòque qui de Alpibus descendêre, Florus egregiè dixit, *velut cœlo missos descendisse*. De hac altitudine Alpium idem Silius: *caligat in altis Obruitur saxis, abeuntque in nubila montes.* 3 P. Cornelio Africano. 4 Egregio huic facto versum istum Virg. Æn. 10, 100. composuisse videri possit: *Dum genitor nati parmâ protectus abivet.* 5 Non amplius adhuc quam prætextatus, id est, puer. Intendit enim rem hæc particula, & admirationem auget. Sic apud Iust. 17, 2, 4. *post menses* admodum *septem*. 6 Sic Liv. *Hic erit juvenis, penes quem perfecti hujusce belli laus est, Africanus ob egregiam victoriam de Annibale & de Pœnis appellatus.* 7 Fluvio. Insubriæ in Eridanum fluenti. 8 Fluvius prope Placentiam in Gallia Cisalpina. 9 Tempestas sævit, sævitiam suam exercet. 10 Hoc enim conferre putabant ad robur corporis: nam uncta membra frigus commodius ferunt. 11 Perusinus. Lege Cic. de Divin. 1, 35. Valer. Max. 1. 6, 6. 12 Tertia clades, quâ Annibal attrivit Romanos. 13 Hæc ars Punicæ fraudis, quâ palustribus virgultis tectus eques terga subitò pugnantium invasit, non est adhibita ab Annibale in hoc prælio ad Thrasimenum lacum; sed in altero ad Trebiam flumen. In ea quippe pugna, quæ ad Thrasimenum lacum pugnata est, nihil aliud fraudis commentus est Pœnus, nec aliud curavit, quam ut clausum lacu & montibus, copiisque suis circumfusum haberet hostem. Eumque sic circumfusum militi suo ad satietatem præbuit cædendum. 14 Tecti equites.

subitò

Digitized by Google

14 ſubitò pugnantium invaſit. Nec [1] de Diis poſſumus queri : imminentem quippe [2] temerario duci cladem [3] prædixerant inſidentia ſignis [4] examina, & [5] Aquilæ prodire nolentes, & [6] commiſſam aciem ſecutus [7] ingens terræ tremor : niſi illorum horrorem ſoli equitum virorumque diſcurſus, & mota vehementiùs
15 arma fecerunt. [8] Quartum, id eſt, pœnè [9] ultimum vulnus imperii, Cannæ; [10] ignobilis Apuliæ vicus : ſed magnitudine cladis emerſit, & quadraginta millium cæde [11] parta nobilitas. Ibi in exitium infelicis exercitus, dux, terra, cœlum, dies, tota denique rerum na-
16 tura conſenſit. Siquidem non contentus ſimulatis transfugis Annibal, qui mox terga pugnantium ceciderunt, inſuper callidiſſimus Imperator, patentibus in campis, [12] obſervato loci ingenio, [13] quòd & Sol ibi acerrimus, & plurimus pulvis, & [14] Eurus

1 De iniquitate Deorum. 2 Flaminio. 3 Præſagierant, præſignificaverant. 4 Multitudo apum. Livius pro examine apum aliud habet, Flaminii ſcilicet caſum, ſupra ceſpitantis equi caput evoluti, cùm in eum inſiluiſſet. At examen apum pro malo omine fuit Scipioni in eo prælio, quod commiſſum eſt inter Padum & Ticinum. 5 Aquilæ non cedentes, cùm revellerentur humo. Mali res ominis, quaſi Diis expugnationem aſpernantibus. Aquila enim legionis ſignum defigebatur in terram, quæ ſi evelli non poſſet, cum in hoſtem eundum eſſet, inter prodigia numerabatur. 6 Aciem Romanam & Punicam pugnantem. 7 Quippe *qui multarum urbium Italiæ magnas partes proſtravit, averſitque curſu rapido amnes, mare fluminibus invexit, montes lapſu ingenti provolvit.* Liv. 22, 5. Eum tamen neminem pugnantium ſenſiſſe, teſtatur idem. 8 Cannenſem cladem ſcribunt latè, Liv. lib. 22. cap. 45. &c. Valer. Max. 1, 1, 16. 2, 4, 4. 4, 5, 2. 7, 4, 2. ext. Silius in toto nono. 9 Clades quæ planè jugulabat: poſtquam alteri non erat locus. 10 Sic infra 3, 19, 8. de Enno: *Magnitudo cladium facit, ut meminerimus.* 11 Facta. Q. d. Nobilis ille factus vicus & poſteritati innotuit quadraginta millium cæde. Sic apud Curt. 9, 6, 22. Alexander daturum ſe *nobilitatem ignobilibus locis*, magnitudine ſcilicet rerum à ſe geſtarum, jactat. 12 Obſervata loci naturâ. 13 Exercitatus Imperator, dum pugnandum eſt, quantum licet, ſtudet, ut nec ventum, nec Solem patiatur iniquum. Hic enim fulgore excæcat, ille pulvere. Imitatus hoc poſtea Marius, inſignem ex Cimbris victoriam retulit: infra 3, 3, 15. 14 Is *Vulturnus* Livio dicitur, qui ab incolis ejus regionis, ubi tum pugnatum eſt, ita vocari ſcribit. Ab amne Vulturno qui veniebat ventus, quod ab Oriente his flaret, ſic appellarunt indigenæ.

ab Oriente ſemper quaſi ad [1] conſtitutum, ita [2] inſtruxit aciem, ut Romanis [3] adverſus hæc omnia obverſis, quaſi [4] ſecundum cœlum tenens, vento, pul-
17 vere, Sole pugnaret. Itaque duo maximi exercitus cæſi ad hoſtium ſatietatem, donec Annibal diceret militi ſuo; *Parce ferro.* Ducum effugit alter, alter occiſus eſt: dubium uter majore animo. Paulum
18 puduit, [5] Varro non deſperavit. [6] Documenta cladis, cruentus aliquamdiu [7] Aufidus: [8] pons de cadaveribus, juſſu ducis, factus in torrente [9] Vergelli; [10] modii duo annulorum Carthaginem miſſi, [11] digni-
19 taſque equeſtris taxata menſurâ. Dubium deinde non [12] erat, quin [13] ultimum illum diem habitura fuerit Roma, quintumque intra diem epulari Annibal in [14] Capitolio potuerit, ſi (quod Pœnum illum dixiſſe Adherbalem [15] Bomilcaris ferunt) [16] *Annibal quemadmodum ſciret vincere, ſic* [17] *uti victoriâ ſciſſet.* Tum
20 quidem [18] illum, ut dici vulgò ſolet, aut [19] fatum urbis

1 Scopum. 2 Ordinavit. 3 Soli, vento & pulveri adverſis, Pœnis verò averſis. 4 Quia ſecundo Sole ac vento pugnabat. 5 Idcò ab occurrente Senatu gratiæ huic hoc nomine actæ ſunt, quod de reſtituenda Republica non deſperaſſet. 6 Argumenta, ſigna. 7 Fluvius eſt in Hirpinorum montibus naſcens. 8 Vide Val. Max. 9, 2, 2. ext. 9 Al. *Vergello.* 10 Val. Max. 7, 2, 13. ext. aliique afferunt fuiſſe modios tres. Liv. autem l. 23. c. 12. *Ad fidem*, inquit, *deinde latarum rerum effundi juſſit in veſtibulo curiæ annulos aureos, qui tantus acervus fuit, ut metientibus dimidium ſupra tres modios expleſſe ſint quidam auctores. Forma tenuit, quod propior eſt vero, haud plus fuiſſe modio.* Ob acceptam hac clade ignominiam uſque ad Severi Imperatoris tempora, non niſi Tribunis aureorum annulorum uſus in expeditionibus conceſſus fuit: cæteris fuerunt ferrei. Interim cùm annuli diſtinguerent ordinem Equeſtrem à plebejo, immanis peremptorum Equitum numerus procul dubio fuit, ſi detracti ſingulorum digitis annuli tantam menſuram expleverint. 11 Annuli, quibus equites utebantur, æſtimati menſurâ. 12 Al. *erit.* 13 Extremum, ſummum, periculoſiſſimum. 14 Summa arce. 15 Scilicet filium. 16 Scilicet quod occaſionem & fortunam majoris rei, Romæ ſcilicet potiundæ, quam illi hæc victoria obtulerat, de manibus amitteret, nec eâ uti vellet. 17 Quia cùm à victoria Cannenſi Romam capere poſſet, rem tantam ſtatim animo concipere non potuit. Simile dictum Cæſaris de Pompejo apud Suet. in ejus vita c. 36. 18 Annibalem. 19 Fortuna illa, quæ fati decreto deſtinata eſt.

impe-

imperaturæ, aut ipsius [1] mens mala, [2] & aversi à Car-
21 thagine Dii, [3] in diversum abstulerunt. [4] Cùm victo-
riâ posset uti, frui maluit: relictâque Româ, Campa-
niam Tarentumque [5] peragrare: ubi mox & [6] ipse, &
exercitus [7] ardor elanguit; adeò ut [8] verum dictum sit:
22 [9] *Capuam Annibali Cannas fuisse.* Siquidem invictum Al-
pibus, indomitum armis, Campaniæ (quis crederet?)
[10] Soles, & tepentes fontibus Bajæ, [11] subegerunt.

1 Hic *mala mens* opponitur *bonæ menti*, quæ in illo esse dicitur, qui suæ mentis est compos. Qui eâ caret, is demens est. Hoc sensu Virg. Ecl. 3, 16. & Æn. 2, 55. *si mens non læva fuisset*, id est, si sibi constitisset, si non fuisset abrepta in deteriora consilia. 2 Hæc communis erat sententia veterum, Deos indigenas iratos esse iis, qui captivitati exponerentur victorum, aliisque calamitatibus. Sinon apud Virg. 2. Æn. *Ex illo fluere, & retro sublapsa referri Spes Danaûm, fractæ vires, aversa Deæ mens.* 3 Aliud persuaserunt, alio impulerunt. Contra decebat, & arcere primùm apes, ac deinde mel commodius legere. 4 Acumen hujus Flori sententiæ obscurus est, dum ait, Annibalem, victoriâ cum posset uti, frui maluisse. Imò vel fructum hujus victoriæ amplissimum tulisset, si Romam cepisset, quod illi fortuna tum videbatur quasi in manum dare, si eâ usus esset. Negari quidem non potest, aliarum rerum usum esse, aliarum, imò & in eadem re potiunda & usurpanda, usum à fructu plerumque distingui. Cæterum nihil hic tale fingi aut accommodari potest. Aliquid esset, si Annibal post hanc victoriam Cannensem, ab armis ac bello in totum cessasset, atque otio desidiæque, ut victoriæ bonis frueretur, sese dedisset. Tum sane dici posset, victoria illum frui maluisse, quam uti. Quòd enim, relictâ Româ, in Campaniam flexit, non eo id fecit animo ac proposito, ut deliciis Campaniæ frueretur, sed voto ac spe nobilissimæ urbis capiundæ Capuæ, quæ duarum tum toto orbe maximarum, Romæ & Carthaginis, erat æmula. Sed robur ejus exercitus luxuria Campana enervatum est. Quid tum? Hoc noluerat Annibal, & magno redemptum vellet, non accidisse. Certe cum à victoria Cannensi Romam capere posset, rem tantam statim animo concipere non potuit, sic victoriâ (ut diximus) uti nescit. *Mira ejus duci*, ut Livius tradit, *satis creditur salutis fuisse Urbi atque Imperio.* Hæc Salmasius. 5 Perlustrare. 6 Annibal. Unde Seneca ad Lucil. Epist. 11. *Una hiberna*, inquit, *Annibalem solverunt, & indomitum illum nivibus atque Alpibus virum enervavêre Campanæ fomenta, armis invictus, vitiis victus est.* 7 Vehementia animi languore confecta est, torpescendo periit, plane extincta est. 8 Al. *verè.* 9 Hoc dictum sumptum est ex oratione Marcelli ad milites, quæ apud Livium est lib. 23. cap. 45. *Reliquias illorum virorum, vix arma membraque sustinentes, pugnare: Capuam Annibali Cannas fuisse: ibi virtutem bellicam, ibi militarem disciplinam, ibi prætoriti temporis famam, ibi spem futuri extinctam.* 10 Calor, quo gaudebant Pœni seu Afri. Liv. lib. 23. & Val. Max. 9, 1, 1. ext. tradunt, intra muros ac tecta urbis Capuæ majorem partem hyemis Annibalem exercitum habuisse, ibique tempus illud in vino, epulis, balneis, scortis transegisse. 11 Vicerunt, perdiderunt.

Interim [1] respirare Romanus, & quasi [2] ab inferis
23 emergere. [3] Arma non erant: [4] detracta sunt templis:
deerat juventus; in [5] sacramentum militiæ [6] liberata
servitia: egebat [7] ærarium: opes suas libens Senatus
24 in medium protulit: nec præter quod in [8] bullis singu-
lisque annulis erat, quicquam sibi auri reliquêre. Eques
25 secutus exemplum, imitatæque equitem [9] tribus: de-
nique vix suffecêre [10] tabulæ, vix scribarum manus,
Lævino Marcelloque Consulibus, cùm privatæ opes

1 Spiritum recipere. *Multum unus dies Reip. contulit ad salutem*, dixit quondam Demosthenes. Hoc cum neglexisset Annibal, Romam erexit, evertit Carthaginem. Liv. l. 23. c. 31. *Mora ejus diei fatis creditur saluti fuisse Urbi atque Imperio.* Quod ipsum arguto epigrammate reddit Ovvenonus lib. 2. n. 119. *Hannibal in paucas fortunam distulit horas, Non benè Romanas præmeditatus opes. Vincere cum sciret, fortunâ nescius uti Punne homo, quamvis Afer, eoque vafer. Heu! quantum Hannibali nocuit uti-ferre parato! Servata est minimâ maxima Roma morâ.* 2 Ex desperatis rebus eluctari, & quasi à mortuis redire. Simile est illud Virg. *Quondam etiam victis redit in præcordia virtus.* 3 Exequitur hic quædam ultimæ necessitatis tela, ad quæ confugerunt Romani Cannensis cladis vi subacti. 4 Moris enim fuit, tam apud Græcos, quam apud Romanos olim, ut spolia, hostibus erepta, templis affigerentur. Lege Val. Max. 7, 6, 2. ext. Lucan. l. 6. Horat. l. 7. Od. 15. denique præter illos Sil. lib. 1. *In foribus sacris, primoque in limine templi, Captivi currus, belli decus, armaque rapta Pugnantum ducibus, sævæque in Marte secures, Perfossi clypei, & servantia tela cruorem, Claustraque portarum pendent.* 5 Iuramento. Eleganter hoc verbum transfert auctor ad quamcunque necessitatem, quâ quis ad bellum gerendum adigitur. Ita Sen. de brev. vitæ 6, 6. *Juvenes adulterio, velut* sacramento, *adacti.* 4 Liberati servi, non ad delectum, sed publicè empti, diuque in ea conditione retenti, donec, post fortem fidelemque in bello navatam operam meruêre libertatem. Sic etiam olim Agathocles, bellum in Africam translaturus, omnes servos militaris ætatis, libertate donatos, sacramento adegit. Iust. lib. 22. cap. 4. Quondam is fuit Romanorum in bello mos, ut non nisi liberis & probatæ famæ militibus uterentur, nec eos 17. annis minores, vel 45. majores conscriberent: si quid contra fieret, hoc in dubiis Reip. rebus, ut necessitati imperanti obediretur, accidit. 7 Locus ubi pecunia publica reponitur. 8 *Bulla* erat ornamentum puerorum, & præsertim nobilium, quod à collo in pectus descendebat, ut significaretur, eam ætatem alterius regendam consilio. 9 Plebs. 10 Codicilli. Referebatur enim in tabulas quantum quisque contulisset, ut, meliori Reip. statu, redderetur: quod etiam, finito hoc bello, tribus æquis portionibus factum est. Liv. l. 24. c. 18. Similis in Cicerone locutio Philip. 2. *Quis nomen non dedit? quanquam nec scribæ sufficere, nec tabulæ nomina illorum capere potuerunt.*

in

26 in publicum deferrentur. Quid autem in deligendis magiſtratibus, quæ centuriarum ſapientia, cùm juniores à [1] ſenioribus conſilium de creandis Conſulibus petivêre? Quippe adversùs [2] hoſtem toties victorem, tam callidum, non virtute tantùm, ſed [3] ſuis etiam pug-
27 nare conſiliis oportebat. Prima redeuntis, & ut ſic dixerim, reviviſcentis imperii ſpes Fabius fuit: qui novam de Annibale victoriam [4] commentus eſt, [5] non pugnare. Hinc [6] illi [7] cognomen novum, & Reipublicæ ſalutare, *Cunctator*. Hinc [8] illud [9] ex populo, ut
28 *Imperii* [10] *ſcutum* vocaretur. Itaque per Samnium totum, per Falernos Gauranoſque ſaltus ſic [11] maceravit Annibalem, ut, qui [12] frangi virtute non poterat,
29 [13] mora comminueretur. Indè Claudio Marcello duce etiam congredi auſus eſt. [14] Cominùs venit, & pepulit in Campania ſua, & ab obſidione Nolæ urbis
30 [15] excuſſit. Auſus &, Sempronio Graccho duce, per Lucaniam ſequi, & [16] premere terga cedentis: quamvis tunc (ô pudor!) [17] manu ſervili pugnaret. Nam hucuſque tot mala compulerant. Sed libertate donati.
31 Fecerat [18] de ſervis virtus Romanos. O [19] horribilem in tot adverſis fiduciam! ô ſingularem animum ac [20] ſpiritum populi Romani! tam [21] arctis [22] afflictiſque re-

1 Senibus. 2 Annibalem intelligit. 3 Propriis. Q. d. uſu edocti virtutem ſuam adverſus tam callidum hoſtem non ſufficere, & ipſi tandem leoninæ vulpinam aſſuerunt, atque ita ſuis (quod dicitur) pennis Hannibalem ceperunt. 4 Invenit, excogitavit. 5 Ratio eſt, ut, qui frangi virtute non poſſe videbatur, morâ & tædio frangeretur. 6 Fabio. 7 Fabio huic quatuor fuêre cognomina, *Maximus*, *Ovicula*, *Verrucoſus*, *Cunctator*. 8 Scilicet *cognomen*. 9 Quod populus impoſuit. 10 Sicut contra Marcellus *enſis*. 11 Attenuavit & vexavit. 12 Vincendo debilitari. 13 Cunctando, bellum trahendo frangeretur ac debilitaretur. 14 Auſus eſt congredi. 15 Expulit. Vide Liv. 23, 14. & deinceps. 16 Inſtare fugienti Annibali. 17 Volones Livii intelligit, hoc eſt, ſervos publice redemptos, qui voluntate ſuâ ſacramento dixerant, octo millium numero. 18 Ex ſervis, cum prius ſervi fuiſſent. Sic Iuvenalis. Sat. 6, 185. *de Tuſca Græcula facta eſt*. Al. *Fecerunt ſe de ſervis virtute Romanos* Libertatem enim virtute meruerunt: ita fecerunt ſe de ſervis Romanos, ac liberos propriâ virtute. 19 Stupendam. 20 Magnum animum. 21 Livio aliquoties *acciſæ res* ſunt. Sic Iuvenali Sat. 3, 165. dicitur, Res anguſta *domi*. 22 Perditis, proſtratis.

bus, cum de Italia ſua dubitaret, auſus eſt tamen in di-
32 verſa reſpicere, cumque hoſtes in jugulo per Campaniam Apuliamque [1] volitarent, mediamque [2] de Italia Africam facerent; eodem tempore & hunc ſuſtinebat, & in Siciliam, Sardiniam, Hiſpaniam, diviſa per terrarum orbem arma mittebat. [3] Sicilia mandata Marcello, [4] nec diu reſtitit. Tota enim inſula in una urbe ſu-
33 perata eſt. Grande illud, & ante id tempus, invictum caput Syracuſæ, quamvis [5] Archimedis ingenio defen-
34 derentur, [6] aliquando ceſſerunt. [7] Longè illi triplex murus, [8] totidemque arces, portus ille marmoreus, & fons [9] celebratus Arethuſæ, niſi quòd hactenus profuêre, ut pulchritudini victæ urbis parceretur. [10] Sardi-
35 niam Gracchus arripuit: [11] nihil [12] illi gentium feritas, [13] Inſanorumque (nam ſic vocantur) immanitas montium [14] profuêre. [15] Sævitum in urbes, urbemque

1 Diſcurſarent. 2 Ex Italia. 3 Scribuntur hæc a Livio 25, 23. &c. Sil. l. 14. in princ. 4 Imò diu. Multos enim labores, multa pericula circa mœnia Syracuſana Marcellus exhauſit. Agrigentum quoque adhuc valido Carthaginenſium præſidio tenebatur, quod ille expulit, & ſic, quod reliquum erat belli in Sicilia, perfecit. 9 Archimédes diverſarum quas indies excogitabat, machinarum operâ, per integrum fere triennium Marcelli impetum eluſit. Speculis ex ære uſtoriis non ſemel Claſſiarios, ipſasque hoſtium naves combuſſit. De hoc Archimede Claudianus in Epigram. Item Liv. 24, 34. Plutarch. in vita Marcelli, Et Silius 14, 343. 6 Aliquo tempore Marcello obvenerunt. 7 Triplex murus nihil profuit illi, quo minus caperetur. Sic ſuprà 1, 2, 8. cum vellet dicere parum valuiſſe artes nauticas Carthaginenſibus: *Longe illis nauticæ artes: detergere remos, & ludificari fuga roſtra.* Cæterum ut *adeſſe* alicui dicitur, qui eum defendit ac protegit; ita *abeſſe* & *longe eſſe*, à quo non poteſt præſens auxilium ſperari. Nuſquam vero triplici fuiſſe muro cinctam Syracuſarum urbem legimus. Amplitſimam quidem civitatem fuiſſe Syracuſas conſtat, ſed in plures diviſam partes, quæ ſingulæ ferè inſtar urbium fuêre. Eæ partes muro etiam invicem diſcluſæ & interceptæ. 8 Livius duas tantum commemorat. 9 Poëtis decantatus. 10 In Sardinia eo anno, quo expugnatæ ſunt Syracuſæ, quidquam egiſſe Gracchum non legimus. Tribus aut quatuor annis ante domita fuit Sardinia per T. Manlium Prætorem, qui triginta millia Sardorum uno prœlio cecîdit. Vide Liv. lib. 23. cap. 40 Sempronius Gracchus tum Conſul Campanos cecîdit. 11 Sardiniæ. 12 Valde magnorum. 13 De Syracuſis idem dixerat alio modo: *Longe illi triplex murus, totidemque arces.* 14 Quo minus Sardinia caperetur. 15 Dirutæ ſunt urbes, & metropolis Caralis.

urbium

Digitized by Google

urbium Caralim, ut gens contumax, [1] viliſque mortis, ſaltem [2] deſiderio patrii ſoli domaretur. In Hiſpaniam miſſi [3] Cnæus & Publius Scipiones, pœnè totam Pœnis eripuerant; ſed inſidiis Punicæ fraudis oppreſſi rurſus amiſerunt, magnis quidem illi prœliis, cum Punicas opes cecidiſſent: ſed Punicæ inſidiæ alterum, ferro caſtra [4] metantem, alterum, cum evaſiſſet in
37 turrim, cinctum facibus oppreſſerunt. [5] Igitur in ultionem patris ac patrui miſſus cum exercitu [6] Scipio, cui tam grande de Africa nomen [7] fata decreverant,
38 bellatricem illam, viris armiſque nobilem Hiſpaniam, [8] illam [9] ſeminarium [10] hoſtilis exercitus, illam Annibalis eruditricem, [11] (incredibile dictu) totam à Pyrenæis montibus in Herculis [12] columnas & Oceanum
39 recuperavit: neſcias citius, an [13] felicius: quàm velociter, quatuor anni fatentur: quàm facilè, vel una civitas probat: [14] eodem quippe, quo obſeſſa eſt, die capta eſt: omenque Africanæ victoriæ fuit, quod tam facilè victa eſt Hiſpana
40 Carthago. Certum eſt tamen, ad [15] profligandam provinciam maximè [16] profeciſſe ſingularem

1 Al. *viliſque morti*, id eſt, facilis ad mortem excipiendam, & mortem nihili facien. 2 Carißimarum enim rerum periculis compelluntur hoſtes ad deditionem. 3 Hiſtoriam hanc ſcribunt Liv. libris 23, 24, 25. Plutarch. in vita Scipionis. Val. Max. 1, 5, 2. & 3, 7, 1. Sil. 13, 381. & 15, 3. 4 Deſcribentem & collocantem. 5 Cum cæteri omnes oblatam Hiſpaniæ provinciam recuſarent, quia fortunam ibi Romanam reſtitui poſſe deſperabant, Scipio eam ſe petere profeßus ſummo centuriarum conſenſu & applauſu obtinuit. 6 Quæ hic ſcribuntur de Scipione ſuperiori, habentur latè à Liv. lib. 26. & ſeqq. Plutarch. in vita Scipionis. Val. Max. 3, 7, 4. 7 Poteſtas illa, quæ res humanas inevitabili ſorte diſpoſuit, conſtituerat. 8 Per appoſitionem hæc dicuntur. 9 Fontem & originem. Ita Curt. 8, 6, 6. *Hæc cohors velut* ſeminarium *ducum præfectorumque apud Macedonas fuit.* Sic Cic. in Piſon. Seminarium *triumphorum Macedonia.* 10 Punici. 11 Nam hi ſunt utrimque ejus termini. Juſt. 44, 1, 3. *Hiſpania inter Africam & Galliam poſita, Oceani freto, & Pyrenæis montibus clauditur.* 12 *Speculas* vocat 4, 2, 76. 13 Facilius. 14 Vide Liv. 46, 42. &c. Eutrop. 3, 15. Sil. 15, 220. Plutarch. in Scipione, & noſtrum infra 2, 17, 7. 15 Conficiendam. 16 Aſſecutam eſſe, quod conferat ad profligandam provinciam.

Digitized by Google

[1] ducis [2] ſanctitatem : quippe qui [3] captivos pueros, puellaſque præcipuæ pulchritudinis, barbaris reſtituerit, ne in conſpectum quidem ſuum paſſus adduci, ne quid de virginitatis integritate [4] delibaſſe ſaltem oculis vi-
41 deretur. Hæc inter [5] diverſa terrarum populus Romanus : nec ideò tamen Italiæ viſceribus inhærentem [6] ſubmovere poterat Annibalem. Pleraque ad hoſtem defecerant : & dux acerrimus [7] contra Romanos Itali-
42 cis quoque viribus utebatur. Jam tamen eum pleriſque oppidis & regionibus [8] excuſſeramus. [9] Tarentus [10] ad nos redierat : jam & Capua, ſedes & domus, & [11] patria altera Annibalis, tenebatur : cujus amiſſio tantum Pœno duci dolorem dedit, ut inde totis viribus
43 Romam converteretur. O populum [12] dignum orbis imperio ! dignum omnium favore, & admiratione hominum ac Deorum ! [13] Compulſus ad ultimos metus, ab incepto non deſtitit : & de ſua Urbe ſollicitus, Capuam tamen non omiſit ; ſed parte exercitus ſub Appio Conſule relicta, parte Flaccum in urbem ſecuta, abſens ſimul, præſenſque pugnabat.
44 Quid ergo miramur, moventi caſtra à tertio

1 Scipionis. 2 Integritatem, abſtinentiam. 3 Hiſtoriam hanc habet Liv. 26. Silius 15, 268. Val. Max. 4, 3, 1. Quantæ autem ad conciliandos hoſtium animos efficaciæ ſit iſta continentia & humanitas; patet exemplo Alexandri & Darii apud Curt. 4, 10, 34. & Plut. Orat. de virtute Alex. Itemque Val. Max. 5, 1. toto capite. 4 Leviter deguſtaſſe. 5 Diverſas terras. Sic *profunda camporum*, *præcipita collium*, *ardua montium* : Juſtin. 41, 1, 11. *Opportuna locorum*. Tac. 4, 24. *opaca locorum*. Virg. Æn. 2, 7, 5. *Opaca viarum*. Idem Æn. 6, 633. 6 Depellere, removere, abire facere. Liv. 1. lictor, ſubmove *turbam*. 7 Perſuaſum enim erat Annibali, Romanos, niſi Italiæ viribus, vinci non poſſe : qua de cauſa quoque poſterius Antiocho Regi auctor fuit bellum in Italiam transferendi. 8 Expuleramus. 9 Tarentini. 10 Qua ante Tarentum à Fabio recuperatum, docet Liv. 27, 27. Sil. 15, 320. 11 Urbs caritate proxima poſt veram patriam. Sil. 11, 425. *Altera jam patria, atque æquo ſub honore vocatur, Altera Carthago Capua*. Cic. in Ver. 4. *Tua te altera patria, quemadmodum dicere ſolebas, Meſſana circumvenit.* 12 Ob virtutem ſcilicet & conſtantiam. Pertinet huc, quod ſupra 1, 13, 3. dixit : *Ea certe fuit vis calamitatis, ut in experimentum illatam putem divinitus, ſcire volentibus immortalibus Iliis; tum Romana virtus imperium orbis mereretur.* 13 Al. *Compulſus ad ultimum metus*, id eſt, ad incitas redactus.

[1] lapi-

[1] lapide Annibali, iterùm ipſos Deos, Deos inquam,
45 (nec fateri pudebit) reſtitiſſe? Tanta enim ad ſingulos
illius motus [2] vis imbrium effuſa, tanta ventorum vio-
lentia coorta eſt, ut divinitus hoſtem [3] ſubmoveri;
[4] neque cœlo, ſed ab Urbis ipſius mœnibus & Capito-
46 lio, ferri videretur. Itaque fugit, & ceſſit, & in ul-
timum ſe Italiæ recepit [5] ſinum, cum Urbem [6] tantum
47 non [7] adoratam reliquiſſet. Parva res dictu, ſed ad
magnanimitatem populi Romani probandam ſatis effi-
cax: quòd illis ipſis, quibus obſidebatur, diebus,
[8] ager, quem Annibal caſtris inſederat, venalis Ro-
mæ fuit, [9] haſtæque ſubjectus, invenit emptorem.
48 Voluit Annibal contrà fiduciam imitari; ſubjecitque
[10] argentarias Urbis tabernas: nec [11] ſector inventus
49 eſt: ut ſcias, etiam [12] præſagia ſatis fuiſſe. Nihil
[13] actum erat tanta virtute, tanto favore etiam Deo-
rum: ſiquidem [14] Aſdrubal, frater Annibalis, cum
exercitu novo, novis viribus, nova belli mole ve-
50 niebat. [15] Actum erat procul dubio, ſi [16] vir ille ſe
cum [16] fratre junxiſſet: ſed hunc quoque [18] caſtra me-
tantem Claudius Nero cum Livio [19] Salinatore [20] de-
51 bellat. Nero in ultimo Italiæ angulo ſubmovebat

1 Milliari. 2 Multitudo. 3 Depelli, removeri. 4 Q. d. Tanta imbrium & ventorum vis coorta, ut divinitus hoſtem ſubmoveri putares, nec illam vim imbrium cœlo ferri, ſed ab ipſis mœnibus urbis & Capitolio, diceres. 5 Angulum. 6 Propemodum, fermè. 7 *Adorare urbem*, eſt non in conſpectum ejus modo, ſed ita prope accedere, ut & colloqui cum civibus poſſit. Apud Apul. Metam. 2. & 3. *adorare populum*, eſt verba ad populum facere. Al. *adortam*, legunt, id eſt, quam quis adortus eſt. 8 Refert hoc præter cæteros Plutarch. in Annibale. Item Val. Max. 3, 7, 10. 9 Auctioni ſubjectus, id eſt, publicè venditus. Solebant enim in auctionibus publicis haſtæ præfigi. 10 Intelligit eas, quas Argentarii, five qui Argentariam faciebant, & nummariæ rei negotiationem exercebant, circa forum habebant. 11 Qui bona, haſtæ ſubjecta, ſimul emit. 12 Id eſt, fata, quæ manſura erant utrumque, ſcilicet populum Romanum & Annibalem, his velut ominibus eſſe ſignificata: vel ea fiducia privatorum vel diffidentia fuit velut præſagium felicitatis Romanæ, & infortunii Carthaginis. 13 Effectum, profectum. 14 Auctores hiſtoriæ ſunt Liv. 2, 7, 38. &c. Valer. Max. 3, 7, 4. & 7, 4, 4. Sil. 15, 494. 15 Scilicet *de imperio Romano*, id eſt, periiſſet. 16 Aſdrubal. 17 Annibale. 18 Caſtra locantem, five ponentem. 19 *Salinator* dictus eſt à lege, quam arctiſſimam & populo maximè moleſtam de vendendo *ſale* tulerat. Ob quam deinde damnatus eſt. 20 Bello vincit ad Metaurum flavium.

Annibalem. Livius in diverſiſſimam partem, id eſt, in ipſas [1] naſcentis Italiæ [2] fauces, [3] ſigna converterat.
52 Tanto, id eſt, omni, [4] quâ longiſſima Italia, ſolo interjacente; quo conſilio, qua celeritate Conſules caſtra conjunxerint, inopinanterque hoſtem [5] collatis
53 ſignis compreſſerint, neque id fieri Annibal ſenſerit, difficile dictu eſt. Certè Annibal, re cognitâ, cùm projectum [6] fratris caput ad ſua caſtra vidiſſet, [7] *Agnoſco*, inquit, *infelicitatem Carthaginis*. Hæc fuit [8] illius viri, non ſine præſagio quodam [9] fati imminentis,
54 prima confeſſio. Jam certum erat, Annibalem, etiam ipſius confeſſione, poſſe vinci: ſed tot rerum proſperaru n fiduciâ plenus populus Romanus, magni æſtima-
55 bat, aſperrimum hoſtem in ſua Africa debellare. Duce igitur Scipione, in ipſam Africam tota mole converſus, imitari cœpit Annibalem, & Italiæ ſuæ clades in Afri-
56 cam vindicare. Quas [10] ille (Dii boni!) Aſdrubalis copias, quos [11] Syphacis exercitus [12] fudit? quæ quantaque utriuſque caſtra facibus illatis unâ nocte delevit? denique jam non à tertio [13] lapide, ſed ipſas Carthagi-
57 nis portas obſidione quatiebat. Sic factum eſt, ut inhærentem atque [14] incubantem Italiæ [15] extorqueret
58 Annibalem. Non fuit major ſub imperio Romano dies, quàm ille, cùm duo omnium & antea & poſtea ducum

1 Incipientis. 2 Anguſtias. 3 Exercitum intulerat, admoverat. 4 Ubi. Adverbialiter poſitum. 5 Iuſta acie, juſto prœlio ſuppreſſerint, coërcuerint, & in arctum deduxerint. 6 Aſdrubalis. 7 Ita derivantur in fortunam publicam plerique. Darius poſt infelicem pugnam, hortantibus ſuis, ut equum conſcenderet, reſpondit: *Deos ultores adeſſe.* Curt. 5, 13. 16. id eſt, Pertinacem illam fortunam, quæ Perſas urgere non deſineret. 8 Annibalis. 9 Mortis. 10 Scipio. 11 Regis Numidiæ: qui cùm Scipioni per Lælium fuiſſet conciliatus, bellique ſocietatem, amicitiæ fœdera, & contra Pœnos conſilia cum eo iniiſſet, paulò poſt ſollicitatus à Carthaginenſibus per nuptiarum occaſionem formoſiſſimæ fœminæ Sophonisbæ, Aſdrubalis filiæ, amicitiæ Scipionis renunciavit, ab eoque defecit, & Carthaginenſium arma ſecutus, brevi tempore à Lælio & Maſſiniſſâ captus ad Scipionem catenatus ductus eſt, à quo in triumpho circumductus, & deinde in carcerem incluſus, inediâ vitam finit: atque ſic perfidiæ illius pœnas dedit. Lege Val. Max. de hac perfidia diſputantem 6, 9, 7. ex. 12 Profligavit, proſtravit, vicit. 13 Milliari. 14 Pertinaciter inhærentem, incumbentem. Loquiatur autem de Annibale, tanquam ſerpente quodam vel dracone, qui, quod complexus eſt, ægré dimittit. 15 Expelleret, extraheret.

maxi-

Digitized by Google

maximi, ille Italiæ, hic Hiſpaniæ victor, [1] collatis
59 cominùs ſignis direxêre aciem. Sed & colloquium fuit inter ipſos [2] de legibus pacis. [3] Steterunt diu mutua admiratione [4] defixi: ubi de pace non convênit, [5] ſigna
60 cecinêre. [6] Conſtat utriuſque confeſſione, *nec melius [7] inſtrui aciem, nec acriùs potuiſſe pugnari.* Hoc Scipio de Annibalis, Annibal de Scipionis exercitu prædica-
61 verunt. Sed tamen Annibal ceſſit: præmiumque victoriæ Africa fuit, & ſecutus Africam ſtatim terrarum orbis.

1 Inſtâ acie, juſto prœlio de prope ſive à propinquiore loco inſtruxerunt & ordinarunt exercitum. 2 De conditionibus pacis. 3 Quæ hîc ſcribuntur, lege apud Liv. 30, 33. Plut. in Scipione. Sil. l. 17. 4 Quòd in vehementi admiratione ſtupor quidam oriatur, quo in unum aliquem locum defiguntur oculi. Sic *Defixus ob metum.* Tac. 1, 68. *Extremo metu corpora defixêre in his veſtigiis.* Idem Agr. 4, 4. 5 Vexilla cantu tubarum, aut cornuum erecta ſunt. Unaquæque enim legio tubicines, cornicines, & buccinatores habebat. Tubicines, vocabant milites ad bellum, & rurſum receptui canentes revocabant Cornicines, buccinatores erant ornamentum totius legionis, in ingreſſu conflictus, & ejus reditu: & quotieſcunque ad aliquod opus exituri ſunt ſoli milites, tubicines canunt, & ſoli milites ad ſigna eorum obtemperant: quotieſcunque ſigna movenda ſunt, cornicines canunt: quotieſcunque pugnatur, & tubicines, & cornicines claſſicum canunt. Vide quæ nos ad Sal. p. 185. b. 6 Certum eſt. 7 Diſponi, præparari, ſc. *ad pugnam.*

CAP. VII.

Bellum [1] Macedonicum primum.

1 [2] POſt Carthaginem vinci neminem puduit. Secutæ ſunt ſtatim Africam gentes, Macedonia, Græcia, Syria, cæteraque omnia, quodam quaſi [3] æſtu
2 & torrente fortunæ. [4] Sed primi omnium [5] Macedones, affectator [6] quondam imperii populus: itaque quamvis tunc [7] Philippus [8] regno præſideret,

1 Sic dictum à *Macedoniæ* Rege Philippo, Demetrii filio. Ea, quæ hoc capite continentur, ſcribunt Liv. libris 31, 32, 33, 34. Val. Max. 4. 8, 5. & 5, 2, 6. Iuſt. l. 20. & 30. Eutrop. 4, 1. Plut. in Flaminio. Sil. 15, 298. 2 Poſt deletam Carthaginem. 3 Qui ubi incurrit & ingruit, fruſtra ei ſolus reſiſtes. 4 Al. *ſic.* 5 Scilicet cum quibus bellum, Africâ devictâ, aut pacatâ, Romani geſſerint. 6 Olim. Reſpicit autem ad tempora Philippi & Alexandri Macedonis: poſt quos Reges nulla imperia inveniuntur affectaſſe, ut qui multum à viribus & virtute majorum excidiſſent. 7 Demetrii filius. 8 Rex eſſet.

Romani tamen [1] dimicare sibi cum Rege Alexandro vi-
3 debantur. Macedonicum bellum [2] nomine amplius,
quàm [3] spectatione gentis fuit. Causa cœpit à [4] fœdere
4 Philippi, [5] quo [6] Rex jampridem dominantem in Italia
Annibalem sibi [7] sociaverat: posteà crevit, implorantibus Athenis auxilium contra Regis injurias, cùm ille ultra jus victoriæ [8] in templa, aras, & sepulcra ipsa
5 sæviret. Placuit Senatui opem tantis ferre [9] supplicibus. Quippe jam gentium Reges, duces, populi, nationes,
6 præsidia sibi ab hac urbe petebant. Primò igitur, Lævino [10] Consule, populus Romanus Ionium mare ingressus, tota Græciæ littora veluti triumphanti classe
7 peragravit. Spolia quippe Siciliæ, Sardiniæ, Hispaniæ, Africæ [11] præferebat; & [12] manifestam victoriam nata in [13] in prætoria [14] puppe [15] laurus [16] pollicebatur.

1 Bellum gerere. 2 Famâ, opinione major. 3 Consideratione, respectu. Q. d. amplius id bellum nomine fuisse, propter nomen & memoriam olim virtutis Macedonum, quàm consideratione & respectu ipsius gentis, quæ illo tempore non multum laudata erat. 4 Fœderis & societatis istius leges ita Liv. l. 43. recitat: *Philippus ducentarum navium classe in Italiam traiiceret, vastaret oram maritimam, bellum pro parte sua terra marique gereret: ubi debellatum esset, Italia omnis, tum ipsa urbe Roma, Carthaginensium atque Annibalis esset, prædaque omnis Annibali cederet: perdomita Italia navigarent in Graciam, bellumque, cum quibus Regibus placeret, gererent: quæ civitates continentis, quæ insulæ ad Macedoniam vergunt, ea Philippi regnique ejus essent.* 5 Philippus. 6 Aliquanto abhinc tempore. 7 Conjunxerat. 8 Templa, aras, & sepulchra ipsa diruerent. 9 Auxilium orantibus. 10 Valerio Levino, non Consuli, sed Prætori, contra Philippum in Græciam imperium mandatum esse, ex Livio 3, 3, 2. & 24, 40. Justin. 29, 4, 4. 11 De triumpho semper ferè hæc vox apud veteres dicitur. 12 Haud dubiè obventuram victoriam. 13 Livius hæc paulò aliter refert 32, 1, 7. *Prætoriam puppem* non intelligo, quâ Prætor vehitur; sed eam, quam hodie vocant *Admiralem*, id est, quâ dux vehitur, quisquis ille sit, & quemcunque magistratum gerat: ut *prætorium* dicitur tabernaculum ducis, quod de Regum etiam tabernaculis dicunt Curt. 5, 2, 7. & Justin. 2, 11, 15. Sic posteà sub Imperatoribus *prætoriani milites* & *præfecti prætorio* dicti. 14 Navi. Pars pro toto. Al. *prætoria* (sc. navis) *puppe*: ut non modò navis, sed & locus ejus annotetur; & verò in puppi navis enatam laurum etiam Livius prodit. 15 Laurum victoriæ gloriæque omen fuisse constat. Addebatur militum lanceis, & piis, & fascibus imperatorum. Ex iis in gremio Jovis deponebatur, quoties victoria novam aliquam lætitiam attulit. Idque non quia perpetuo viret sed quia spectatissima est in monte Parnasso; Ideoque gratissima Apollini. Quidam etiam hanc causam adferunt, quod sola hæc arbor ex omnibus manu satis, & in domos receptis, non icitur fulmine. Tiberium principem, tonante cœlo, coronari eâ solitum ferunt contra fulminum metus. 16 Id est, ex lauro, in prætoria puppe nata, colligebatur & sperabatur victoria.

Aderat

8 Aderat ſponte in auxilium [1] Attalus Rex Pergamenorum: aderant Rhodii, nauticus populus; [2] qui navibus à mari, Conſul à terris, omnia equis viriſque [3] quatiebat. 9 Bis victus Rex, bis fugatus, bis [4] exutus caſtris: cùm tamen nihil terribilius Macedonibus fuit ipſo vulnerum aſpectu: quæ non ſpeculis, non ſagittis, nec ullo [5] Græculo ferro, ſed ingentibus [6] pilis, nec minoribus adacta gladiis, [7] ultra mortem patebant. 10 [8] Enimverò, Flaminio duce, invios anteà [9] Chaonum montes [10] Aoumque amnem per abrupta [11] vadentem, id eſt, [12] ipſa Macedoniæ clauſtra penetravimus. [13] In- 11 troiſſe victoria fuit: nam nunquam poſtea auſus congredi Rex, ad tumulos, quos [14] Cynoſcephalas vocant, uno, ac ne hoc quidem [15] juſto prælio, opprimitur. Et illi quidem Conſul pacem dedit, regnumque conceſſit: 12 mox, ne quid eſſet hoſtile, Thebas, & [16] Euboeam, & [17] graſſantem ſub [18] Nabide ſuo [19] Lacedæmona com-

1 Regis Eumenis filius, ſocii quondam commilitoniſque Romani. 2 Hic naves viris equiſque opponit, ut Conſulem Rhodiis, terram mari. 3 Moleſtabat Plin. 2, 27. *Cum Rex Philippus Græciam* quateret. 4 Caſtra ejus occupata. 5 Græci levioribus & brevioribus utebantur armis & telis: contrà Macedones vaſtis clypeis. Inde *Græculum ferrum* dicit per contumeliam: nam & Græcos *Græculos* ignominioſè vocabant. 6 *Pilum* telum miſſile eſt, quod longitudine trium pedum, craſſitudine digitali ligneum habebat. 7 Id eſt, altius latiuſque adacta erant, quam requireretur *ad* inferendam mortem. 8 Sed. 9 *Chaonia* tractus regio eſt, quæ à Meridie Ceraunis montibus clauditur, ab Occaſu mari Ionio; ab Ortu Pindo monte, amne & urbe clauditur; à Septentrione Macedonia. 10 Non procul Apollonia in mare Ionium euntem: ad quem Flaminio res primum cum Macedone fuit. 11 Labentem, fluentem. 12 Ipſas Macedoniæ angustias, per quas in Macedoniam iter eſt. 13 Indicat auctor ſummam celeritatem illius victoriæ, ut vult Freinshemius. Pertinet huc exemplum, quod refert Sal. Iug. cap. 76. Iugurtham ſtatim profugiſſe, *cùm Metello nihil infectum cerneret; quippe loca, tempora, denique naturam ipſam, cæteris imperitantem vicerat.* Ita quoque Annibalem Romanos valde perculiſſe audaciſſimo per Alpes in Italiam tranſitu, ſcribit Polyb. lib. 1. cap. 61. Hoc igitur vult Florus, maximum ad victoriam momentum attuliſſe, quod T. Quinctius Flamininus, velut naturæ victor, per invia & inacceſſa irrupiſſet in Macedoniam. 14 Nomen hoc à figura canini capitis habent: Græcè enim κυνὸς κεφαλαὶ illi tumuli vocantur. Vide Liv. 33, 1. 15 Toto, pleno. 16 Maris Ægæi inſulam. 17 Turbantem, turbas dantem. 18 Spartanorum tyranno. 19 Al. *Lacedæmoniam*, Hiſtoriam habes ex Liv. 34, 26. &c. Iuſtin. 31, 1, 2.

peſcuit.

peſcuit. Græciæ verò veterem ſtatum reddidit, ut legi-
13 bus viveret ſuis, & avitâ libertate frueretur. Quæ gaudia, quæ vociferationes fuerunt, cum hoc forte [1] Ne-
14 meæ in theatro, quinquennalibus [2] ludis à præcone caneretur? [3] quo certavêre plauſu? [4] quid florum in Conſulem profuderunt? Et iterum iterumque præconem re-
15 petere illam vocem jubebant, quâ libertas Achaiæ pronunciabatur: nec aliter illâ conſulari ſententiâ, quàm [5] modulatiſſimo aliquo tibiarum aut fidium cantu, fruebantur.

1 Sylva, locus, urbs, ludi. Quatuor Græciæ certamina ſacra fuerunt, Nemea, Pythia, Iſthmia, Olympia. Quod ergo Florus hic dicit factum in Nemeis, Liv. 33, 18. & 34, 40. & Plut. in Flaminio, id dicunt factum in Iſthmiis primùm, deinde in Nemeis, & magis etiam in Iſthmiis. 2 Spectaculis. 3 Quâ complosione, id eſt, concuſſione manuum certavêre Græci? 4 Hoc fieri ſolitum erat honoris atque benevolentiæ cauſâ, *Diis*, *hominibuſque* bene meritis. Imagines quoque floribus ſpartas legimus apud Tacit. 14, 61, 1. & H. 1, 53, 3. 5 Cum menſura & numerorum ratione compoſito.

CAP. VIII.

Bellum Syriacum Regis Antiochi.

1 MAcedoniam [1] ſtatim, & Regem Philippum Antiochus [2] excepit, quodam caſu, quaſi induſtriâ, ſic [3] adgubernante fortunâ, ut quemadmodum ab Africa in Europam, ſic ab Europa in Aſiam, ultrò ſe [4] ſuggerentibus cauſis, imperium procederet, & cum terrarum orbis ſitu, ipſe ordo victoriarum
2 navigaret. Non aliud [5] formidoloſius [6] famâ bellum fuit: quippe cum Perſas, & Orientem, [7] Xerxem at-

1 Bellum, adverſus Antiochum Regem à Romanis geſtum, ſcribunt Liv. l. 34. & ſeqq. Iuſtin. l. 31. Val. Max. 2, 5, 1. 4, 1, 9. ext. 7, 3, 4. in damnat. 9, 1, 4 ext. Plut. in Scipione. Eutrop. 4, 1. Videtur autem hîc inſerenda vox *Macedoniam ſtatim Syria*, &c. nam regnum regno, Regem opponit Regi. 2 Secutus eſt. 3 Regente. 4 Offerentibus. Hoc etiam felicitatis magnæ eſt, acquirere regna aliena juſto titulo, & abſque noſtra invidia. 5 Terribilius. Sic *Formidoloſus hoſtis*, apud Sal. in Cat. 6 Nomine, opinione. 7 Darii Hyſtaſpis filium, qui, patre in apparatu belli moriente, intra quadriennium conſcribit, ut in Græciam moveret, exercitum numero & fide majorem: quinquagies enim & bis centena octoginta tria millia militum cenſa fuerunt: flumina quoque ipſis prandentibus epota, & mare ſex millium omnis generis navium claſſe quaſi conſtratum fuit, &c. Lege Iuſtin. l. 2, c. 10. & ſeqq.

que

que [1] Darium [2] cogitarent; quando perfossi [3] invii mon-
3 tes, quando velis opertum mare nunciaretur: [4] ad hoc
[5] cœlestes minæ territabant, cum humore continuo Cu-
manus Apollo [6] sudaret. Sed hic faventis [7] Asiæ suæ nu-
4 minis timor erat. Nec sanè viris, opibus, armis, quic-
quam copiosius Syriâ: sed in manus tam ignavi [8] Regis
inciderat, ut nihil fuerit in Antiocho [9] speciosius,
5 quàm quòd à Romanis victus est. Impulêre Regem in
id bellum, illinc Thoas Ætoliæ [10] princeps, [11] inhono-
ratam apud Romanos querens adversus Macedones mi-
litiæ suæ societatem: hinc Annibal, qui in Africa vi-
ctus, profugus, & pacis impatiens, hostem populo
6 Romano toto orbe quærebat. Et quod illud fuisset
periculum, [12] si se consiliis ejus Rex tradidisset, id est,
si Asiæ viribus usus fuisset miser Annibal? Sed Rex
7 suis opibus, & nomine regio fretus, satis habuit
[13] bellum movere. Europa jam dubio procul jure
ad Romanos pertinebat: hic [14] Lysimachiam urbem,

1 Hystaspis filium, qui himnitus equini prærogativâ Rex Persarum designatus & inauguratus erat. 2 Id est, hæc omnia in animo haberent & perpende-
rent, quid virium haberent, habuerint-ve. 3 Per quos utro citroque iri non poterat. 4 Insurgr. 5 Prodigia in cœlo visa. 6 Plut. in Coriol. disputat hoc naturalibus ex causis quandoque posse fieri. Meminit hujus prodi-
gii Cic. de Divin. 1. Idem Apollo Cumanus etiam lacrumasse legitur apud Liv. 43, 13, 14. idque triduum ac tres noctes. Etiam tunc bovem locutum fuisse
referunt, *Cave tibi, Roma.* 7 Quid sibi velit hic Florus, intelligas ex Obsequente c. 87. *Apollinis simulacrum lacrumavit per quatriduum: va-
tes portenderunt, Græcia fore exitium, unde deductum esset.* 8 Antio-
chi. Quantum momenti sit in bono duce, testatur noster infra 2, 18. 11. *Tanti esse exercitum, quanti Imperatorem, vere proditum est.* 9 Uti infame est
planè, & nulla consolatione minuendum, ab imbecilliore superari; ita mi-
nus turpe, & ideo tolerabile magis est, vinci à potentiore. Apud Virg. Æn. 10, 819. ait Æneas, dum Lausum occidit: *Hoc tamen, infelix, miseram so-
labere mortem, Æneæ magni dextra cadis.* Innuens id illi in malis suis in-
dulgere fortunam, ut non ab ignavo aut vili occidatur, sed à forti. Antiocho profectò nec ulli bellum cum Romanis suadere debuissent, nec ipse suscipere. 10 Qui erat ex primoribus regionis illius Græciæ. 11 Nunquam magis
offenduntur generosorum animi, quàm cùm debita illis gloria aut præmia
negantur. 12 Si se regi consiliis ejus permisisset. 13 Excitare, sumere. Tac. H. 4. 67. *Sumi bellum etiam ab ignavis, strenuissimi cujusque periculo
geri.* 14 *Lysimachia*, à *Lysimacho*, Macedoniæ Rege, condita est in Isthmo: eam cùm post Lysimachi mortem Thraces delevissent, Antiochus lu-
cum instaurat, colonisque donat.

in

8 in littore Thracio [1] positam à majoribus suis, Antiochus ut hæreditario jure reposcebat : hoc velut [2] sidere Asiatici belli [3] mota tempestas. Et maximus Regum contentus fortiter indixisse bellum, cùm ingenti strepitu ac tumultu movisset ex Asia, occupatis statim insulis, Græciæque littoribus, otia & luxus tanquam vi-
9 ctor [4] agitabat. Eubœam insulam continenti adhærentem [5] tenui freto, [6] reciprocantibus aquis [7] Euripus [8] abscidit. Hic ille [9] positis aureis sericisque tentoriis, sub ipso freti murmure, cùm inter fluenta tibiis fidibusque concineret, collatis undique, quamvis per hyemem, rosis, ne non aliquando ducem genere agere videretur,
10 virginum puerorumque delectus habebat. Talem ergo Regem jam [10] suâ luxuriâ debellatum, populus Romanus, Acilio Glabrione Consule, in insula aggressus, ipso statim adventus sui nuncio coëgit ab insula fugere.
11 Tum præcipitem apud Thermopylas assecutus, locum trecentorum Laconum speciosâ cæde memorandum, ne ibi quidem fiduciâ loci resistentem, mari ac terrâ cedere
12 coëgit. Statim & è vestigio itur in Syriam. Classis regia [11] Polyxenidæ Annibalique commissa : nam Rex prœlium nec spectare poterat. Igitur duce Æmilio Re-
13 gillo, adremigantibus Rhodiis, rota laceratur. Ne sibi placeant Athenæ; in Antiocho vicimus Xerxem; in Æmilio Themistoclem æquavimus; Ephesis Salamina
14 pensavimus. Tum Consule Scipione, cui frater, ille modò victor Carthaginis Africanus, voluntaria

1 Conditam. 2 Quod ut Sol tempestates, ita illæ causæ bella conciverint. 3 Cœpta. 4 Agebat. 5 Augusto. 6 Per æstum huc illuc jactatis. 7 Fretum inter Aulidem Bœotiæ portum, & Eubœam insulam, quod unius diei & noctis spatio septies recurrit eo impetu, ut navigia repugnantibus ventis plena secum rapiat. Inde proverb. *Homo Euripus*, de inconstanti & inquieto. 8 Avulsit: de aquis dictum terram dirimentibus. 9 Fixis, erectis. 10 Suo luxu. *Quippe nec ira Deûm tantum, nec tela, nec hostes, Quantum sola nocet animis illapsa voluptas* : ut canit Sil. lib. 5. 11 Polyxenidas exul Rhodius erat, classis Regiæ præfectus, qui ab Æmilio Regillo Prætore ad Mionesum Ionium promontorium navali prælio victus est, sedecim navibus captis, 28. aut incensis aut depressis.

lega-

Digitized by Google

[1] legatione aderat, debellari Regem placet: & jam
15 toto cesserat mari: sed nos imus ulterius. [2] Mæandrum ad amnem, montemque Sipylum, castra ponuntur. Hîc Rex, incredibile dictu! quibus [3] auxiliis, qui-
16 bus copiis confederat: trecenta millia peditum; equitum, falcatorumque curruum [4] non minor numerus. Elephantis ad hoc immensæ magnitudinis, auro, purpura, argento, & [5] suo ebore fulgentibus, aciem utrim-
17 que [6] vallaverat. Sed hæc omnia [7] præpedita magnitudine sua: ad hoc imbre, qui subitò superfusus, mira felicitate Persicos arcus corruperat: primùm trepidatio, mox fuga, [8] dehinc triumphus fuerunt. [9] Victo & supplici pacem atque partem regni dari placuit, eò libentiùs, quòd tam facilè [10] cessisset.

1 Officio legati sive locum tenentis amore fratris, utque ei provincia ista extra sortem daretur. Liv. 73, 1. 2 *Mæander* Cariæ fluvius, multis adeo flexibus sinuosus, ut tortuosa & involuta *Mæandros* à similitudine vocemus. 3 Propriis viribus. 4 Quam multitudo pedestrium copiarum requireret. 5 Nativo, proprio. 6 Muniverat, protexerat. 7 Impedita Omnibus enim in rebus suus esse debet modus. 8 Deinde. 9 Antiocho. 10 Victus esset. Plerumque mitior victoria, ubi minor victi hostis pertinacia.

CAP. IX.

Bellum Ætolicum.

1 SYriatico bello successit, ut debebat, [1] Ætolicum. Victo quippe Antiocho, Romanus [2] faces Asiatici
2 belli persequebatur. Ergo Fulvio Nobiliori mandata ultio est. Hic protinùs caput gentis Ambraciam, regiam Pyrrhi, machinis quatit. Secuta deditio est.
3 [3] Aderant Ætolorum precibus Attici, Rhodii: & me-
4 mineramus [4] auxilii: [5] sic placuit ignoscere. Serpsit tamen latius in proximos bellum, omnemque latè

1 Quod Ætoli cum Romanis gesserunt. *Ætolia* Græciæ pars est. Hoc bellum describunt Liv. 38. Justin. l. 32. Eutrop. 4, 1. 2 Auctores: de quibus supra 2, 8, 5. *Impulêre Regem in id bellum: illinc Thoas: Ætoliæ princeps, inhonoratam apud Romanos quærens adversus Macedones militiæ suæ societatem: hinc Annibal, qui in Africa victus, profugus, & pacis impatiens, hostem populo Romano toto orbe quærebat.* 3 Patrocinabantur Ætolis. 4 Contra Philippum præstiti. 5 Sapientes decet viros beneficiorum potius, quam injuriarum meminisse.

Cepha-

[1] Cephaleniam, Zacynthon: & quicquid insularum in eo mari inter Ceraunios montes [2] jugumque Maleum, Ætolici belli [3] accessio fuerunt.

1 Insulam maris Ionii: ab ea Zacynthos in meridiem distat 60. stadiis. 2 Montem Maleum. 3 Additamentum, auctarium.

CAP. X.

Bellum Histricum.

1 [1] HIstri sequuntur Ætolos: quippe bellantes eos nuper adjuverant: [2] & [3] initia pugnæ prospera [4] hosti fuerunt, eademque exitii causa. Nam cùm Cnæi Manlii castra cepissent, opimæque prædæ [5] incubarent; epulantes, ac ludibundos plerosque, ac ubi essent, [6] præ
2 poculis nescientes, Appius Pulcher invadit. Sic cum sanguine & spiritu malè partam [7] revomuêre victoriam. Ipse Rex [8] Apulo equo impositus, cum subinde crapula & capitis errore lapsaret, captum sese vix & ægrè, postquam experrectus est, [9] didicit.

1 Histris, quia maritimos populi Romani agros latrociniis infestassent, bellum indictum est. 2 Al. *Sed.* 3 Nam *ferme* (ut ait Liv. 21, 61.) *sit ut secundæ res negligentiam creent.* Ideoque sæpe accidit aliis, quod hîc Histris. 4 Histris. 5 Pertinaciter inhærerent. 6 Impedientibus poculis. Hoc modo Scythæ etiam perierunt, apud Iustin. 1, 8, 7. 7 Iterum evomuêre, effudêre. Dictum de ebriis interemptis ad instar illius Virgiliani Æn. 9, 349. *Purpureamve vomit ille animam, & sanguine mista Vina refert moriens.* 8 Nomen proprium reguli hujus. Al. *ab epulo.* 9 Intellexit.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XI.

[1] *Bellum Gallogræcum.*

1 [2] GAllogræciam quoque Syriaci belli ruina [3] convel-
vit : [4] fuerant inter auxilia Regis Antiochi. [5] An
2 fuiſſent, an cupidus triumphi Manlius eos viſos ſimula-
verit, dubium eſt. [6] Certè negatus eſt victori trium-
phus ; quia cauſam belli non [7] approbavit. Cæterùm
3 gens Gallogræcorum, ſicut ipſum nomen indicio eſt,
mixta, & [8] adulteratæ reliquiæ Gallorum, qui Brenno
duce vaſtaverant Græciam : mox Orientem ſecuti, in
4 media Aſiæ parte ſederunt. Itaque ut frugum ſemina mu-
tato ſolo degenerant, ſic illa [9] genuina feritas eorum
5 Aſiatica amœnitate mollita eſt. Duobus itaque prœliis
fuſi fugatique ſunt : quamvis ſub adventu hoſtis relictis
ſedibus, in altiſſimos ſe montes recepiſſent, quos To-
loſtobogi, Tectoſagique jam inſederant. Utrique fun-
6 dis ſagittiſque [10] acti, in perpetuam ſe pacem dedide-
runt. Sed alligati miraculo quodam fuêre, cùm catenas
morſibus & ore tentaſſent, cùm [11] offocandas invicem
7 fauces præbuiſſent. Nam [12] Orgiagontis [13] Regis uxor
à [14] Centurione ſtuprum paſſa, memorabili exem-

1 Hoc bellum latè ſcribit Liv. lib. 38. Meminit Juſtin. lib. 23. Val. Max. 6, 1, 2. ext. Faciunt huc quæ ſcribit Juſtin. lib. 24. & 25. 2 Regionem Aſiæ minoris : cujus incolæ *Gallo-Græci dicuntur*, quia ſunt populi è Gallis orti, & in Græciæ parte regnantes. 3 Corripit, complectitur, trahit. 4 Vult eis illatum bellum fuiſſe, quod auxilia tuliſſent Antiocho. 5 Al. *An fuiſſet cupidus triumphi Manlius, ac eos viſos ſimulaverit :* præcedit enim, *fuerant inter auxilia Regis.* Hoc in dubium revocat, iis quæ ſequuntur, an, inquit, triumphi cupiditas eò Manlium impulerit, ut iis attribueret, quod fuiſſent in auxiliis Regis Antiochi, ac eos viſos ſimulaverit, dubium. 6 Imo decretus, tamen ſine controverſia. Liv. 38, 50. 7 Probam eſſe oſten-dit. 8 *Adulteratum* dicitur, quidquid ex alienæ rei commixtione cor-ruptum eſt. 9 Ingenita. 10 Abacti, exacti, detrubati. 11 Strangulandos ſeſe Gallo-Græci obtuliſſent. Ovid. Met. 12, 11. *Et ſe* præbentem *valuit diſtringere Cygnum.* 12 Gallo-Græcorum. 13 Chiomata. 14 Ordinis ductore, qui centum peditibus præerat, quibus ferè captivorum turba mandabatur cuſtodienda. Hiſtoriæ meminerunt, Val. Max. 6, 1, 2. ext. Liv. 38, 24.

plo

plo [1] cuſtodiam evaſit, [2] revulſumque militis caput [3] ad maritum ſuum retulit.

1 Livius dicit, non evaſiſſe cuſtodiam, ſed à centurione eductam ad duos neceſſarios ſeu proximos ſanguine mulieris, qui ad flumen eam ſpectabant: à quibus duobus centurio, aurum pendendo exquirens, interfectus eſt. Idem ſentit Valerius. 2 Amputatum, abſciſſum à Gallo-Græcis. 3 Ad conjugem ſuum Orgiagontem reportavit.

CAP. XII.

1 *Bellum Macedonicum ſecundum.*

1 DUm aliæ aliæque gentes, Syriatici belli ſequuntur [2] ruinam, Macedonia ſe rurſus erexit. Fortiſſimum
2 populum memoria & recordatio ſuæ nobilitatis [3] agitabat: & ſucceſſerat Philippo filius Perſes; qui ſemel in perpetuum victam eſſe Macedoniam, non putabat ex
3 gentis [4] dignitate. Multò vehementius ſub [5] hoc Macedones, quam ſub [6] patre, [7] conſurgunt: quippe Thraces in vires ſuas [8] traxerant: atque ita induſtriam Macedonum, viribus Thracum; [9] ferociam Thracum, diſciplina Macedonum [10] temperaverunt. Acceſſit his con-
4 ſilium ducis, qui ſitum regionum ſuarum [11] ſummo ſpeculatus Hæmo, poſitis per [12] abrupta caſtris, ita Macedoniam ſuam armis ferroque [13] vallaverat, ut non

1 Bellum Macedonicum ſcribunt paſſim omnes. Liv. lib. 40. & ſeqq. Iuſtin. lib. 33. Plutarch. in Paulo Æmilio. Valer. Max. 4, 3, 8. 5, 1, 8. Eutrop. 4. 1. 2 Caſum. 3 Impellabat, inſtigabat. *Memoriâ nobiliſſimorum Majorum ingens flamma egregiis viris in pectore creſcit, neque prius ſedatur, quàm virtus eorum famam atque gloriam adæquaverit.* Sal. Iug. cap. 4. Sic Pyrrhum in bella Romana præcipitem agere cœperant exempla Majorum. Iuſtin. 18, 1. 2. Hinc Aſtyages filiam ſuam neque claro viro, neque civi in matrimonium dedit, ne paterna maternaque nobilitas nepoti animos extolleret. Iuſtin. 1, 4, 4. 4 Dignitate. De vetuſtate & nobilitate Macedonum. Iuſtin. lib. 7. 5 Perſe. 6 Philippo. 7 Bellum capeſſunt. 8 Involverant, in ſocietatem aut partes traduxerant. 9 Fortitudinem. 10 Miſcuerunt. 11 Hæmus mons, qui Thraciam à Myſia dividit, tantæ altitudinis eſſe putatur, ut ex ejus ſummo vertice Adria versùs occaſum, Euxinus verſus ortum cernatur. 12 Præcipitia. 13 Muniverat, protexerat.

reli-

Digitized by Google

reliquisse aditum, [1] nisi à cœlo venturis hostibus videretur. Nam, Marcio Philippo Consule, eam provinciam ingressus populus Romanus, [2] exploratis diligenter accessibus, per Astrudem paludem, per acerbos [3] dubiosque tumulos, [4] illa, quæ volucribus quoque videbantur invia, accessit: [5] Regemque securum, & nihil tale metuentem, subita belli irruptione terruit. [6] Cujus [7] tanta trepidatio fuit, ut [8] pecuniam omnem in mare jusserit mergi, ne periret: [9] classem cremari, ne incenderetur. [10] Paulo Consule, cùm majora & [11] crebra essent imposita præsidia, per alias vias Macedonia deprensa est; summa quidem arte & industria ducis, [13] cùm [13] aliâ minatus, aliâ irrepsisset. [14] Cujus adventus ipse adeo terribilis Regi fuit, ut interesse non auderet, sed gerenda ducibus bella mandaverit. Absens ergo victus, fugit in maria, insulamque [15] Samothracen, fretus celebri religione, quasi templa & aræ possent defendere, quem nec montes sui, nec arma potuissent. [16] Nemo Regum diutius amissæ

1 In eadem opinione erat Arimazes, qui altitudine petræ, quam occupaverat, fretus, interrogavit, *an Alexander volare posset?* Curt. 7, 11, 5. 2 Quod omnino in re tali faciendum esse monet cautissimus ille ducum apud Sil. l. 8. *Tu protinus arma, Tu campum noscas ante, exploresque trahendo Quantum hostis ritus valeat, quæ copia rerum, Quæ natura loci, quod sit, rimabere solers, Armorum genus; & stantem super omnia tela Fortunam aspicies.* Observavit Cæsar apud Suet. in ejus vita cap. 58. 3 Periculosos, non exploratos colles. 4 Simile proverbium fuit veterum, cum dicerent de altis ac præruptis locis, aut de re tecta & cognita, *ne avibus quidem notam esse.* Nam quid non latebunt, si aves latuerint? 5 Perseu. 6 Persei. 7 Tantus pavor. 8 Hanc per urinatores postea rursus extraxit. 9 Videtur allusum ad ista Martialis 2, 80. *Hostem cum fugeret, se Fannius ipse peremit, Dic rogo, non furor est, ne moriare, mori?* 10 Æmilio scilicet Maximum Lunæ deliquium, ea nocte, quæ prælium præcessit. Sulpicius Gallus Tribunus militum, explicata causa, & condicta hora futurum prædixit, convocata ex Pauli Consulis permissu concione, ut ne lunæ obscuratæ caligine exercitus consternaretur. 11 Al. *crebriora.* 12 Nihil frequentius hoc stratagemate Sæpe enim urbem, quam minimè obsidere vult, velle se simulat hostis, ut, quam desiderat, præsidio aut necessariis nudatam obtineat facilius. 13 Scilicet *viâ.* Vide de hoc locutionis genere Gronov. ad Liv. l. 21. c. 6. & l. 22. c. 53. 14 Simillimus Antiocho, de quo supra 2, 8, 12. 15 *Samothrace* insula est in mari Ægæo sita, à *Samone*, Mercurii filio, & *Thracia* vicina, conflato nomine *Samothracia* dicitur. Hæc tota sacra erat, & omnibus jus asyli aperiebat, exceptis iis, qui homicidio polluti erant. 16 Irridet Persen, qui rebus perditis speciosorum majorem rationem haberet, quam salutis.

fortu-

fortunæ [1] conſcientiam retinuit. Supplex cum ſcriberet ad Imperatorem ab illo, [2] quò confugerat, [3] templo, nomenque [4] epiſtolæ [5] notaret ſuum, *Regem* addidit.
11 Sed nec [6] reverentior captæ majeſtatis alius Paulo fuit. Cùm in conſpectum veniſſet hoſtis, in [7] templum recepit, & conviviis adhibuit, liberoſque admonuit ſuos, [8] ut fortunam, cui tantum liceret, revererentur. In-
12 ter pulcherrimos hunc quoque populus Romanus de Macedonia duxit atque vidit triumphum: quippe cujus ſpe-
13 ctaculo triduum impleverit. Primus dies ſigna tabulaſque: ſequens arma, pecuniaſque tranſvexit: tertius captivos, ipſumque [9] Regem, [10] attonitum adhuc,
14 tanquam ſubito malo ſtupentem. Sed multò prius gaudium victoriæ populus Romanus, quàm epiſtolis victoris perceperat: [11] quippe eodem die, quo victus Perſes
15 in Macedonia, Romæ cognitum eſt. [12] Duo juvenes can-

1 Memoriam. 2 Ad quod. 3 Samothraces ſcilicet. 4 Quomodo autem excepta fuerit ea epiſtola à Coſſ. lege apud Liv. 45, 4, 3. 5 Subſcriberet. 6 *Reverens* tam de eo dicitur, qui meretur reverentiam, quàm quī exhibet. 7 Al. *tentum*, id eſt, tabernaculum vel tentorium. *Tendere*, eſt tentorium figere: *tentum*, eſt tentorium vel tabernaculum. Narrat igitur Florus tantâ humanitate ſeſe præditum oſtendiſſe circa Regem captivum, ut tabernaculo ſuo receperit, & conviviis adhibuerit. 8 Oratio plena gravitatis & ſapientiæ extat apud Liv. lib. 45. cap. 8. *Exemplum inſigne cernit e verum humanarum. Vobis hoc præcipue dico juvenes. Ideo in ſecundis rebus nil in quenquam ſuperbe ac volenter conſulere docet, nec præſenti credere fortunæ, cùm, quid veſper ferat, incertum ſit. Is demum vir erit, cujus animum nec proſpera ſtatu ſuo efferet, nec adverſa infringet.* Hoc idem monet Horat. lib. 2. Carm. Od. 2. *Æquam memento rebus in arduis Servare mentem.* 9 Perſen. 10 Quaſi tonitru edito perculſum. 11 Cic. de Nat. Deor. *P. Vatienus, cùm è præfecturâ Reatinâ Romam venienti noctu duo juvenes cum equis albis dixiſſent, Regem Perſen illo die captum, Senatui nuntiavit: & primò, quaſi temere de Republica locutus eſſet, in carcerem conjectus eſt: poſt à Paulo literis allatis, cum idem dies conſtitiſſet, & agro à Senatu, & vacatione donatus eſt.* Vide Liv. 45, 5. Plutarchum in Æmilio. Sic illâ ipsâ, quâ periit, horâ, Domitianum occidi, auditoribus ſuis indicavit Apollonius Thyanæus. Plura ejuſmodi exempla collegit Zwingerus theatri volum. 5. lib. 4. p. 1380. 12 Caſtor & Pollux.

didis

didis equis apud [1] Juturnæ lacum pulverem & cruorem
16 abluebant: hi nunciavêre, Caſtorem & Pollucem fuiſſe creditum vulgo, quòd gemini fuiſſent: [2] interfuiſſe bello, quòd ſanguine maderent: à Macedoniâ venire, quòd adhùc [3] anhelarent.

1 Sc. Nymphæ. De hoc lacu Virg. Æn. 12. & Ovid. Faſt. 2. Propert. 3. Eleg. 21. Fuit & in foro, juxta Dionyſium, ſed alius ab eo, qui juxta Numicum fluvium. Uter autem intelligatur, differunt auctores. Quod ad Iuturnam attinet, qui propè Numicum fluvium eſt, ex Albani montis radicibus, & ex Albano lacu ſubterraneis meatibus ſub ipſa via Appia tanta aquarum vi ſonorus, ut inquit Virgilius, erumpit, ut ſtatim à capite molas circumvolvat: undè non longè progreſſus amnis, in lacum diffunditur haud perinde magnum: ex lacu deinde ad Tiberim defertur. Lacum hodiè vocant *Lago di Turno*, cùm ab initio eſſet *Lago di Juturna*. Hic verò fons in Urbe intelligi videtur ſc. in foro Romano, qui exiguum lacum faciebat. 2 Sic ſuprà lib. 1. cap. 11. *Ea denique atrocitas fuit prælii, ut interfuiſſe ſpectaculo Deos fama tradiderit, duos in candidis equis; Caſtorem atque Pollucem nemo dubitavit. Itaque & imperator veneratus eſt, pactuſque victoriam templa promiſit, & reddidit planè quaſi ſtipendium commilitonibus Diis.* 3 Ægrè halarent.

CAP. XIII.

1 *Bellum Illyricum.*

1 MAcedonici belli [2] contagio [3] traxit Illyrios. Ipſi quidem ut [4] Romanum à tergo [5] diſtringerent, [6] à Perſe Rege conducti pecuniâ, militavêre. [7] Sinè morâ
2 ab Anicio Prætore ſubiguntur. [8] Scordam [9] caput gentis deleſſe ſuffecit: ſtatim ſecuta deditio eſt. Denique [10] hoc bellum antè finitum eſt, quàm geri Romæ nunciaretur.

1 Bellum hoc deſcribit Plutarchus in Æmilio. Meminit Epit. Liv. 43. & 44. Eutrop. 4, 1. Val. Max. 3, 3, 2. 2 Contaminatio. Propriè eſt morbus ſerpens, qui ex contactu contrahitur: à *contingendo*. Transfertur deinde ad alias quoque res, ut *Contagio belli*, hoc loco. 3 Involvit, in ſocietatem aut partes traduxit: ut ſuprà 2, 12, 3. 4 Romanos. 5 Diſtraherent, diſtinerent. 6 Pactus erat Gentius, Illyricorum Rex, trecenta talenta, ſed avarus Perſes miſit tantùm decem; ideòque tardiùs & minùs generoſè Macedonibus ſuccurrerunt Illyrii. 7 Statim, intrà 30. ſcilicet dies. Liv. 44, 32. 8 Al. *Scodram*. 9 Metropolin. 10 Liv. 44, 32. *Hoc unum bellum priùs perpetratum, quàm cœptum, Romæ auditum eſt.*

Digitized by Google

CAP. XIV.

[1] *Bellum Macedonicum tertium.*

1 QUodam fato, quasi ita [2] conveniſſet inter Pœnos & Macedonas, ut tertio quoque vincerentur, eodem
2 tempore utrique arma moverunt: [3] ſed prior jugum excutit Macedo, [4] aliquantò, quam antè, gravior, dum
3 contemnitur. Cauſa belli prope [5] erubeſcenda: quippe regnum pariter & bellum vir [6] ultimæ ſortis Andriſcus [7] invaſerat: [8] dubium liber an ſervus; [9] mercenarius certè: ſed quia vulgò ex ſimilitudine Philippi, [10] *Pſeudophilippus* vocabatur, [11] regiam formam, regium nomen,
4 animo quoque regio implevit. Igitur dum hæc ipſa contemnit populus Romanus, Juventio Prætore contentus, [12] virum non Macedonicis modò, ſed Thraciæ quoque auxiliis ingentibus validum, temerè tentavit: [13] invictuſque à veris Regibus, ab illo [14] imaginario &
5 [15] ſcenico Rege ſuperatur. Sed Conſule Metello, amiſſum cum legione Prætorem, pleniſſimè ultus eſt. Nam & Macedoniam [16] ſervitute multavit: &

1 De hoc bello ſcribunt Epit. Liv. 50. Val. Max. 7. 5. 4. Eutrop. 4. 3. 2 Complacuiſſet ex pacto. Undè pacta *conventa* dicimus. 3 Sed priores ſervitutem abjecerunt, exuerunt Macedones. 4 Nullius hoſtis tam exiguæ vires ſunt, ut debeant contemni. In proverbiis legimus; *Habet & muſca ſplenem*: & *formicæ ſua bilis inest*. Egregiè Annibal apud Liv. 21. 43. *Sæpè contemptus hoſtis cruentum certamen edidit, & inclyti populi Regeſque perlevi momento victi ſunt.* 5 Pudenda, turpis. Sic *erubeſcenda ſentina*. Val. Max. 2, 7, 1. 6 Infimæ conditionis. 7 Vi & fraude occupaverat. 8 Vide ſuprà 1, 1, 8. 9 Operarius, qui mercedis gratiâ operam ſuam præſtabat. 10 Falſus Philippus, qui ſe falsò Philippi regis filium ob oris ſimilitudinem vocavit, & Perſei Regis ex pellice filium conſtanti aſſeveratione mentitus eſt. 11 Ita Tac. de Germanico: *Angebat intuentium viſus eximia ipſius ſpecies.* 12 Andriſcum. 13 *Leo quoque minimarum avium pabulum fuit: & ferrum rubigo conſumit: nihil tam firmum eſt, cui periculum non ſit etiam ab invalido.* Curt. 7, 8, 15. 14 Non juſto & legitimo. Sic *imaginarii faſces* apud Liv. 3, 41. 15 Non vero, ſed quales ſolent introduci in dramatibus. Alio ſenſu *Scenicus* appellatur Nero apud Tac. 15, 59. quod ſcenis gauderet, & ipſe fabulas cantaret. 16 Victo enim Perſe, Macedonia libera relicta fuerat, legibuſque optimis, quas Paulus præſcripſerat, utebatur. Vide Liv. 45, 29, &c

ducem

Digitized by Google

ducem belli deditum ab eo, ad quem confugerat, Thraciæ Regulo, in Urbem in catenis reduxit: hoc quoque illi in malis indulgente fortunâ, [1] ut de eo populus Romanus, quasi de vero Rege, triumpharet.

1 Egregium verò solatium, quale Antiocho etiam contigit suprà 2, 8, 4. *quod à Romanis victus est.*

CAP. XV.

[1] *Bellum Punicum tertium.*

1 TErtium cum Africa bellum, & tempore exiguum, (nam quadriennio [2] patratum est) & in comparatione priorum minimum labore: (non enim tam cum viris, quam cum ipsa urbe pugnatum est:) sed planè ma-
2 ximum eventu: quippe eo tandem Carthago [3] finita est. Atque si quis trium temporum [4] momenta consideret, primo [5] commissum bellum, [6] profligatum secun-
3 do, tertio verò [7] confectum est. Sed hujus causa belli, quòd contra fœderis legem adversus Numidas quidem parasset classem & exercitum, frequens autem Masinissæ [8] fines territabat. Sed huic bono socioque Regi fave-
4 batur. Cùm bellum [9] sederet, de belli fine tractatum est. [10] Cato inexpiabili odio delendam esse Carthagi-
5 nem, [11] & cum de alio consuleretur, pronunciabat:

1 Bellum Punicum tertium scribunt, Plutarch. in Catone. Eutrop. 4, 3. Aug. Civ. 3, 21. Epit. Liv. 48. & 49. 2 Confectum, finitum est. 3 Sublata, deleta est. Hoc sensu Ovidius: *Sunt aliquid manes, lethum non omnia* finit. 4 Puncta. 5 Inceptum. Sic Liv. 3, 28. & eodem sensu *Committere ludos.* Idem 2, 37. & Virg. Æn. 5, 113. *Et tuba* commissos *medio canit* aggere *ludos.* Sic *commissa proscriptio*, & *finita* opponuntur apud Vellej. 2, 64. etsi non ignoro, *Committere bellum*, non de initio modò, sed totâ ejus duratione dictum, infra 4, 2, 6. 6 Pœnè confectum, profligando pœnè finitum. Sic *profligatum urbis excidium*, hoc eodem capite. 7 Patratum, finitum est. 8 Ditionem, territorium. 9 Decretum, planè depositum & finitum non esset. Q. d. Cum vix bellum suscipiendum esse decrevissent Romani, jam de fine belli tractabant. 10 Vide Cic. de Senect. 11 *Erat quippe frequens Senatoribus, si quid è Republica crederent, loco sententiæ promere.* Tac. 2, 23, & 13, 49.

[1] fervebat obſidio. [2] Operis portus nudatus; & primus, & ſequens, jam & tertius murus; cùm tamen [3] Byrſa, quod nomen arci fuit, quaſi altera civitas reſiſtebat.
12 Quamvis [4] profligato urbis excidio, tamen [5] fatale Africæ nomen Scipionum videbatur. Igitur in alium Scipionem converſa Reſpublica, finem belli repoſcebat. [6] Hunc Paulo Macedonico procreatum, Africani [7] illius magni filius, [8] in decus gentis aſſumpſerat, hoc ſcilicet fato, ut, quam urbem [9] concuſſerat avus, nepos ejus
13 everteret. Sed ut quàm maximè [10] mortiferi eſſe morſus ſolent morientium beſtiarum: ſic plus negotii fuit
14 cum [11] ſemirutâ Carthagine, quàm integra. Compulſis in unam arcem hoſtibus, portum quoque maris Romanus obſederat. Illi alterum ibi portum ab alia urbis parte foderunt: nec ut fugerent, ſed quia ne-
15 mo illos hac evadere poſſe credebat. Indè [12] quaſi enata ſubitò claſſis erupit: cùm interim jam diebus, jam noctibus, nova aliqua moles, nova machina, nova perditorum hominum manus, [13] quaſi ex obruto [14] incendio ſubita [15] de cineribus flamma,

1 Strenuè procedebat, urgebatur. Sic Cœlius in Cic. ep. fam. 8, 8. *De damnatione* ferventer *loqui cœptum* eſt. 2 Operibus. 3 Græcis *corium* ſignificat: nomen arci Punicæ ideo indè factum eſt, quòd Dido, cum à Tyro Pygmalionis Regis tyrannidem fugâ vitaſſet, & in Africam appuliſſet; tantum certa pecunia agrî ab Iarba, Getuliæ Rege, compararet, quantum bovu tergo comprehenderetur, quæ ſectio in corrigias tenuiſſimas tergore tria fere millia paſſuum complexa, & arcem Byrſam & Carthaginis initia condidit. Vide Juſtin. 18, 5. 4 Pœnè confecto. 5 Exitio Africæ deſtinatum. 6 Hic Scipio filius fuit Pauli Æmilii, qui de Perſeo, Macedonum Rege, triumphum duxit. 7 Egregii & clari. Sic *Cato* ille *Cenſorius*. 2, 17, 9. *pater* ille *Gracchorum*. ibid. 8 In nomen gentis adſciverat, adoptaverat. *In decus* enim *gentis*, hîc interpretor, non, ut eſſet decus gentis, ſed ut fieret decore, honore, gloriâ hujus familiæ. 9 Commoverat. 10 Lethales, mortem adferentes. 11 Semidirutæ. Ita Liv. 5, 49. *In* ſemirutæ *ſolo Urbis*. & 10, 4. *tecta* ſemiruta. 12 Quæ, unde tam ſubitò prodiret, ignorabatur. 13 Quoad rem, ſimilis locus illi, quem habuimus ſupra 1, 18, 19. *Quaſi ab angue Lernæo tot cæſa hoſtium capita de ſanguine ſuo renaſcuntur*. Quoad verba iſti, quem habebimus infrà 3, 5, 14. *Igitur ut extincta parum fideliter incendit majore flammâ reviviſcunt, ita ille de integro auctis majorem in modum copiis venibat*. 14 Bello. 15 Ex.

16 prodibat. [1] Deploratis noviſſimè rebus, quadraginta ſe millia virorum dediderunt: quod minus credas, duce
17 Aſdrubale. Quanto [2] fortius fœmina, & uxor [3] ducis? quæ comprehenſis duobus liberis, à [4] culmine ſe domus in medium miſit incendium, imitata [5] Reginam,
18 quæ [6] Carthaginem condidit, Quanta urbs deleta ſit, ut de cæteris taceam, vel [7] ignium morâ probari poteſt: quippe per continuos decem & ſeptem dies vix potuit incendium extingui, quod domibus ac templis ſuis ſponte hoſtes immiſerant: ut, [8] quatenus urbs eripi Romanis non poterat, [9] triumphus arderet.

1 Deſperatis. 2 Scilicet *egit*. 3 Aſdrubalis. Hanc hiſtoriam, ut alios fileam, lege apud Val. Max. 3, 2, 8. ext. 4 Vertice, faſtigio. 5 Didonem: quia cum ab Jarba, Gætulorum Rege, in matrimonium, ni pareret, bello etiam indicto ſollicitaretur ipſa, ne Sichæo marito datam morienti fidem violare cogeretur, vitam ſibi, conſcenſo priùs rogo, gladio finivit. Juſtin. 18, 6. 6 *Condita eſt urbs hæc 72. annis antequam Roma.* Juſtin. 18, 6. 7 Incendii duratione. Nam Carthago incenſa eſt. Horat. Carm. 4, 8. *incendia Carthaginis impiæ.* Et Epod. 7, 5. *Non ut ſuperbas invidæ Carthaginis Romanus arces ureret.* Vellejus *dirutam* ait. 8 Quia, quoniam. 9 Res de quâ triumphatur.

CAP. XVI.

Bellum [1] *Achaicum.*

1 QUaſi ſæculum illud everſionibus urbium curreret, ita Carthaginis ruinam ſtatim Corinthus excepit, Achaiæ [2] caput. Græciæ decus, [3] inter duo maria, Ionium & Ægeum, quaſi [4] ſpectaculo expoſita. Hæc (facinus indignum!) antè oppreſſa eſt, quàm in nume-
2 rum certorum hoſtium referretur. [5] Critolaus cauſa

1 *Achaja* Peloponneſi regio huic bello nomen fecit. Hoc bellum ſcribunt Epit. Liv. 51, & 52. Juſtin. 34, 1. & 2. Val. Max. 7, 5, 4. Eutrop. 4, 3. Cic. pro M. Manil. & Off. 1. 2 Metropolis, in medio Iſthmi Peloponneſiaci ſita. *Lumen Græciæ* appellavit Cicero. 3 Indè *Bimaris*, Ἀμφίθαλασσος dicta Poëtis: Horatio 1. Carm. 8. Ovidio Ep. 12, 27. 4 Laudat pulchritudinem Corinthi. 5 Cic. de Nat. Deor. 3, 38. *Critolaus everrit Corinthum: Carthaginem Aſdrubal, Hi duos illos oculos oræ maritimæ effoderunt.*

belli,

Digitized by Google

belli, qui [1] libertate à Romanis data, adversus ipsos
usus est: Legatosque Romanos, dubium an & manu,
3 certè oratione violavit. Igitur Metello, [2] ordinanti
tùm maximè Macedoniam, mandata est ultio: & hinc
Achaicum bellum: ac primam Critolai manum Metellus
[3] Consul, per patentes [4] Elidis campos, toto cecidit
4 [5] Alpheo. Et uno prœlio peractum erat bellum: jam
& [6] urbem ipsam terrebat obsidio: sed (fata rerum!)
cùm Metellus dimicasset, [7] ad victoriam Mummius ve-
5 nit. [8] Hic alterius ducis [9] Diæi latè exercitum sub ipsis
[10] Isthmi [11] faucibus fudit, geminosque portus sanguine
6 [12] infecit. Tandem ab incolis deserta civitas, [13] direpta
primùm, deinde [14] tubâ præcinente [15] deleta est. Quid
[16] signorum, quid vestium, quid-ve [17] tabularum rap-
tum, [18] incensum atque projectum est? Quantas opes
& abstulerit & cremaverit, hinc scias, quòd, quicquid
Corinthii æris toto orbe laudatur, incendio superfuisse

1 Suprà 1, 21, 2 *Volsiniensium servi libertatem à dominis datam in ipsos exercerant.* 2 Formanti Macedoniam, statum ei aliquem tùm maximè imponenti. Sic Curt. 7, 3. 5. *gentem Evergetarum* ordinavit. 3 Erat Prætor tantùm. 4 Elis oppidum est, juxta quod Olympicum certamen celebrari solet. *Alpheus* fluvius est in Elide Peloponnesi regione. 6 Corinthum. 7 Minimè novum est, ut intervertantur præmia, alterius consilio periculoque parta; victoriaque jam parata è manibus eripiatur successoris novi superventu. Undè sæpiùs invidia dedecentium & rerum gerendarum impedimenta. Vide Sal. Iug. cap. 38. & Valer. Max. 9, 3, 7. 8 Mummius. 9 Nomen Achaici Imperatoris. 10 *Isthmos* insula est inter duo maria conclusa. In hoc loco ludi fieri consueverunt in honorem matris Matutæ atque Portuni: ad quod spectaculum universa Græcia convenire solebat. 11 Angustiis. 12 Tinxit, commaculavit. 13 A militibus: nam ex more Romano expugnatæ urbis præda ad milites, deditæ ad Ducem pertinebat. 14 *Præcinere* dicuntur *tubæ*, ad quarum sonum modumque aliquid fit. Hîc ergo tuba cecinit, ut omnibus innotesceret, auctoritate jussique publico negotium istud peragi: vel ut eodem modo destrueretur, quo condi solebant urbes, nisi quod ibi tibiæ adhibitæ: quemadmodum etiam Atheniensium muros diruit Lysander. 15 Eversa est. Iustin. 34, 2, 6. *Urbs ipsa Corinthus diruitur: populus omnis sub coronâ venditur; ut hoc exemplo cæteris civitatibus metus novarum rerum imponeretur.* 16 Statuarum, imaginum. Sal. in Cat. *Signa mirari.* 17 Picturarum. 18 A militibus scilicet pretium eorum non æstimantibus, sub duce nihilo rerum illarum prudentiore. Mummius enim, ut traditur, magnanimitatis, quàm artificiorum, studiosior.

7 comperimus. Nam & æris notam pretioſiorum ipſa [1] opulentiſſimæ urbis fecit injuria : quia incendio permiſtis plurimis ſtatuis atque ſimulacris, æris, auri, argentique venæ [2] in commune fluxere.

1 Ditiſſimæ. 2 In unum.

CAP. XVII.

Res in Hiſpaniâ geſtæ.

1 UT [1] Carthaginem Corinthus, ita Corinthum Numantia ſecuta eſt. Nec deinde toto orbe quicquam [2] intac-
2 tum armis fuit. Poſt illa duo [3] clariſſimarum urbium incendia, latè atque paſſim, nec per [4] vices, ſed ſimul pariter quaſi unum undique bellum fuit; [5] prorsùs ut illæ urbes, quaſi agitantibus ventis, diffudiſſe quædam belli
3 incendia toto orbe viderentur. Hiſpaniæ nunquam [6] animus fuit adverſus nos univerſæ [7] conſurgere: nunquam [8] conferre vires ſuas libuit, neque aut [9] imperium experiri, aut libertatem tueri ſuam [10] publicè: alioquin ita undique mari Pyrenæoque [11] vallata eſt, ut [12] ingenio ſitus [13] nec adiri quidem potuerit. Sed antè à Roma-
4 nis [14] obſeſſa eſt, [15] quàm ſe ipſa cognoſceret; & ſola

1 Bella, quæ poſt deletam Corinthum orta ſunt, lege in Epit. Livii 51. & 52. Juſtin. l. 34. Eutrop. 4. 3. 2 Integrum, impollutum. 3 Celeberrimarum urbium, Carthaginis & Corinthi. 4 Intervalla. 5 Huic affine eſt illud, quod noſter ſcribit infrà 3, 18, 4. *Eadem fax, quæ illum cremavit, ſocios in arma & oppugnationem urbis accendit.* 6 Prudentia, rectum conſilium. 7 Bellum capeſſere. 8 Congregare, unire. 9 Tentare an rerum potiri poſſit. 10 Conjunctis viribus gentes enim Hiſpanas reſpectu totius corporis pro privatis habet: ſicut habenda ſunt imperia regnaque in magna illa *Republica generis humani*, ut Senecæ dicitur. Hiſpaniæ ſitum lege apud Juſtin. lib. 44. Sil. 3, 325. &c. 11 Munita, protecta. Ducta vox à *vallo*, quo muniri ſolent caſtra. Alludit vox Scipionis, in Ep. Liv. 57, 2. *Cum gladio te vallare ſcieris, vallum ferre deſinito.* 12 Natura loci. 13 Tantùm abeſt, ut oppugnari potuerit. 14 Occupata, inſeſſa. 15 Benè igitur noſter ſuprà 1, 8, 6. cenſum Servii commendat eo, quod effecerit, *ut ipſa ſe noſſet Reſp.* Hinc Britanni apud Tac. Agricol. c. 15. monentur, *ut ſe numerent*, id eſt, vires ſuas cum Romanis conferant; ſtatim appariturum imbecillitatem populi Romani. Pertinet huc adagium noſtratium, quo dicunt, equum, ſi vires ſuas noſſet, homini, quippe debiliori, non ita patienter pariturum.

omnium

Digitized by Google

omnium provinciarum vires ſuas, poſtquam victa eſt,
5 [1] intellexit. In [2] hac [3] propè ducentos per annos [4] dimicatum eſt, à primis Scipionibus, in Cæſarem Auguſtum, non continuè nec [5] cohærenter, ſed prout cauſæ laceſſierant: nec cum Hiſpanis initio, ſed cum Pœnis in Hiſpania: indè contagio & ſeries cauſaque bellorum.
6 Prima per Pyrenæum jugum [6] ſigna Romana Publius & Cnæus Scipiones [7] intulerunt: prœliiſque ingentibus Annonem & Aſdrubalem fratrem Annibalis ceciderunt: [8] raptaque [9] erat impetu Hiſpania, niſi [10] fortiſſimi viri, in ipſa ſua victoria, oppreſſi Punica fraude cecidiſſent,
7 terra marique victores. Igitur quaſi novam [11] integramque provinciam ultor patris & patrui Scipio [12] ille, mox Africanus, invaſit: iſque [13] ſtatim, capta Carthagine, & aliis urbibus, non contentus Pœnos expuliſſe, [14] ſtipendiariam nobis provinciam fecit: omne citra ultraque [15] Iberum ſubjecit imperio: primuſque Romano-
8 rum ducum victor ad Gades & Oceani [16] ora pervenit. [17] Plus eſt [18] provinciam retinere, quàm [19] facere: itaque per partes jam hùc, jam illùc miſſi duces, [20] qui ferociſſimas, & ad id temporis libe-

1 Idem verbum in ſimili ſententia Plauti: *Tum denique homines noſtra* intelligimus *bona, Cùm, quæ in poteſtate habuimus, ea amiſimus.* 2 Hiſpaniâ. 3 Conſentit Liv. 28, 11, 10. 4 Bellum geſtum eſt. 5 Aſſiduè. 6 Exercitum. 7 Admoverunt. 8 Occupata, correpta. Ita Curt. 4, 14, 1. *Syriam Ægyptumque præterevntibus* raptas 9 Fuiſſet. 10 Publius & Cnæus Scipiones. 11 Cæſ. de bel. civ. 20, 5. *ſuos cohortatus, quos* integros *ſuperaviſſent, ut victos contemnerent.* Egregius & clarus. 13 Nempe eodem die, quo obſeſſa. Vide ſuprà 2, 6, 39. 14 Quæ ſtipendium pendit, ſive ſtipendium pendentem nobis regionem perdomuit, ut reciperet jugum. 15 Hiſpaniæ fluvium. 16 Oſtia. 17 Majoris operæ. 18 Regionem aliquam. *Viribus parantur, jure retinentur*, ut ait Florus 4, 12, 19. ubi eadem eſt ſententia. Similis apud Liv. 37, 35, 5. *Parari ſingula acquirendo facilius poſſunt, quàm univerſa teneri.* Curt. 1, 11, 9. *Facilius eſt quædam vincere, quàm tueri.* Sic. Claud. Paneg. 2. in Stiliconem: *Plus eſt ſervaſſe repertum, Quàm quæſiſſe novum.* Caulam hujus difficultatis tangit etiam Ovid. de Arte 2, 21. *Non minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri: Caſus ineſt illic; hîc erit artis opus.* 19 Perdomare, ut recipiat jugum. 20 Similis locus infrà 4, 12, 2. *Nova quippe pax: nec dùm aſſuetæ frenis ſervitutis tumida gentium inflataque cervices, ab impoſito nuper jugo reſiliebant.*

ras gentes, ideò impatientes[1] jugi, multò labore, nec
9 incruentis certaminibus ſervire docuerunt. Cato[2] ille
Cenſorius Celtiberos, id eſt, [3] robur Hiſpaniæ, aliquot
prœliis [4] fregit. [5] Gracchus, pater ille Gracchorum,
eoſdem centum & quinquaginta urbium everſione [6] mul-
10 tavit. [7] Metellus ille, qui ex Macedonia cognomen me-
ruerat, cùm & [8] Contrebiam memorabili cepiſſet exem-
11 plo & [9] Nertobriges, majori gloriâ pepercit. [10] Lucul-
lus Turdulos, atque Vaccæos: de quibus [11] Scipio ille
poſterior, ſingulari certamine, cùm Rex [12] fuiſſet pro-
vocatus, [13] opima retulerat. [14] Decimus Brutus ali-
12 quantò latius, Celticos Luſitanoſque, & omnes Gallæ-
ciæ populos, [15] formidatumque militibus [16] flumen Obli-
vionis: [17] peragratoque victor Oceani littore, non priùs
[18] ſigna convertit, quàm [19] cadentem in maria Solem

1 Servitutis. 2 Egregius & clarus. Geſta hujus Catonis contra Celtiberos, ſcribit Plutarch. in vitâ ejus, & in apophth. Val. Max. 4, 3, 11. Multa Cicero in Catone Majore. 3 Fortiſſimos Hiſpanorum. Sic *Robur Italici ſanguinis*. 4, 2, 5. *Orientis*. Ibid. *ſociorum*. 3, 18, 6. 4 Vincendo debilitavit. 5 Tib. Sempronius. Quod hîc dicitur de Graccho patre, lege apud Val. Max. 4, 6, 1. Cic. de Divinat. 1, 18, & alibi. Adde Liv. 41, 6. 6 Punivit. 7 Metellus, inquit ille, qui tulerat ex Macedoniâ cognomen, meruerat & ex Celtiberia ferre, cùm duas urbes in Celtiberia cepiſſet, victis pepercit, nec eorum urbes evertit, & ita abſtinuit Celtiberici cognomine, quod ad æternam gentis maculam & opprobrium retinuiſſet. Sed majorem laudem adeptus eſt ob humanitatem & clementiam quâ erga victos uſus eſt, quàm ſi ex victoriâ cognomen tuliſſet. 8 Celtiberorum urbem in Hiſpania. 9 Valerius Maximus *Centobricenſes* appellat. 5, 1, 5. 10 Luculli geſta in Hiſpaniâ ſcribit Epit. Liv. 48. 11 Æmilianus. Lege Val. Max. 3, 2, 6. 12 Provocatſſet. Paſſivum uſurpatum ut Deponens. Sic Cic. pro Mil. *Punitus es inimicum*. Suet. Aug. cap. 21. *Multatus eſt rebellantes*. 13 Spolia egregia, laxiore ſignificatione: nam alioqui *ſpolia opima* ſunt, quæ dux occiſo à ſe hoſtium duci detrahit. Dicuntur autem ferè *Opima*, non addita voce *ſpoliorum*, intellecta tamen. Ita Sen. Herc. Fur. Opima *victi Regis ad ſuperas refert*. 14 Quæ de Decio Bruto dicit Florus, ſumpta ſunt ex Epit. Liv. 55, & 56. 15 Quod formidant milites. 16 *Ferunt inter Celticos & Turdulos, cùm feciſſent expeditionem eò, Limæum flumen cùm tranſiſſent, ortam ſeditionem: ad quam cùm acceſſiſſet ducis obitus, manſiſſe illos ibi diſperſos, indèque Oblivioni fluvio factum nomen*. Strabo. lib. 3. 17 Perluſtrato. 18 Exercitum. 19 Poëtico more, ſed & ex opinione communi. Antiquitas Apollinem quotidiè ad veſperam in Tethyos cubilia ſe recipientem fingebat. Ipſe apud Ovid. 2. Met. *Tunc etiam, quæ me ſubjectis excipit undis, Ne ferar in præceps, Thetis ſolet ipſa vereri*. Quò reſpiciens Sil. 3. Tethyn appellat *Phabea cubilia*. Hinc ſubjicit noſter, *non ſinè quodam ſacrilegii metu & horrore*.

obrutum-

tumque aquis ignem, non ſine quodam ſacrilegii metu
13 & [1] horrore, deprehendit. Sed tota certaminum mo-
les cum Luſitanis fuit & Numantinis, nec immeritò.
Quippe ſolis gentium Hiſpaniæ duces contigerunt.
Fuiſſet & cum omnibus Celtiberis, niſi dux illius mo-
tus initio belli oppreſſus eſſet, [2] ſummus vir [3] aſtu &
14 audaciâ, ſi res ceſſiſſet, Salondicus: [5] qui haſtam ar-
genteam quatiens, velut cœlo miſſam, vaticinanti ſi-
milis, omnium in ſe mentes converterat. Sed cùm
[6] pari temeritate ſub nocte caſtra Conſulis adiiſſet,
15 juxta tentorium ipſum pilo vigilis [7] exceptus eſt. Cæte-
rùm Luſitanos [9] Viriatus erexit, vir calliditatis [9] acer-
rimæ: qui ex venatore latro, ex latrone ſubitò dux at-
que imperator, &, ſi fortuna [10] ceſſiſſet, Hiſpaniæ
[11] Romulus: non contentus libertatem ſuam defende-
re, per quatuordecim annos omnia citra ultraque Ibe-
16 rum & Tagum, igni, ferroque populatus; caſtra etiam
[12] Prætorum, & præſidum aggreſſus, Claudium Uni-
manum penè ad [13] internecionem exercitus cecidit, &
[14] inſignia trabeis & faſcibus noſtris, quæ ceperat, [15] in
17 montibus ſuis [16] trophæa fixit: tandem etiam Fabius
Maximus Conſul oppreſſerat: ſed à ſucceſſore Pompilio
violata victoria eſt: quippe qui conficiendæ rei cu-

1 Veneratione cum metu juncta, quæ ex religione incutitur. 2 Excellentiſſimus. 3 Aſtutiâ. 4 Succeſſiſſet. 5 Salondicus. Commento uſus eſt apud imperitam multitudinem efficaciſſimo, quæ ſuperſtitione capta, nullum pro Duce ſuo ſolet recuſare periculum, ſi cum Diis eum putat habere commercium. 6 Sicut aſtutia. 7 Oppreſſus eſt. 8 Hiſtoriæ hujus auctores ſunt, Epit. Liv. 52, & 54. Cic. de Offic. 2, 11. Valer. Max. 6, 4, 2. Sil. 3, 554. 9 Acutiſſimæ, ſolertiſſimæ. 10 Succeſſiſſet. Sic paulò ante: *Si res* ceſſiſſet. 11 Fundator & conditor imperii Hiſpani, ſicut Romani fuerat Romulus. 12 M. Vetilii & C. Plaucii. 13 Univerſalem cladem. 14 Inſignita. 15 Trophæa non figebantur, niſi in eminentioribus locis. 16 Monumenta victoriæ erexit.

pidus, [1] fractum ducem, & extrema deditionis [2] agitantem, per fraudem, & insidias, & [3] domesticos percussores aggressus, hanc hosti gloriam dedit, ut videretur aliter vinci non potuisse.

1 Debilitatum. 2 Deliberantem. 3 Amicos, familiares occisores, quos pro pace consequendâ miserat. De facinore hoc sic scribit Val. Max. 9, 6, 4. *Viriati etiam cædes duplicem perfidiæ accusationem recepit: in amicis, quòd eorum manibus interemptus est: in Q. Servilio Cæpione Consule, quia is sceleris hujus auctor, impunitate promissa, fuit: victoriamque non meruit, sed emit.*

CAP. XVIII.

[1] *Bellum Numantinum.*

1 NUmantia, quantum [2] Carthaginis, Capuæ, Corinthi [3] opibus inferior; ita [4] virtutis nomine & honore par omnibus, summumque, si viros æstimes, Hispaniæ
2 [5] decus: quippe quæ sinè muro, sinè turribus, modicè edito in tumulo apud flumen Durium sita, quatuor millibus Celtiberorum, quadraginta millium exercitum, per annos quatuordecim sola sustinuit; nec sustinuit modò, sed sævius aliquantò perculit, pudendisque fœderibus affecit. [6] Novissimè cùm invictam esse [7] constaret, opus
3 quoque [8] eo fuit, qui Carthaginem [9] everterat. Non [10] temerè, [11] si fateri licet, ullius causa belli injustior. [12] Sedigenses socios & consanguineos. Romanorum manibus elapsos, [13] exceperant: [14] habita pro eis deprecatio nihil valuit: cùm se ab omni bellorum contagione re-
4 moverent, in legitimi fœderis pretium, jussi *arma depo-*

1 Bellum Numantinum scribunt. Epit. Liv. 57. & seqq. Val. Max. 2, 7, 1. 3, 2, 7. ext. 7. 1, 3. ext. Eutrop. 4, 3. 2 Fuit hæc urbs Celtiberorum in Hispania, obsidione suâ celeberrima. 3 Potentiâ minor. 4 Ob fortitudinem. 5 Ornamentum. 6 Ad extremum. 7 Certum, notum esset, 8 Nempe P. Cornelio Scipione. 9 Deleverat. 10 Facile. 11 Simili præfatione utitur infrà 3, 7, 1. *Creticum bellum*, si vera volumus noscere, *nos fecimus*. 12 Incolæ Sedigæ urbis. 13 Numantini scilicet. Cùm Thebas diruisset Alexander, Athenienſibus quoque, quia contra interdictum portas refugiis profugorum aperuerant, bellum indixit. Iustin. 11, 3, 10. 14 *Habere deprecationem* idem est, quod deprecari.

nere.

Digitized by Google

nere. Hoc sic [1] à barbaris acceptum, [2] quasi manus abscinderentur. Itaque statim, Megara viro fortissimo duce, ad arma conversi, Pompejum prœlio aggressi, fœdus tamen 5 maluerunt, cùm [3] debellare potuissent. Hostilium deinde Mancinum: hunc quoque assiduis cædibus ita [4] subegerunt, [5] ut ne oculos quidem aut vocem Numantini 6 viri quisquam sustineret. Tamen cum hoc quoque fœdus maluêre, contenti armorum [6] manubiis, cùm ad [7] in- 7 ternecionem [8] sævire potuissent. Sed non minùs Numantini, quàm [9] Caudini illius fœderis, flagrans ignominia ac pudore populus Romanus, dedecus quidem præ- 8 senti flagitii [10] deditione Mancini [11] expiavit: [12] cæterùm duce Scipione, [13] Carthaginis incendiis ad [14] excidia urbium imbuto, tandem etiam in ultionem [15] ex- 9 canduit. Sed tunc [16] acriùs in castris, quàm in cam-

1 Numantinis interpretatum, intellectum. 2 De Hispanis in genere Iust. 44, 2, 5. *Plurimis militares equi, & arma, sanguine ipsorum cariora.* Liv. 34, 17. Hispanos pleroſque sibi manus attulisse refert ob adempta arma. *Ferox gens,* inquit, *nullam vitam rati sine armis esse.* Nam, ut ait Diodorus, *Fortes arma & vitam eodem æstimant pretio.* Unde P. Furius maluit cum millenariâ cohorte perire, quàm redimere salutem traditis armis. Dionys. 9, 80. 3 Bello vincere. 4 Domuerunt. 5 Ut nemo Numantinis appropinquare ausus fuerit. Nonnulli exponunt hæc de ardore vultus & oculorum. Suprà jam docuimus, vanis sæpè plus commoveri militum animos, quàm justis formidinis causis. Quidam enim solo *aspectu*, quidam solo *clamore hostium* debellari se patiuntur. Hinc & pugnam βοὴν, id est, *vocem & clamorem* vocabant veteres. Homerus Iliad. β. Menelaum commendat, à clamore; βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος. Plura Gruterus discursu 12. in Tac. Freinshemius in Curt. 3, 10. 1. At de verâ virtute Sen. *Adversus apparatus terribilium rectos oculos tenet, nihil ex vultu mutat, sive illi dura, sive secunda ostentantur.* 6 Prædâ. 7 Universalem cladem, *cùm spes nulla servandi exercitus esset.* Epit. Liv. 55. 8 Crudeliter agere. 9 Vide suprà, 1, 14. 10 Mancinus enim nudus à P. Furio Philo Consule, manibus post terga revinctis, ante portas Numantinorum expositus, ibique in noctem à suis desertus, ab hostibus non receptus, tristi spectaculo utriusque commiserationem movit. 11 Purgavit, placavit. Romani enim hac Mancini deditione sese satisfeciſſe fœderi credebant. 12 Sed. 13 Nimirùm, *Iter est, quacunque dat prior vestigium:* ut loquitur P. Syrus, 14 Eversiones. 15 Exarsit, incensus est. 16 Similiter Tacit. lib. 13. An. cap. 35. *Sed Corbuloni plus molis adversus ignaviam militum, quàm contra perfidiam hostium erat.*

po,

po, [1] noſtro cum milite, quàm cum Numantino, præ-
10 liandum fuit. Quippe aſſiduis & injuſtis & [2] ſervilibus maximè operibus attriti, ferre plenius vallum, qui arma neſcirent; luto inquinari, qui ſanguine nollent, jubebantur. Ad hoc ſcorta, [3] calones, ſarcinæ, niſi
11 ad uſum neceſſariæ, [4] amputantur. [5] Tanti eſſe exercitum, quanti Imperatorem, verè proditum eſt. Sic redacto in diſciplinam [6] milite, [7] commiſſa acies: quodque nemo viſurum ſe unquam ſperaverat, factum
12 eſt, ut fugientes Numantinos quiſquam videret. Dedere etiam ſeſe [8] volebant, ſi toleranda [9] viris imperarentur. Sed cùm Scipio veram vellet & [10] ſinè exceptione, victoriam, eò neceſſitatum compulſi, ut [11] deſtinatâ morte in prœlium ruerent, cùm ſeſe prius epulis, quaſi [12] inferiis, impleviſſent, carnis [13] ſemicrudæ, &
[14] celiæ: ſic vocant indigenam ex frumento potionem.
13 Intellectum ab [15] Imperatore conſilium: itaque non eſt permiſſa pugna morituris. [16] Cum foſſâ, at-

1 Cum noſtris militibus. 2 Servis dignis maximè laboribus militaribus, ad uſum militiæ pertinentibus, ſenſim debilitati. 3 Servi militum caſtra ſequentes, qui fuſtes gerebant, vel qui militibus ligna ſubminiſtrabant. 4 Adimuntur, removentur. Idem fecit Alexander apud Curt. 6, 6. 5 *Scilicet in vulgus manant exempla regentum; Utque ducum lituos, ſic mores caſtra ſequuntur.* Claud. de laud. Stil. 1. 168. Hinc Liv. 5, 18. *multitudinem ſemper fermè regenti eſſe ſimilem.* Confeſſi id etiam ſunt Numantini: rogati enim poſt cladem, an non pudore ſuffunderentur, quod ab iis ſuperati eſſent, quos ipſi antè toties ſuperarant: Reſponderunt, fateri ſe eaſdem eſſe oves, ſed alium iis præeſſe paſtorem. 6 Militibus, 7 Prœliatum eſt. 8 Numantini. 9 *Vir* ſignificationem hîc habet fortitudinis. 10 Sinè conditione, ſinè ullâ pactione. 11 Præconcepta, præpoſita. 12 Sacrificiis, quæ inferis ſolvuntur. Qui mortem ſibi conſciſcere volunt, ut omnem ſenſum ſibi doloris adimant, ſolent vino & epulis largiùs indulgere; ſic enim homines ad quidvis ſuſcipiendum audaciores efficiuntur. Atque hoc feciſſe dicitur Brennus, qui Gallos in Græciam duxit. Nam cùm profligatas res ſuas cerneret, tædio ac deſperatione victus cùm ſe mero ingurgitaſſet, manus ſibi attulit. 13 Non planè coctæ. 14 *Celia* eſt cereviſiæ genus, ſeu potus ex frugibus confectus. Eſt item *Celia* Apuliæ oppidum. 15 Scipione. 16 Timebat tam paucos Numantinos tanto exercitu inſtructus Scipio, & quanquam prœlio victor, urbem vi tentare auſus non fuit. Eam igitur diutiùs, quàm per annum integrum, undique circumſepſit, ut quam ſuorum virtute obtinere ſe poſſe deſperabat, à fame obſeſſorum impetraret victoriam.

que

que [1] loricâ, quatuorque caſtris circumdatos, fames premeret; ab [2] duce orantes prœlium, ut tanquam [3] viros occideret, ubi non impetrabant, placuit [4] eru-
14 ptio: ſic [5] conſertâ manu plurimi occiſi: & cùm urgeret fames, aliquantiſper [6] indè vixere: [7] noviſſimè conſilium fugæ [8] ſedit: ſed hoc quoque, ruptis equorum cingulis, uxores ademêre, ſummo ſcelere, per amo-
15 rem. Itaque [9] deplorato exitu, in [9] ultimam rabiem furoremque converſi, poſtremò mori [10] hoc genere deſtinarunt: duces ſuos, ſeque, patriamque, [11] ferro & veneno, ſubjectoque undique igne [12] peremerunt.
16 [13] Macte fortiſſimam, &, meo judicio, beatiſſimam in ipſis malis civitatem! [14] aſſeruit [15] cum fide ſocios, populum [16] orbis terrarum viribus fultum, ſuâ manu, ætate tam longâ, ſuſtinuit. Noviſſimè, maximo duce oppreſſa civitas, nullum de ſe gaudium [17] hoſti reliquit.
17 Unus enim vir Numantinus non fuit, qui in catenis duceretur. Præda, ut de pauperibus, nulla: arma ipſi cremaverant. Triumphus fuit tantum de nomine.

1 Vallo & aggere. 2 Scipione. 3 Fortes milites. Nam ille aliter pereundi modus viliſſimos fortiſſimoſque non diſtinguit. Senſerunt hoc Alexandri milites, cum *quererentur clariſſimum Regem non in acie ſaltem, non ab hoſte deiectum; ſed abluentem aquâ corpus ereptum eſſe.* Curt. 5, 5. 4 Cum impetu egreſſio. *Eruptio* enim eſt, cum milites eſt urbe impetum in hoſtes faciunt. 5 Poſtquam conflixiſſent. 6 Ex cadaveribus occiſorum. Meminit Valer. Max. 7, 6, 2. ext. *Capta jam urbe complures inventos, artus & membra trucidatorum corporum ſinu ſuo geſtantes.* 7 Ad extremum. 8 Placuit, fixum atque ratum fuit. 9 Deſperato eventu, Sic Suprà 2, 15, 16. *Deploratis rebus.* 9 Extremam, ſummam. 10 Theogenem quendam hujus facinoris auctorem facit Val. Max. 3, 2, 7. ext. 11 Armis, gladiis. 12 Interfecerunt, ne ſcilicet viri fortiſſimi noviſſimum ſpiritum per indibrium & contumelias effundere cogerentur. Simili furore à victorum poteſtate ſe ſuaque vindicarunt Aſtapenſes, Liv. 28, 12. Cantabri, infrà 4, 12, 50. Cappadoces, Juſt 16, 6, 2. Carthaginenſes, Florus 2, 15, 17. Valer. Max. 3, 2, 8. Cimbricæ feminæ, infrà 3, 3, 29. Judæ, Joſeph. de bel. Jud. 6, 28, & 7, 18. Thalenſes, Sal. in Ing. & plurimi alii. 13 *Mactus* idem eſt, quod magis auctus. Solus autem vocativus utriuſque numeri eſt in uſu, *macte* & in pl. *macti*, quibus proprie utimur, cum aliquem ob rem pœne cœptam laudamus, & ad perficiendum adhortamur. Virg. Macte *novâ virtute puer.* Liv. Macti *virtute, milites Romani eſte.* 14 Defendit. 15 Summâ fide, bonâ fide, fideliter. 16 Intelligendum hoc de orbe Romano. 17 Appianus tradit Scipionem, quinquaginta ad triumphum ſelectis, qui efferata maximè ſpecie eſſent, reliquos ſub corona vendidiſſe.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XIX.

1 HActenùs populus [1] Romanus pulcher, egregius, pius, ſanctus, atque magnificus, reliqua ſæculi, ut grandia æquè, ita vel magis turbida & fœda; [2] creſcentibus
2 cum ipſa magnitudine imperii vitiis: adeò ut ſi quis hanc tertiam ejus ætatem tranſmarinam, [3] quam ducentorum annorum fecimus, dividat; centum hos priores, quibus Africam, Macedoniam, Siciliam, Hiſpaniam domuit, [4] *aureos*, (ſicut Poëtæ canunt) jure meritòque fa-
3 teatur: centum ſequentes, *ferreos* planè & eruentos, & ſi quid immanius: quippe qui Jugurthinis, Cimbricis, Mithridaticis, Parthicis bellis, Gallicis atque Germanicis, quibus [5] cœlum ipſum gloria aſcendit, Graccha-
4 nas, Druſinaſque cædes, ad hoc Servilia bella miſcuerunt: & ne quid turpitudini deſit, Gladiatoria. Denique, [6] in ſe ipſe converſus, Marianis, atque Syllanis, noviſſimè Pompeji, & Cæſaris manibus, quaſi per rabiem,
5 & furorem, & nefas, [7] ſemetipſe laceravit. Quæ etſi

1 Quæ hoc capite continentur, patent ex antehabitis & poſthabendis capitibus. Proſequitur autem luxuriam per Aſiaticos triumphos in Urbem invectam, exterarum gentium metu amoto; virtutem Romanorum inclinatam, & in vitia degenerantem. Lege Liv. 39, 6. Iuſtin. 36, 4, 12. Iuvenal. Sat 3, 58. &c. & 6, 298. &c. 2 Vide infrà 3, 12, 11. Adde Sal. Cat. cap. 20. *Sed ubi labore atque juſtitia Reſpublica crevit; Reges magni bello domiti; nationes feræ & populi ingentes vi ſubacti; Carthago æmula imperii Romani ab ſtirpe interiit; cuncta maria terræque patebant; fortuna ſævire ac miſcere omnia capit.* 3 Suprà Prol. num. 8. 4 Ex variis hominum moribus quatuor ætates Poëtæ effecerunt, quibus pro morum qualitate à metallis nomina impoſuerunt. Prima enim *Aurea* fuit appellata, quòd optimis moribus illo tempore, quo Saturnus regnavit, homines floruerint. Secunda *Argentea*, quòd, quo tempore cœpit regnare Iupiter, in vitia homines inclinare cœperint. Tertia *Ærea*, quam bella occuparunt. Quarta *Ferrea*, quòd in ea à nullo crudelitatis genere homines abſtinuerint. Lege Ovid. Met. 1. Fab. 3, & 4. 5 Sic Daphnis Virgilianus uſque *ad ſidera notus*: Ecl. 5, 43. & Æn. 1, 291. de Iulio Cæſare: *famam qui terminat aſtris.* 6 Contra ſe. Iuſtin. 44, 2, 2. de Hiſpanis: *Si extraneus deeſt, domi hoſtem quærunt.* Hinc Liv. 30, 44. *Nulla magna civitas diu quieſcere poteſt. Si fortis hoſtem non habeat, domi inveniet.* 7 Mire furentium ſuos ipſe artus & ſua membra cædens, quod de Macedonibus dixit Iuſtin. 13, 6, 17.

invo-

Digitized by Google

[1] involuta inter se sunt omnia atque confusa: tamen quò
6 melius appareant, simul &, ne scelera virtutibus obstrepant, separatim proferentur: priusque, ut cœpimus, justa illa, & pia cum exteris gentibus bella, memorabimus: ut magnitudo crescentis in dies imperii appareat: tum ad illa civium scelera, turpesque & impias pugnas revertemur.

1 Tenebris offusa, obscura. 2 Vult Florus, nolle se interrumpere seriem laudabilium commemoratione fœdiorum. Eodem consilio Ovid Fast. 1, 61. *Hæc mihi dicta semel, totis hærentia fastis, Ne seriem rerum scindere cogar, erunt.* 3 Civiles. Ita Claud. in Ruf. 1, 61. *Impia certamina* vocat à cive concitata contra Remp. quæ parentis instar est. Quâ de causâ *Impii* etiam dicuntur, qui insidiantur principi: ut apud Curtium sæpius in causa Philotæ.

CAP. XX.

[1] *Bellum Asiaticum.*

[1] VIcta ad Occasum Hispania, populus Romanus ad orientem pacem agebat; nec pacem modò, sed inusitata & incognita quadam felicitate, relictæ regiis hæreditatibus
2 opes, & tota [1] insimul regna veniebant. [2] Attalus, Rex Pergamenorum, Regis Eumenis filius, socii quondam commilitonisque nostri, testamentum reliquit: *Populus Romanus bonorum meorum hæres esto:* [3] in bonis [4] Regi fue-

1 Iunctim, simul. 2 Quæ hîc de Attali Regis testamento dicuntur, habentur à Plin. 33, 11. Val. Max 5, 2, 3. ext. Epit. Liv. 58, & 59. Iust. 36, 4, 5. Eutrop. 4, 3. Advertendum. Asiam, bello captam, Attalo Regi muneris loco possidendam populum Romanum tribuisse, &c. Lege Val. Max. 4, 8, 4. Attalus enim contra Philippum, Macedoniæ Regem, & contra Antiochum pro Rom. pugnaverat. 3 *Hæres* is dicitur, qui defuncto succedit in jus universum, quod habebat: ab *hærendo* quidam dictum putant, quia qui *hæres* est, *hæres* seu proximus est illi, cujus est *hæres*. Quidam hoc nomen ab *herus* derivant, & per simplex e scribendum, putant, quòd *Dominus* fiat bonorum, quæ ad eum perveniunt. *Secundus hæres* dicitur, qui hæredi instituto substituitur, eâ lege, ut si prior hæreditatem non adeat, devolvatur ad secundum. 4 Attali Al. *in bonis Regis hæc fuerunt.* Alii existimant post hæc verba deesse multa, sc. regionum, urbium, aliarumque ditionum nomina, quæ in hæreditatem venerant, aut in bonis fuerant Attali. Convenientior tamen eorum sententia est, qui ad superiora hæc referunt; sc. *Tota insimul regna venibant*, & paulo post, *Populus Romanus bonorum meorum hæres esto.* Vult enim dicere: *In bonis Regis*, quorum Attalus in testamento mentionem fecit, *fuerant hæc ipsa*, sc. *regna*. Alioqui non omnia regna ita sunt Regum, ut eorum hæredem externum aliquem instituere possint.

rant

3 rant. [1] Aditâ igitur hæreditate, provinciam populus Romanus, non quidem bello, nec armis; sed, quod est
4 æquius, testamenti jure retinebat. Sed hanc, difficilo dictu est, utrùm faciliùs amiserit, an recuperaverit. Aristonicus [2] regii sanguinis ferox juvenis, urbes, [3] Regibus parere consuetas, partim facilè [4] sollicitat: paucas resi-
5 stentes, Myndum, Samon, Colophonem, vi recepit. Crassi quoque Prætoris [5] cecidit exercitum, [6] ipsumque cepit: sed [7] ille memor & [8] familiæ, & Romani nominis, custodem sui barbarum virgulâ excœcat: [9] in exi-
6 tium sui, quod volebat, ita concitat. Mox à [10] Perperna [11] domitus, & captus, & per deditionem [12] in vin-
7 culis habitus. [13] Aquilius Asiatici belli reliquias confecit, mixtis (nefas!) [14] veneno fontibus ad deditionem quarundam. Quæ res ut maturam, ita [15] infamem fecit victoriam: quippe cùm, contra fas Deûm moresque majorum, [16] medicaminibus impuris, [17] in id tempus [18] sacrosancta Romana arma violasset.

1 Cùm igitur pro hærede poulus Romanus se gessisset. Notandum hîc obiter, *adire hæreditatem*, & *immiscere se hæreditati* quosdam ita distinguere, ut *adeant hæreditatem*, qui alieni sunt, hoc est, qui non sunt filii, nec filiorum filii: filii verò sive filiorum filii *immiscere se hæreditati* dicantur: sed hæc confunduntur. 2 Erat enim Eumenis, cui Attalus successerat, filius. Ejusdem commatis locus cum illo, quem suprà habuimus 2, 12, 2. *Fortissimum populum memoria suæ nobilitatis agitabat.* 3 Plutarch. in Ant. Orientales vocat *homines servire assuetos, & regnari quærentes.* 4 In suas partes pertrahit. 5 Profligavit. 6 Crassum. Idem Val. Max. 3, 2, 12. 7 Crassus. 8 Non tam adoptivæ, quam agnatæ, Muciæ scilicet, undè *Mucianus* appellatus est: solebant enim Romani adoptantis quidem assumere nomen, sed & suæ familiæ retinere. 9 Nam barbarus ille latus Crassi sicâ confodit. 10 Marco prænomine. Meminit hujus Perpernæ Valer. Max. 3, 4, 5. qui Consul fuit, antequam civis, & Crasso in Asiam successit: hic Aristonicum recenti victoria grassantem & exultantem inopinato prælio aggressus fudit & in fugam vertit. 11 Victus Aristonicus. 12 Captivus detentus est. 13 Manius Aquilius Consul, Perpennæ successor, Attali gazas Romam deportavit, & de victoria, alterius labore parta, triumphavit. Aristonicus in carcere jussu Senatus trucidatus. 14 Idem fecerunt Asii contra Curionem. Lucan. 4, 360. 15 Turpem. 16 Venenis. Sic Græcis interdùm Φάρμακον accipitur. 17 Usque ad. 18 Pura, impolluta, nullis flagitiis inquinata.

LIBER

LIBER TERTIUS.

CAP. I.

[1] *Bellum Iugurthinum.*

1 HÆc ad Orientem: ſed non ad Meridianam [1] plagam eadem quies. Quis [3] ſperaret [4] poſt Carthaginem aliquod in Africa bellum? Atqui non leviter ſe Numidia [5] concuſſit: & fuit in Jugurtha, quod [6] poſt Annibalem timeretur. Quippe [7] Rex callidiſſimus populum Romanum armis [8] inclytum, & invictum, opibus [9] aggreſſus eſt: & citra ſpem omnium fortuna [10] ceſſit, ut Rex, [11] fraude præcipuus, fraude caperetur.
3 [12] Hic avo [13] Maſiniſsâ, & Micipsâ patre [14] per adop-

1 Bellum, quod populus Romanus cum Iugurthâ geſſit. Cæterùm hic Iugurtha ex pellice Manaſtabilis filius, Maſiniſſæ nepos erat, quem Micipſa, Numidiæ Rex, Scipioni Æmiliano, rem cum Numantinis gerenti, auxilio miſit: cumque ibi res magnas feliciter & fortiter geſſiſſet, eaſque Scipio litteris etiam ad Micioſam datis teſtaretur, Rex eum, etſi Atherbalem & Hiempſalem filios haberet, tamen in filium adoptavit, atque dùm ſuis tutorem & patronum hoc beneficio ſibi demereri parat, perculſorem in ſuos immiſit. De bello, contra Iugurtham geſto, exſtat liber integer Salluſtii. Epit. Liv. 62. & ſeqq. Plutarch. in Mario & Syllâ. Eutrop. 4, 3. 2 Regionem. 3 Timeret. Virg. 4. Æn. *Hunc ego ſi potui tantum* ſperare *dolorem.* 4 Emphaticè iſtud profertur. Q. d. neminem potuiſſe ſuſpicari in Africâ, Carthagine deletâ, hoſtem aliquem metuendum eſſe, qui hoſtium maximè erat formidoloſus & potens: cùm alias ſoleat fieri, ut, validiſſimis domitis, reliqui ſponte in poteſtatem veniant. 5 Commota, tumultuata eſt. 6 Q. d. neminem quoque potuiſſe ſuſpicari, hoſtem aliquem metuendum eſſe, victo Annibale. 7 Iugurtha. 8 Celebrem & magni æſtimatum. 9 Adortus eſt. Notat enim plus occultâ liberalitate, quàm aperto perfici bello. Hac arte luſit Philippus Alexandri Magni pater: de quo ita Horat. lib. 3. Od. 16. *Diffidit urbium Portas vir Macedo, & ſubruit æmulos Reges muneribus, munera navium Sævos illaqueant duces.* 10 Succeſſit. 11 Callidiſſimus. 12 Iugurtha. 13 Rege Numidarum, & amico. Pop. Rom. patre Micipſæ; de quo Sal. in Iug. 14 In filii locum adſcriptione, filii factione. Erat enim Iugurtha verus filius Manaſtabalis, fratris Micipſæ.

tioeem,

tionem, cùm interficere [1] fratres ſtatuiſſet, [2] agitatus regni cupiditate, nec illos magis, quàm Senatum populumque Romanum, quorum in fide & [3] clientela regnum erat,
4 metueret: primum ſcelus [4] mandat inſidiis: potituſque Hiempſalis capite, cùm ſe in Atherbalem convertiſſet, iſque Romam profugiſſet, miſſa per legatos pecunia traxit in [5] ſententiam ſuam Senatum. Et hæc fuit de nobis
5 ejus prima victoria. Miſſos deinde, qui regnum inter [6] illum Atherbalemque dividerent; ſimiliter [7] aggreſſus, cùm in Scauro ipſos Romani imperii [8] mores expugnaſ-
6 ſet, inchoatum [9] nefas perfecit audaciùs. [10] Sed diu non latent ſcelera: [11] corruptæ nefas legationis erupit:
7 placuitque bello perſequi parricidam. Primus in Numidiam Calpurnius Beſtia Conſul [12] immittitur: ſed Rex, [13] peritus, fortius adverſus Romanos aurum eſſe, quàm
8 ferrum, pacem emit. Cujus flagitii [14] reus, cùm [15] interveniente publica fide à Senatu accerſeretur, pari audacia & venit, &, [16] competitorem imperii Maſiniſſæ [17]
9 Maſſivam, immiſſo percuſſore, [18] confecit. Hæc altera contra Regem fuit cauſa bellandi: igitur ſequens ultio mandatur Albino. Sed hujus quoque (pro dedecus!)

1 Atherbalem & Hiempſalem. 2 Impulſus, inſtigatus. 3 Tutelâ. 4 Per inſidias exequitur. Sic Iuſtin. 5, 2, 5. *Itaque cùm principes, velut omnium gloria ſua, interficiendum inſidiis mandaſſent*, &c. 5 Partes ſuas. 6 Iugurtham. 7 Adortus. 8 Inſtituta viciſſet. Scaurus enim Majorem abſtinentiæ & veræ virtutis fuerat ſpecimen: hîc autem ab ejus tramite defecit. Verum igitur illud Cic. Ver. 1. *Nihil tam ſanctum eſt, quod non violari; nihil tam munitum, quod non oppugnari pecunia poſſit.* 9 Scelus, facinus. 10 Sic Claud. *Nam lux altiſſima fati Occultum nihil eſſe ſinit, latebraſque per omnes Intrat, & abſtruſos explorat fama receſſus.* Item Lucret. Lib. 5. *Nec facile eſt placidam ac pacatam degere vitam; Qui violat factis communia fœdera pacis: Etſi fallit enim Divûm genus humanumque, Perpetuo tamen id fore clam, diffidere debet.* 11 Corruptorum ſcelus legatorum divulgatum, detectum eſt. 12 Mandatur ei, ut in Numidiam impetum faciat. 13 Expertus. 14 Accuſatus. 15 Interpoſita ſeu data fide, publica, id eſt, ſecuritate promiſſâ. 16 Æmulum, affectatorem. *Competitores* dicuntur, qui in magiſtratibus, in officiis, in honoribus petendis concurrunt: eſt enim à verbo *competo*, id eſt, ſimul peto. 17 Guluſſæ filium, Maſiniſſæ nepotem. 18 Interfecit.

ita

Digitized by Google

Ita tempus ordinatur. Et in tempore ordinatur hoc tempore: Statim, cum ego pronuntio: Statim fiet res. Ita ordinatur tempus. Ordinatur quoque in tempore. Cum enim dico: Ego pronuntio, ut fiat res, ordinatur tempus. Ordinatur quoque tempus. Cum enim dico: Ego pronuntio, ut fiat res,

ejus exitus? Iuvenem adgnitum, cum ardore & fa-
ma, tum ipsa Neronis cura, qui non alium magis
timuerit, quem ceteri maxime vellent. Ergo ad-
sidendum Galbæ in aula Afra fuit, cognitus
mendacio: tum, ut sæpe, quæ metuebat, finxit.
Is fama Galbæ natus, Mediolani adoptatus, per 15.
annos, quos inter pueritiam & adolescentiam
egerat, nec quisquam, nisi paucissimi, sciverant
genitum non e Virginio Rufo, sed e Cornelio
Fusco, quem Galba post Africam, Illyricum, ad
ultimum, etiam Galliæ imperio destinaverat. Ita
ut vana fides, ubi vera, despecta. Sed Fusco
distentum Sagitta, fraude Othonis in insidias ad-
ductum, Vinius, ut sæpe, ceterum in tali negotio
sapiens, dissuaserat, ne Galba in Italiam pro-
ficisceretur: Othonem, quia nihil ausurus, ut
nemini metuendum.

Ceterum Galba, ut Romam introiit, cuncta
turbida, & ob ea ipsa, quæ bene cœperat, ad-
modum gravia reperit. Namque Nero, quo
magis populares, & favore vulgi nixus, duplica-
verat largitiones, ita plura, quæ dissiparet, ha-
buit. Et Galba, ut sæpe, ut apud paucos, ut
in ea civitate, quæ libertatem nesciverat, ut
in ea ætate, quæ

Ita Mediolani adoptatus, cum ardore & fama, tum ipsa Neronis cura, qui non alium magis timuerit, quem ceteri maxime vellent. Ergo adsidendum Galbæ in aula Afra fuit, cognitus mendacio: tum, ut sæpe, quæ metuebat, finxit. Is fama Galbæ natus, Mediolani adoptatus, per 15. annos, quos inter pueritiam & adolescentiam egerat, nec quisquam, nisi paucissimi, sciverant genitum non e Virginio Rufo, sed e Cornelio Fusco, quem Galba post Africam, Illyricum, ad ultimum, etiam Galliæ imperio destinaverat. Ita ut vana fides, ubi vera, despecta. Sed Fusco distentum Sagitta, fraude Othonis in insidias adductum, Vinius, ut sæpe, ceterum in tali negotio sapiens, dissuaserat, ne Galba in Italiam proficisceretur: Othonem, quia nihil ausurus, ut nemini metuendum.

Ceterum Galba, ut Romam introiit, cuncta turbida, & ob ea ipsa, quæ bene cœperat, admodum gravia reperit. Namque Nero, quo magis populares, & favore vulgi nixus, duplicaverat largitiones, ita plura, quæ dissiparet, habuit. Et Galba, ut sæpe, ut apud paucos, ut in ea civitate, quæ libertatem nesciverat, ut in ea ætate, quæ

CAP. II.

[1] *Bellum Allogobricum.*

1 SIc ad meridiem populus Romanus. Multò atrocius, & multipliciter, & magis à Septentrione, sævitum.
2 Nihil hac [2] plaga infestius. Atrox [3] cœlum, [4] perinde ingenia. Omni igitur tractu violentus hostis, [5] à dextris [6] atque lævis, & medio Septentrionis, [7] erupit. [8] Pri-
3 ma trans Alpes arma [9] nostra sensêre [10] Salyi; cùm de [11] incursionibus eorum fidelissima atque [12] amicissima
4 civitas [13] Massilia quereretur. [14] Allobroges deinde, & & [15] Arverni, cùm adversus eos similes Æduorum [16] querelæ opem & auxilium nostrum flagitarent. [17] Varusque victoriæ testis, [18] Isaraque, & Vindelicus amnes,
5 & impiger [19] fluminum [20] Rhodanus. Maximus barbaris terror elephanti fuêre, immanitati gentium pares. Nil tam [21] conspicuum in triumpho, quàm Rex ipse Bituitus, [22] discoloribus in armis, argenteoque
6 [23] carpento, qualis pugnaverat. Utriusque victoriæ quod quantumque gaudium fuerit, vel hinc [24] existimari po-

1 De hoc bello Liv. Ep. 61. Velle. 2, 3, 10. Val. Max. 9, 6, 3. Suet. Ner. cap. 2. Cæs. de bel. Gal. 1, 45. 2 Regione. 3 Aër, temperies. 4 Alludit Florus ad illud, quod ait *Curt.* 8, 9, 26. *Ubique locorum situs ingenia hominum format.* 5 Videtur intelligere eos populos septentrionalis plagæ, qui versus ortum sunt Italiæ respectu, ut Thracas, Dacos, Getas, Pannonios, Illyrios, &c. 6 Hîc verò designat Gallos & Germanos, alioſque ad septentrionem vergentes. 7 Eruptionem fecit. 8 Id est, primi Gallorum Transalpinorum: primusque Roman. M. Fulvius Flaccus Transalpinos Ligures bello domuit, ut habet Ep. Liv. 60. 9 Romana. 10 Populus Galliæ Narbonensis. 11 Excursionibus, impetu hostili Salyorum: erant enim vicini, & præter solita inter accolas odia, antiquitus hostes. Vide Liv. 5, 34. 12 Populo Romano amicitia devinctissima; adeo ut cum cæteræ civitates à populo Romano defecissent, Massilienses soli in fide & officio permanerent. 13 Urbs in Narbonensi provincia, à Medis, Astyage imperante, condita. 14 Allobroges cis Rhodani ripam ab ortu habitant ad Iuram montem, & lacum Lemanum. 15 Galliæ populi ad Ligerim siti. 16 *Querelæ* hoc loco dicuntur, cum socii aut subditi ab aliis infestari se nunciant, contraque eos auxilium orant. Ita paulò ante *queri de incursionibus hostium* dictum est. 17 Fluvius grandis, ex Alpibus fluens, Galliam Transalpinam à Cisalpina separans, vetustissimus Italiæ terminus. 18 Fluvius Allobrogum. 19 Inter flumina. Sic dicimus, *eximius virorum*, &c. 20 Fluvius Galliæ rapidissimus. Vulgò *Rosne.* 21 Illustre. 22 Diversorum colorum. 23 Vehiculo. 24 Æstimari.

test,

teſt, quòd & [1] Domitius Ænobarbus, & Fabius Maximus, ipſis quibus dimicaverant in locis, ſaxeas erexêre turres, & deſuper exornata armis hoſtilibus [2] trophæa fixêre: cum hic mos inuſitatus fuerit noſtris. Nunquam enim populus Romanus hoſtibus domitis victoriam ſuam [3] exprobravit.

1 De quo Suet. in Ner. c. 2. 2 Spolia in ſtipitibus fixa erexêre. 3 Nempe trophæa, erigendo, ut jugum patientius ferrent. Vide Iuſt. lib. 9. cap. 4.

CAP. III.

[1] *Bellum Cimbricum, Theutonicum, ac Tigurinum.*

1 [2] CImbri, [3] Theutoni, atque [4] Tigurini, ab extremis Galliæ profugi, cùm [5] terras eorum inundaſſet
2 Oceanus, novas ſedes toto orbe quærebant: excluſique Gallia & Hiſpania, cum in Italiam [6] remigarent, miſêre legatos in caſtra Silani; indè ad Senatum, petentes, *ut* [7] *Martius populus aliquid ſibi terræ daret quaſi ſtipendium:*
3 *cæterùm, ut vellet, manibus atque armis ſuis uteretur.* Sed quas daret terras populus Romanus agrariis legibus intra ſe dimicaturus? Repulſi igitur, quod nequiverant preci-
4 bus, [8] armis petere conſtituunt. Sed nec primum quidem impetum barbarorum Silanus, nec ſecundum Mandlius, nec tertium Cæpio ſuſtinere potuerunt: omnes fu-
5 gati [9] exuti caſtris. [10] Actum erat, [11] niſi Marius illi ſæculo contigiſſet. [12] Ille quoque non auſus congredi ſtàtim, [13] militem tenuit in caſtris, donec invicta illa rabies, & impetus, quem pro virtute barbari habent, [14] conſene-
6 ſceret. Receſsêre igitur [15] increpantes, & (tanta erat capiendæ Urbis fiducia) conſulentes, [16] *ſi quid ad uxores*

1 De bello Cimbrico Ep. Liv. 67. & 68 Plutarch. in Mario. Val. Max. 5, 8, 4. & 6, 9, 14 Cæſ. de bel. Gal. 1, 33. Eutrop. 5, 1. & 40. 2 Populi fuerunt Septentrionales. Hodiè *Dani* appellantur. 3 Germaniæ populi. Populi inter Helvetios Limagi fluminis accolæ. 4 Eorum metropolis eſt *Tigurum* nrbs, vulgò *Zurich*. 5 In terras eorum copiosè incurriſſet. 6 Al. *remigrarent*. 7 Romanus. 8 In quibus omne barbarorum jus eſt. Vide 1, 13, 6. 9 Caſtra eorum occupata ſunt. 10 Actum fuiſſet. 11 Sal. in fine Iug. *Marius Coſ. abſens factus eſt, & ei decreta provincia Gallia*, &c. *ea tempeſtate ſpes atque opes civitatis in illo ſitæ.* 12 Vide Plut. in Mario c. 12. 13 Milites retinuit. 14 Evaneſceret, tempore deficeret. 15 Illudentes, dicteria jacientes. 16 Si quid uxoribus ſuis renunciari juberent.

ſuas

ſuas mandarent. Nec ſegnius, quàm minati fuerant, [1] tri-
7 pertito agmine per Alpes, id eſt, [2] clauſtra Italiæ, [3] fere-
bantur. Marius mirâ ſtatim velocitate, occupatis [4] com-
pendiis, [5] prævenit hoſtem: prioreſque Theutonos,
ſub ipſis Alpium radicibus, aſſecutus, in locum, quem
[6] Aquas Sextias vocant, quo, [7] fidem numinum! præ-
8 lio oppreſſit? Vallum fluviumque medium hoſtes tene-
bant: noſtris aquarum nulla copia, [8] conſulto-ne id
egerit [9] imperator, an errorem in conſilium verterit,
dubium: certè neceſſitate aucta virtus, cauſa victoriæ
fuit. Nam flagitante aquam exercitu, *Viri*, inquit,
9 *eſtis, en illic habetis.* Itaque tanto ardore pugnatum eſt,
eaque [10] cædes hoſtium fuit, ut [11] victor Romanus [12] de
cruento flumine non plus aquæ biberit, quàm ſanguinis
10 Barbarorum. Certè Rex ipſe Theutobochus, quater-
nos ſenoſque equos [13] tranſilire ſolitus, vix unum, cum
fugeret, aſcendit: proximoque in ſaltu comprehenſus,
inſigne ſpectaculum triumphi fuit: quippe vir procerita-
11 tis eximiæ ſuper, [14] trophæa [15] ipſa eminebat. Sublatis
funditus Theutonis, in Cimbros convertitur. Hi jam
(quis crederet?) per hiemem, quæ altius Alpes [16] levat.
Tridentinis jugis in Italiam [17] provoluti ruinâ deſcende-
12 rant. Ateſim flumen non ponte, nec navibus, ſed quadam
[18] ſtoliditate barbarica primum corporibus aggreſſi,
poſtquam retinere amnem manibus & clypeis fruſtrà

1 In tres partes diviſo. 2 Anguſtias, per quas in Italiam iter eſt. 3 Proficiſcebantur. 4 Brevioribus viis. Plin. fin. Paneg. *Quæ ad honores* compendia *paterent.* 5 Præoccupavit. 6 Galliæ Narbonenſis urbem, nunc Aquenſem civitatem, quam Sextius dux, redactis in poteſtatem Salyis, ædificavit, ubi exſtant aquæ calidæ. 7 Bone Deus! 8 De induſtriâ? Quod omnino veriſimilius. Alioqui ſumma fuiſſet temeritas & imperita, caſtra in loco aquarum inopi metari. 9 Marius. 10 Cæſa ſunt 150. millia Theutonum primo ac poſtero die. 11 Victores Romani. 12 Ex. 13 Raptim tranſgredi. 14 Spolia quæ triumphantibus præferebantur. 15 Al. *ſua*, id eſt, quæ de ipſo victo & ſuis ſpoliis inſtructa erant. 16 Extollit, altiores facit, ſc. mole nivium, quæ per hyemem frequentes, in immenſam altitudinem excreſcunt. Sic infra 3, 10, 22. *Hyeme creverant Alpes.* Ita Petronius de bel. civ. *Hunc* (ſc. locum in Alpibus) *nive durâ Claudit hyems, tanoque ad ſydera vertice tollit.* 17 Sponte à ſummis jugis ruentes, & ſe demittentes, urſorum more. 18 Imperita, quod ſcilicet putarent flumina Italiæ ſuis ſimilia.

Digitized by Google

tentaverant, [1] ingestâ obrutum silvâ transiluêre: &, si
13 statim [2] infesto agmine Urbem petiissent, grande discrimen esset: sed in [3] Venetiâ, [4] quo ferè tractu Italia [5] mollissima est, ipsa soli cœlique [6] clementiâ robur [7] elanguit: ad hoc panis usu, carnisque coctæ, & dulcedine vini [8] mitigatos, Marius [9] in tempore aggressus
14 est. Jam diem pugnæ à nostro [10] imperatore petierunt, & sic proximum dedit. In [11] patentissimo, quem [12] Raudium vocant, campo [13] procurrêre. Millia [14] indè ad sexaginta [15] ceciderunt: [16] hinc trecentis minùs:
15 [17] per omnem diem [18] conciditur barbarus. Istic quoque imperator addiderat virtuti dolum; secutus Annibalem, [19] artemque Cannarum: primùm, [20] nebulosum nactus diem, ut hosti [21] inopinatus occurreret; tum ventosum quoque, ut pulvis in oculos & ora ferretur; tum acie conversa in Orientem, ut, quod ex captivis mox cognitum est, ex splendore [22] galearum, ac [23] repercussu, quasi ardere cœlum videretur. Nec minor cum uxoribus eorum pugna, quam cum ipsis, fuit: cum

1 Variis olim modis fluvios superatos fuisse legimus. Multi utribus, multi aliis auxiliis usi fuerunt. Annibal, per Padi superiora traducens exercitum, elephantos ad impetum fluminis sustinendum opposuit. A Cæsare, Rubiconem transituro, *Primus in obliquum fonipes opponitur amnem Excepturus aquas: molli tùm cætera rumpit Turba vado fracti facites jam fluminis undas.* Lucan. l. 1. Et in Hispania idem Cæsar magno numero jumentorum in flumine suprà atque infrà constituto, transducit exercitum, paucique ex militibus vi fluminis abrepti, excepti ab equitatu & sublevati fuerunt. 2 Hostili, nocivo, vim inferente. 3 Togatæ Galliæ parte, ab occasu Athesi, ab ortu Adriatico sinu, à meridie Pado, à septentrione Natisone claudebatur. 4 Quâ ferè regiona. 5 Mitissima, temperatissima. 6 Miti temperie. 7 Languendo evanuit. 8 Mollitos, effœminatos. Victi igitur sunt voluptatibus, armis invicti. Quod ne sibi accideret, metuentes Nervii, Belgarum quondam fortissimi, *nihil* patiebantur *vini* reliquarumque rerum ad luxuriam pertinentium *inferri*. Cæs. 2, de bel. Gal. cap. 15. 9 Opportunè. 10 Matio. 11 Spatiosissimo. 12 *Raudi* loci antiquâ voce vocabantur rudes & asperi, quales isti campi. 13 Al. *concurrêre*. 14 Ex parte Barbarorum, sive ex Barbaris. 15 Occubuerunt. 16 Ex parte Romanorum, sive ex Romanis vix trecenti. 17 Id est, post prœlium usque ad noctem, quo spatio temporis infinita barbarorum multitudo cæsa est. 18 Minutatim vel simul cæditur. 19 Fraudem de quâ suprà 2, 5, 17. 20 Nebulis tectum, nebulis & nubibus plenum. 21 Præter spem & opinionem. 22 Apud Plut. in Mario legimus, equitum Cimbrorum galeas seu capitis tegmina & plumas & horrendis hiantium animalium formis spectabilia fuisse. 23 Reflexione solis.

1 Ob-

[1] objectis undique [2] plaustris, atque carpentis, altæ desuper quasi è turribus, lanceis [3] contisque pugnarent.
16 Perindè [4] speciosa mors earum fuit, quam pugna. [5] Nam cùm missa ad Marium legatione, libertatem ac [6] sacer-
17 dotium non [7] impetrassent, (nec fas erat) suffocatis [8] elisisque passim infantibus suis, aut mutuis concidere vulneribus, aut vinculo è crinibus suis facto, ab arbori-
18 bus, jugisque plaustrorum pependerunt. Bœorix rex in acie dimicans, [9] impigrè nec [10] inultus occubuit. Tertia Tigurinorum manus, quæ quasi subsidio Noricos insederat Alpium [11] tumulos, in diversa lapsi, fugâ igno-
19 bili & latrociniis evanuit. Hunc tam lætum, tamque felicem liberatæ Italiæ, [12] assertique imperii nuncium, non per homines, ut solebat, populus Romanus acce-
20 pit; sed per ipsos, [13] si credere fas est, Deos. Quippe eodem die, quo gesta res est, visi pro æde Castoris & Pollucis, juvenes laureati Prætori literas tradere: frequensque in spectaculo rumor, *Victoriæ Cimbricæ feliciter*,
21 dixit. Quo quid admirabilius, quid insignius fieri potest? Quippe velut [14] elata montibus suis Roma spectaculo belli interesset, quod in gladiatorio [15] munere fieri solet, uno eodemque momento, cum in acie Cimbri succumberent, populus in urbe [16] plaudebat.

1 Oppositis. 2 Germanorum aliorumque more: quem vide apud. Cæs. de bellis Gallicis. 3 Hastis ferro præfixis, ad percutiendum aptis. 4 Pulchra, conspicua. 5 Præter citatos in hoc capite lege Val. Max. lib. 6. cap. 1. in fine. 6 Ut Virginibus Vestalibus servirent. 7 Cimbrorum uxores. 8 Enecatis. 9 Fortiter. 10 Sine ultione mortuus est. Magnum id morientis solamen multum non mori. Hinc illæ adhortationes, miserationes, quærelæ, &c. Virg. Æn. 2, 670. *Nunquam omnes hodiè moriemur* inulti. Sic Sal. in Cat. *Cavete, ne* inulti *animum amittatis, non capti potiùs, sicuti pecora, trucidemini.* Curt. 5, 3, 19. *Miserrimum fortibus virîs erat, quòd* inulti *ferarum ritu, velut in foveâ deprehensi, caderentur.* 11 Colles. 12 Defensi, vindicati, liberati. 13 Al. *sic.* 14 Sic Cic. *Mihi ipsa Roma, propè sedibus suis convulsa, obviam procedere visa est.* In Pison cap. 21. 15 Spectaculo. 16 Manus præ gaudio complodebat, concutiebat.

CAP. IV.

[1] *Bellum Thracium.*

1 POst Macedonas, [2] si Diis placet, Thraces rebellabant, ipsi quondam [3] tributarii Macedonum: nec in proximas modò provincias contenti incurrere, Thessaliam, atque Dalmatiam; in Adriaticum mare usque venerunt: eoque fine contenti, quasi [4] interveniente na-
2 turâ, [5] contorta in ipsas aquas tela miserunt. Nihil interim per id omne tempus residuum [6] crudelitatis fuit in captivos sævientibus: litare Diis sanguinem humanum: bibere [7] in [8] ossibus capitum, & [9] cujusquemodi ludibrio fœdare mortem tam igni quam fumo: [10] partus quoque
3 gravidarum extorquêre tormentis. Sævissimi omnium Thracum [11] Scordisci fuêre: sed [12] calliditas quoque ad

1 Hujus belli meminerunt Epit. Liv. 63. Eutrop. 4, 33. 75, 12. 2 Indignantis hæc vox est, & aspernantis. Cato apud Liv. 34, 2. *Nos, si Diis placet, jam Remp. etiam capessere eas* (fœminas) *patimur.* 3 Tributum pendentes Macedonibus. 4 Intercedente. Ita suprà 2, 2, 1. 5 Tali stoliditate Xerxes, Persarum Rex, pedicas aureas in profundum jecit, Neptunum se dictitans alligare, ut scribit Herodot. lib. 7. 6 Qua nota crudelitatis infames olim Thraces fuêre. 7 Ex. Ita Sen. Agam. 878. *Meumque in auro veteris Assaraci trahunt.* 8 Eò verba hæc referri possunt, ut intelligantur Thraces ex craniis interfectorum fecisse sibi pocula more barbarico: quem & Livius exponit, 13, 24, 25. De inimicissimorum capitibus hoc faciunt Scythæ; ut quisque illud, quod est infra supercilia recisum, prorsùs excutiat: & crudo tantùm bovis corio, si pauper sit; sin dives, non modò exterius inducat bovino corio, verùm etiam interiùs inauret, & sic uterque pro proculo utatur. Herodot. 4, 65. 9 Sensus istorum verborum est, non contentos simplici morte, fœdasse insuper suppliciis, aliosque igni, fumo alios necasse. Sicut Nero sæviit ludibriis in Christianos, apud Tac. 15, 44. 10 Embryones. 11 Gens originis Gallicæ, Ep. Liv. 63. Justin. 32, 3, 5. latissimè citra & ultra Istrum habitans. Cum Scordiscis primum bellum gestum est, quia in Macedoniam latrocinatum irruperant. 12 Ita supra 1, 3, 4. Horatius solus tres Curiatios vicit, *addito ad virtutem dolo.* Infrà 3, 11, 3. Parthi *præter armorum fiduciam simulant trepidationem, & in campos fugam.* Hæc mixtura calliditatis & fortitudinis facit invictos viros. Ab utrâque Sallustius Jugurtham deprædicat in Jug. cap. 7. *Prælio strenuus erat*, inquiens, *& bonus consilio: quorum alterum ex providentiâ timorem, alterum ex audaciâ temeritatem afferre plerumque solet.*

robur

robur acceſſerat. [1] Silvarum & montium ſitus cum in-
4 genio conſentiebant : itaque non fuſus modò ab his, aut
fugatus, (ſed [2] ſimile prodigio) omnino totus [3] inter-
5 ceptus exercitus, quem duxerat [4] Cato. Didius Vagos,
& liberâ populatione diffuſos, intra ſuam repulit Thra-
ciam. Druſus ulteriùs [5] egit, & vetuit tranſire [6] Danu-
bium. [7] Minutius [8] toto vaſtavit Hebro, multis quidem
amiſſis, dùm per [9] perfidum glacie flumen equitatur.
6 [10] Piſo Rhodopen Caucaſumque penetravit. [11] Curio
[12] Dacia tenus venit : ſed tenebras ſaltuum [13] expavit.
Appius in Sarmatas uſque pervenit ; Lucullus ad [14] ter-
7 minum gentium Tanaim, lacumque Mæotim. Nec ali-
ter [15] cruentiſſimi hoſtium, quàm [16] ſuis moribus, do-
miti : quippe in captivos igne ferroque ſævitum eſt. Sed
nihil Barbaris atrocius viſum eſt, quàm quòd, abſciſſis
manibus relicti, vivere ſuperſtites pœnæ ſuæ jubeban-
tur.

1 Supra 3, 2, 2. *Atrox cœlum, perindè ingenia.* Cic. 2. Agra. *Non ingenerantur hominibus mores tam ab ſtirpe generis ac ſeminis, quàm ex iis rebus, quæ ab ipsâ naturâ loci & à vitæ conſuetudine ſuppeditantur, quibus alimur & vivimus.* Ad. de Tac. An. lib. 4. cap. 46. de Thracibus : *qui montium editis incolti, atque eò ferociùs agitabant.* 2 Ita *ſimile portenti.* Cic. Phil. 2, 27. *monſtri ſimile.* Val. Max. 9, 11. 1. 3 Captus. 4 C. Porcius Cato. 5 Pepulit. 6 Maximum Europæ fluvium. Etiam *Iſter* dicitur. 7 M. Minutius cùm à Scordiſcis Daciſque premeretur, quibus impar erat numero, juſſit cum paucis equitibus ac æneatoribus ad vicinos montes deflectere fratrem, & ſub initium prœlii cum clangore accurrere : reſonantibus itaque montium jugis territi hoſtes, nova adventare auxilia ſuſpicati, terga dedêre. 8 In utraque ejus ripa. 9 Infidum. Ita vocat, quòd Minucius, dùm flumini congelato exercitum ſuum fideret, multos amiſerit, propter glaciei, nondùm ſatis firmatæ, fragile & lubricum. Eâdem Metaphora Tacitus 1, 61, 2. *fallaces campos* dixit. 10 Hic fuit ille Piſo, in quem acerrima Ciceronis extat oratio. 11 Videndi ſunt. Epit. Liv. 92, & 95. Eutrop. 6, 3. Ruffus cap. 7. Cic. in Piſon. cap. 19. 12 Uſque ad Daciam, Scythiæ Europeæ regionem. 13 Metuit. 14 Non intelligit ultra Tanaim nullas gentes colere ; ſed Thraces omnem eum tractum habitare uſque ad Tanaim : Tanais enim *Europam & Aſiam medius interfluit.* Curt. 6, 2, 14. 15 Sanguinolentiſſimi hoſtium Thraces. 16 Nativis ac propriis factis, indole, ingenio. Adde ſuprà 3, 1, 17.

CAP. V.

[1] *Bellum Mithridaticum.*

1 PONticæ gentes ad Septentrionem in [2] mare ſiniſtrum [3] jacent, à Pontico cognominatæ mari. [4] Harum gentium atque regionum Rex antiquiſſimus Æetas: 2 poſt Artabazes, à [5] ſeptem Perſis oriundus: indè [6] Mithridates omnium longè maximus; quippe cùm quatuor Pyrrho, decem & ſeptem anni Annibali ſuffecerint; ille per quadraginta annos reſtitit, donec tribus ingentibus bellis ſubactus, felicitate Syllæ, virtute Luculli, 3 magnitudine Pompeji [8] conſumeretur. Cauſam quidem illius belli [9] prætenderat apud Caſſium legatum, *attrectari terminos ſuos à Nicomede* [10] *Bithynico:* [11] cæterùm elatus animis ingentibus, Aſiæ totius, &, ſi poſſet, Europæ cupiditate flagrabat. 4 [12] Spem ac fiduciam dabant noſtra vitia: quippe cùm civilibus bellis disjungeremur, [13] invitabat occaſio: [14] nudumque imperii 5 latus oſtentabant procul Marius, Sylla, Sertorius. In-

1 Hoc bellum ſcripſit Liv. à l. 76. uſque ad 102. ſed temporis injuriâ non extant, niſi eorum argumenta. Plut. in vitis Syllæ, L. Luculli, Cn. Pompeji. Val. Max. 4, 6, 1. ext. 8, 7, 16. ext. 9, 2, 3. ext. Cic. pro L. Manil. Juſt. lib. 37, & 38. Eutrop. 5, 2. 2 Mare ſiniſtrum Pontus Euxinus erit à Roma in Aſiam Minorem proficiſcentibus. 3 Sitæ ſunt. 4 Ponticarum. 5 Iis ſc. qui cum Dario ad recipiendum à Magis regnum conjuravêre. Septem enim Perſarum proceres Magis, qui regnum fraude & conſpiratione à Cambyſis morte occupaverant, interfectis, de novâ Regis ex Septemviratu ſuo creatione ita convenerant, ut, cujus equus primum, oriente ſole, ante palatium equis conſcenſis, hinnitum edidiſſet, is Rex ſalutaretur; equini hinnitus prærogativâ Darius, Hyſtaſpis filius, regnum obtinet. 6 Ponti & Bithyniæ Rex inclytus: de quo Plin. l. 25. Nat. Hiſt. ſic tradit: *Mithridates maximus ſuâ ætate Regum, quem debellavit Pompejus, omnium ante ſe genitorum diligentiſſimus vitæ fuiſſe, argumentis, præterquam famâ intelligitur. Uni ei excogitatum quotidie venenum bibere præſumptis remediis, ut conſuetudine ipſa innoxium fieret:* de cujus memoriâ paulò infrà ſic ait, *iſtum ſolum mortalium Mithridatem, 22. linguis locutum certum eſt, nec de ſubjectis gentibus ullum hominem per interpretem appellatum ab eo annis 56 quibus regnavit.* Alii, quod majus eſt, unumquemque ſuo nomine ex tot millibus appellare ſolitum fuiſſe dicunt, perindè linguâ & oratione uniuſcujuſque non minùs ſcitè, quàm ſi gentilis ejus fuiſſet, locutum fuiſſe. 7 Potentia & præcellentia. 8 Senſim abſumeretur, & attereretur. 9 Præbuerat. 10 Bithyniæ Rege. 11 Sed. 12 Multi inteſtinis diſſenſionibus ſuis & civilibus bellis exitium ſuum debent. Sic infrà 4, 2, 62. hujus Mithridatis filius magis diſcordiæ Romanæ *fiduciâ, quàm ſuæ virtutis*, bellum cœpit. 13 Ter. Eun. Act. 3. Sc. 5. *Ego ne occaſionem Mihi oſtentatam, tam brevem, tam optatam, tam inſperatam, Amitterem?* 14 Indefenſum. Metaphora à gladiatoribus deſumpta, quos, ut ait Sen. de Irâ 1, 11. *ars tuetur, ira denudat.*

ter

ter hæc Reip.blicæ [1] vulnera, & hos tumultus, repentè, quaſi captato tempore, in laſſos ſimul atque [2] diſtrictos, ſubitus turbo Pontici belli, ab ultimâ veluti [3] ſpeculâ
6 Septentrionis erupit. Primus ſtatim impetus belli Bithyniam [4] rapuit. Aſia deinde pari terrore correpta eſt. Nec cunctanter ad Regem ab urbibus noſtris, populiſque de-
7 ſcitum eſt. [5] Aderat, [6] inſtabat, ſævitiâ quaſi virtute utebatur. Nam quid atrocius uno ejus [7] edicto, cùm omnes, qui in Aſiâ forent, Romanæ civitatis homines [8] interfici juſſit? Tùm quidem domus, templa & aræ,
8 humana omnia atque divina jura violata ſunt. Sed hic terror Aſiæ Europam quoque Regi [9] aperiebat: itaque miſſis Archelao Neoptolemoque præfectis, [10] exceptâ Rhodo, quæ pro nobis ſtetit, cæterum Cyclades, Delos, Eubœa, & ipſum Græciæ [11] decus [12] Athe-
9 næ, tenebantur. Italiam jam, ipſamque urbem Romam [13] regius terror [14] afflabat. Itaque Lucius Sylla feſtinat, [15] vir armis optimus: [16] parique violentiâ
10 ruentem ulterius hoſtem, quadam quaſi manu, repulit: primumque Athenas urbem (quis crederet?) fru-

1 Bella civilia. 2 Diſtractos, diſtentos. 3 Extremâ. 4 Occupavit, corripuit. 5 Urgebat, inſtabat. Hoc ſenſu Sen. Ep. 53, 9. *Domina eſt, adeſt & jubet.* Sentio ergo cum Gruteto, non abeſſe debere vocem, *Aderat.* Simile quoque illud Cic. Ver. 2. Adeſt, *inſtat, urget Dolabella, ut quamprimùm ſecuri feriantur.* 6 Urgebat, imminebat. 7 Edictum Mithridatis hujuſmodi erat, ut ad tricesimam diem obſervationis, omnes pariter Romanos, qui apud eos eſſent, & Italos, eorumque mulieres cum pueris & liberis, qui Romani ſanguinis eſſe cenſerentur, interficerent. 8 Interfecta autem ſunt hominum 150000. auctore Plutarch. in Sylla cap. 48. Val. autem Max. 9, 2, 3. ext. dicit 80000. civium Romanorum. Idque eadem die atque horâ. Simile huic edictum fuit, quod Haman adverſus Judæos procuraverat, Eſther. 3, 13. Cato multas Hiſpaniæ urbes uno die muris nudavit. 9 Viam faciebat. Ita Curt. 7, 1, 3. *Primus Aſiam* aperuerat Regi. & 5, 3, 22. *mari quoque novum iter* aperuerat. 10 Præter Vellejum 2, 18, 3. quem Freinshemius citat, Cic. Ver. 3. *Rhodii bellum illud propè ſoli ſuperius cum Mithridate Rege geſſerunt, omneſque ejus copias acerrimumque ejus impetum mœnibus, litoribus claſſibuſque ſuis exceperunt.* 11 Ornamentum. 12 Liv. Ep 78. 13 Mithridatis Regis. 14 Tam propè erat, ut quaſi ſpiritu contingere poſſit. Ad hunc modum videtur dictum illud Virg. Georg. 1, 250. *Noſque ubi primus equis Oriens* afflavit *anhelis.* & Æn. 5, 739. *Et me ſævus equis Oriens* afflavit *anhelis.* Sic *fulmine afflari* dicuntur, qui non prorſùs feriuntur, ſed ejus fervore & halitu perſtringuntur, apud eundem Æn. 2, 649. 15 Idemque pace peſſimus. 16 Æquali impetu.

gum [1] parentem, obſidione, ac fame [2] ad humanos cibos compulit. Mox [3] ſubruto Piræei portu, ſex quoque & amplius muris, poſtquam domuerat *ingratiſſimos*, ut ipſe dixit, *hominum*, 4 in honorem tamen [5] mortuorum,
11 [6] ſacris ſuis famæque donavit. Mox cum Euboeâ, atque Bœotiâ, præſidia Regis 7 diſpuliſſet, omnes copias, uno apud [8] Chæroneam, apud [9] Orchomenon altero bello [10] diſſipavit: ſtatimque in Aſiam tranſgreſſus,
[11] ipſum opprimit: & [12] debellatum foret, [13] miſi de
12 Mithridate triumphare citò, quàm verè, maluiſſet. Ac tunc quidem hunc Aſiæ ſtatum Sylla dederat. Ictum cum Ponticis fœdus: recepit Bithyniam [14] Regi Nicomedi, [15] Ariobarzani Cappadociam: ac ſic erat Aſia
13 rurſus noſtra, ut cœperat: Mithridates tantum [16] repulſus: itaque non [16] fregit ea res Ponticos, ſed [18] incendit. Quippe rex Aſia & Europa quodammodo [19] inescatus, non jam quaſi alienam, ſed quia amiſerat, quaſi
14 [20] raptam [21] belli jure repetebat. Igitur ut extincta parum fideliter [22] incendia majore flamma reviviſcunt; ita

1 Inventricem. 2 Ad eſum humanæ carnis. 3 Suffoſſo, vel fundamento diruto. Ovid. Subruere, *eſt, arces & ſtantia mœnia, virtus.* 4 Ad honorem. 5 Majorum ſc. rebus pace belloque geſtis, adhæc artium multarum inventione cultuque nobiliſſimorum. 6 Sic Juſtin. 38, 6, 6. 38, 9, 9. Suet. Aug. 5, 2. Liv. Ep. 122. 7 Expuliſſet, diſſipaſſet. 8 Bœotiæ urbem ad Citheronem montem, Plutarchi patriam, juxta quam Sylla Archelaum, Mithridatis Imperatorem, 120. millium exercitu ſuffultum, præruptiſque locis vallatum, cæſis centum decem millibus fudit fugavitque; ipſe autem 14. tantùm milites ſe in eo prœlio deſideraſſe ſcribit. 9 Achajæ urbem. 10 Diſperſit, diffudit. 11 Mithridatem. 12 Bellum finitum fuiſſet. Liv. Debellatum eſt *cum Gracis.* 13 Hi tùm mores erant, non triumphabant, quia viceranr; ſed viciſſe videbantur, ut triumpharent. 14 Al. *Rex Nicomedes.* 15 Al. *Ariobarzanes Cappadociam.* 16 Rejectus. 17 Vincendo debilitavit. Claud. de bello Getico 149. fregitque *furentem Cunctando.* 18 Animavit, ſtimulavit. Sic ſupra 1, 8, 7. *cupidine libertatis* incenditur *populus.* 19 Eſca objecta illectus. 20 Ereptam. 21 Ea nimirum humani ingenii conſuetudo eſt, quæ ſemel poſſederunt, jure ſive injuriâ, putare pro ſuis. Eâ indole fuit Evagoras, Cypri Rex, qui cùm antea privatam vitam egiſſet, in exilium actus, regnum ſibi vindicandum arbitrabatur; ut eſt apud Iſocratem. Et eâdem planè perſuaſione triginta illi Tyranni Athenienſium urbem repetunt apud Juſt. 5, 10, 8. ibi *Tyranni ſe in exilium actos indignantes, quaſi vero aliorum libertas ſua ſervitus eſſet, bellum Athenienſibus inferunt.* 22 Eodem ſimili de incendio utitur Florus ſupra 2, 15, 15. & infra 4, 2, 53. Eodem Curt 6, 3, 11. *Parva ſæpè ſcintilla contempta, magnum excitavit incendium.*

ille

ille [1] de integro, [2] auctis majorem in modum copiis, [3] totâ denique regni ſui mole, in Aſiam rurſus mari, terra, fluminibuſque veniebat. [4] Cyzicum nobilis civitas, arce, mœnibus, portu, turribuſque marmoreis, Aſiaticæ [5] plagæ littora illuſtrat: hanc ille, quaſi alteram Romam, toto invaſerat bello: ſed [6] fiduciam [7] oppidanis reſiſtendi nuncius [8] fecit, docens adventare [9] Lucullum, qui (horribile dictu!) per medias hoſtium naves [10] utre ſuſpenſus, & pedibus iter [11] adgubernans, [12] videntibus procul quaſi marinâ priſtrix evaſerat. Mox [13] clade converſa, cum ex mora obſidentem Regem fames, & ex fame peſtilentia urgeret, recedentem Lucullus aſſequitur: adeòque cecîdit, ut Granicus & Æſapus amnes, cruenti redderentur. Rex callidus [14] Romanæque avaritiæ peritus, ſpargi à fugientibus ſarcinas & pecuniam juſſit, qua [15] ſequentes moraretur. Nec felicior in mari, quam in terra, fuga: quippe centum ampliùs navium claſſem, [16] apparatumque belli gravem, in Pontico mari aggreſſa tempeſtas, tam [17] fœda ſtrage laceravit, ut navalis belli [18] inſtar efficeret: planè quaſi Lucullus quodam cum fluctibus procelliſque [19] commercio, [20] debellandum tradidiſſe [21] Regem ventis videretur. [22] Attritæ jam omnes validiſſimi

1 De novo, dennò. 2 Quam antea habuerat, cum ipſi bellum cum Sylla eſſet. 3 Ita loquitur Tacitus 6, 36, 1. *Mox Artabanus* totâ mole regni *ultum iit.* 4 Quæ hic dicuntur, lege præter alios, Plin. 5, 32, & 36, 15. Tac. 4, 36, 3. 5 Regionis. 6 Animum. 7 Oppidum Cyzicum incolentibus. 8 Addidit. 9 Quem inter ſummos Imperatores merito ſuo numerat Juſtin. 37, 1, 8. cujuſque ingentes, ſed veræ laudes apud Cic. Quæſt. Acad. 4, 1. 10 Utri, id eſt, pelli, qua vinum aut oleum deferri ſolet, incumbens, & ſuper eum hærens. Suet. de Cæſare 57, 4. *ſi flumina morarentur, nando trajiciens, vel innixus inflatis utribus, perſæpè nuncios de ſe prævenit.* Hi utres vel inflabantur follibus, vel ſtramentis inferciebantur; ut apud Curt. 7. Poſtea inventi ſunt à Romanis pontes utribus junctis conſtantes. Hiſtoriam recitat etiam Sal. H. 3, 3, 7. 11 Regens. 12 Hoc eſt, qui procul ſpectabant, iis apparebat quaſi *priſtrix*, id eſt, genus piſcis marini longiſſimi, atque anguſti corporis. Ab hujus ſimilitudine, navis oblonga dicta eſt *priſtrix.* 13 Mutata belli fortuna. 14 Adde ſupra 3, 1, 7. 15 Inſequentes Romanos. 16 Al. *apparatuque*: ita ut vox *gravis* commodiùs ad *claſſem*, quam *apparatum*, referatur. Sic ſupra 3, 1, 11. *Thalam, gravem armis, theſauroque Regis, dirupuit.* 17 Magnâ ſimul & turpi clade. 18 Speciem, ſimilitudinem. 19 Pacto fœdere. Ad hanc formam Cland. *O nimiùm dilecta Deo, cui militat æther, Et conjurati veniunt ad claſſica venti.* 20 Bello vincendum. 21 Mithridatem. 22 Diminutæ, tractæ,

21 regni vires erant ; [1] ſed animus malis augebatur. Itaque converſus ad proximas gentes, totum pænè Orientem ac Septentrionem ruina ſuâ [2] involvit. Iberi, Caſpii, [3] Albani, & [4] utræque ſollicitabantur Armeniæ : perque omnia & [5] decus, & [6] nomen, & [7] titulos Pom-
22 pejo [8] ſua fortuna quærebat. Qui ubi novis motibus [9] ardere Aſiam videt, [10] alioſque ex aliis prodire Reges ; nihil [11] cunctandum ratus, [12] priuſquam inter ſe gentium [13] robora coïrent, ſtatim ponte navibus facto,
23 omnium antè ſe primus tranſit Euphratem : Regemque fugientem media nactus Armenia (quanta felicitas vir. !) uno prœlio [14] confecit. [15] Nocturna ea dimicatio fuit, & Luna [16] in partibus ; quippe quaſi commilitans, cùm à tergo ſe [17] hoſtibus, à facie Romanis præbuiſſet, Pontici per errorem longiùs cadentes umbras ſuas,
24 quaſi hoſtium corpora, petebant. Et Mithridates quidem nocte illa debellatus eſt : nihil enim poſteà [18] valuit, quanquam omnia expertus, [19] more anguium, qui [20] obtrito capite, poſtremum caudâ minantur.
25 Quippe cùm effugiſſet hoſtem Colchos, Siciliæ quoque littora, & Campaniam noſtram ſubito adventu terrere voluit, [21] Colchis tenus jungere Boſphorum,

1 Magnæ indolis ſignum eſt ſuperare ſemper. Vide ſuprà 1, 16, 7. Ita infrà 3, 21, 10. *redit ab Africâ Marius clade major.* Adde Juſt. 27, 2, 4. 2 Circumdedit, texit, implicuit. 3 Aſiæ populi. 4 Utraque Armenia, Major & Minor, in partes pertrahi ſtudebantur. 5 Gloriam. 6 Honorem. 7 Laudem & dignitatem. 8 Propria, quam in poteſtate habebat. Al. *ſuo.* Sic enim & Lucan. 8, 730. *Pompejus, fortuna, tuus.* 9 Turbari, exagitari. 10 Id eſt, quibuſdam debellatis, nihilo ſegniùs alios arma moviſſe. 11 Ceſſandum, morandum. 12 Magnum boni ducis τεκμήριον, diſcretos viribus aggredi ; ut enim tunc validiſſimi ſunt hoſtes, cùm omnes ſuas vires conjunxêre, ita infirmiſſimos eſſe liquet, cùm diſperſas habent copias. 13 Fortiſſimæ gentes convenirent, congregarentur. 14 Debellavit. 15 Noctem aliis ad audaciam, aliis ad formidinem opportunam eſſe, Tacitus ſcribit, An. 11. 16 Ab altera partium, ſcilicet *erat*, id eſt, favebat partium alterutri, ſcilicet Romanis. Tradunt enim ſcriptores, Lunam, in occaſum devergentem, Romanis à tergo fuiſſe, & hinc ut propiùs ad Horizontem prolabitur, ita productiores Romanorum umbras porrigit, deceptos inani imagine Ponticos, in umbrarum ſpectra in irritum tela conjeciſſe, & Romanos in Ponticos, ita exarmatos, irruiſſe, victoriâque potitos eſſe. 17 Ponticis. Ita ut legendum ſit, *à facie hoſtibus, à tergo Romanis.* 18 Potuit. 19 Inſtar anguium, id eſt, ut ſolent angues. 20 Contrito, contuſo. 21 Uſque ad Colchos.

indè

indè per Thraciam, Macedoniam & Græciam [1] transi-
25 lire: ſic [2] Italiam nec opinatus invadere [3] tantum cogi-
tavit: nam per defectionem civium, Pharnaciſque filii
[4] ſcelere præventus, [5] malè tentatum veneno [6] ſpiri-
27 tum [7] ferro expulit. Cnæus interim Magnus [8] rebelles
Aſiæ reliquias ſequens, [9] per diverſa gentium terrarum-
que volitabat. Nam ſub Orientem ſecutus Armenios,
captis [10] ipſo capite gentis [11] Artaxatis, ſupplicem juſſit
28 regnare [12] Tigranem. At in Septentrionem Scythicum,
iter tanquam in mari [13] ſtellis ſecutus, Colchos ce-
cidit: ignovit Iberiæ: pepercit [14] Albanis: Regem
Colchorum Orodem, [15] poſitis ſub ipſo Caucaſo [15] ca-
ſtris, juſſit [16] in plana deſcendere: [17] Arthocen, qui
Iberis imperabat, & obſides liberos dare. [18] Orodem
etiam remuneratus eſt, ultrò ab Albaniâ ſuâ lectulum
29 aureum, & alia dona mittentem. Nec non & in meri-
diem [19] verſo agmine, Libanum Syriæ, Damaſcumque
tranſgreſſus, per nemora illa odorata, per thuris & bal-
ſami ſylvas Romana [20] circumtulit ſigna. Arabes, ſi quid
30 impetraret, [21] præſto fuêre. Hieroſolymam defendere

1 Raptim tranſgredi. 2 Antea invitatus ab Italis. 3 Al. *tamen*. *Tamen* enim quandoque pro *tantùm* ſumitur: ut apud Liv. 29, 35, 12. 4 Defectione. 5 Nequicquam, fruſtrà. Inſidias enim tutorum metuens, *antidota ſæpius bibit, & ita ſe exquiſitis tutioribus remediis munivit, ut ne volens quidem ſenex veneno mori potuerit.* Juſtin. 37, 2, 6. Hinc certum antidoti genus hodièque *Mithridaticum* appellant. Sic & Agrippina, Neronis mater, præſumendo remedia, contra venena munierat corpus, auctore Tac. An. 2. cap. 3. 6 Vitam. 7 Gladio, cultro, ſeu pugione ejecit, id eſt, ſe gladio interfecit. 8 Rebellium Aſiaticorum reliquos. 9 Per diverſas gentes terraſque diſcurſabat Pompejus. 10 Ipſa Metropoli. 11 *Artaxata, orum*, clariſſima Armeniæ urbs. 12 Armeniæ Regem. Hic tertio Pontico bello perdomitus eſt. 13 Proverbio Græci dicebant de iis, qui longum iter, & per deſertas terras faciebant, διὰ τῶν ἀστέρων ὑποσημαίνεσθαι τὴν ὁδὸν. Curt. 7, 4, 28. *Qui tranſeunt campos* (in Bactrianis) *navigantium modo noctu ſidera obſervant, ad quorum curſum iter dirigunt.* Lucan. 9, 495. *Sideribus movere vias.* 14 Quippe fratribus. Juſtin. 42, 2, 4. 15 Caſtrametatus. 16 Ne ſcilicet fiducia montium rebellaret: ita factum ſuprà 2, 3, 5. & infrà 4, 2, 59. 17 Id eſt, juſſit Arthocen non ſolum in plana deſcendere, ſed etiam obſides liberos dare. 18 Orodi etiam viciſſim dono dedit. 19 Converſo exercitu. 20 Hùc illùc tulit, circumduxit exercitum. 21 Imperata promptè fecere.

tentavêre Judæi : verùm hanc quoque intravit ; & vidit illud grande [1] impiæ gentis arcanum patens, [2] ſub aureo vitem cœlo : diſſidentibuſque de regno fratribus, arbi-
31 ter factus, regnare juſſit Hircanum. [3] Ariſtobulo, [4] quia renovabat eam rem, [3] catenas dedit. Sic [5] Pompejo duce populus Romanus totam, qua latiſſima eſt, Aſiam pervagatus, [6] quam extremam habebat imperii provinciam, mediam fecit. Exceptis quippe Parthis, qui fœdus maluerunt, & Indis, qui adhùc nos non noverant ; omnis Aſia inter Rubrum mare, & Caſpium, & Oceanum, Pompejanis domita, vel oppreſſa [7] ſignis, tenebatur.

1 Judáicæ gentis arcanum. Claud. de bel. Get. 103. arcanum tanti *deprendere* regni. 2 Vitis aurea magnæ artis & pretii in Judæorum templo fuit, quam Pompejus illic ſive repperit, ut Florus & Tacitus volunt, ſive oblatam ab Ariſtobulo recepit, ut Joſephus 14, 5, 9, &c. narrat. In hanc vitem ludit & dentem ſtringit nunc Florus : & En, inquit, hoc illud ſecretum & grande arcanum, quod templi ſui adytis Judæi celant & colunt. Vitis ergo hæc non ſimplex fuit, ſed monti aureo implexa, totumque opus in formam horti flexum. Ideò Florus hic dicit, *ſub aureo vitem cœlo*. Dicit autem, *patuiſſe grande impiæ gentis arcanum*, quia fuit Gentilibus incognitum, quem Deum colerent Judæi. Sed cùm viderent in templum *auream vitem*, credebant Romani jam illud arcanum patere, & deprehendi Judæos in Bacchi cultu. 3 Ariſtobulum in catenas dedit. 4 Ariſtobulus enim Romæ in Capitolio auream vitem dedicavit. 5 Cic. in Cat. 3. de Pompejo. *Fines veſtri imperii non terræ, ſed cœli regionibus, terminavit.* Et in eâdem : *Pompeji res geſtæ atque virtutes iiſdem, quibus Solis curſus, regionibus ac terminis continentur.* 6 Geſta Pompeji compendiosè habes à Plin. 7, 26, & 37, 1. Val. Max. 8, 15, 1. Lucan. 2, 276. 7 Pompejano exercitu.

CAP. VI.

1 *Bellum Piraticum.*

1 INterim dùm populus Romanus per [2] diverſa terrarum diſtractus eſt, [3] Cilices invaſerant maria : ſublatiſque commerciis, [5] rupto fœdere generis humani, ſic ma-
2 ria bello, quaſi tempeſtate, [5] præcluſerant. Audaciam perditis furioſiſque [6] latronibus dabat inquieta

1 De Piratico bello Liv. Ep. 99. Plut. in Pompejo, c. 37. Val. Max. 8, 15, 8. 2 Diverſas terras. 3 Incolæ Ciliciæ, Aſiæ Minoris regionis. 4 Ea de cauſa Cicero in Ver. 4, 9, & 5, 29. appellat piratas *communes hoſtes gentium nationumque omnium*. Et Plin. 2, 46. *omnium mortalium hoſtes* Adde Cic. Off. 3, 29. 5 Intuta reddiderant. 6 Piratis. Sic *Latroci pinus maris* pro piratica eſt apud Juſtin. 43, 3, 5.

Mithri-

Mithridatis prœliis Aſia: dùm ſub [1] alieni belli tumul-
3 tu [2] exterique Regis invidia, impunè [3] graſſantur: ac primùm duce Iſidoro, contenti proximo mari, Cretam inter atque Cyrenas, Epirum & Achaiam, [4] ſinumque
4 Maleum, quod à ſpoliis *Aureum* ipſi vocavêre, [5] latrocinabantur: miſſuſque in eos [6] Publius Servilius, quamvis leves & [7] fugaces [8] myoparonas gravi & Martia claſſe
5 turbaret, non incruenta victoria ſuperat. Sed nec mari [9] ſubmoviſſe contentus, validiſſimas urbes eorum, & diutina præda abundantes, [10] Phaſelin, & Olympon [11] evertit, [12] Iſaurumque ipſam [13] arcem Ciliciæ: undè conſcius ſibi magni laboris, [14] *Iſaurici* cognomen adama-
6 vit. Non ideò tamen tot cladibus domiti, terra ſe continere potuerunt: ſed ut quædam animalia, quibus aquam terramque incolendi gemina natura eſt, ſub ipſo hoſtis receſſu impatientes ſoli, [15] in aquas ſuas reſilue-
7 runt: & aliquantò latius, quam prius. Sic ille quoq; antè felix, dignus nunc victoria Pompejus viſus eſt; & Mithridaticæ provinciæ facta [16] acceſſio. [17] Ille diſperſam toto mari [18] peſtem, ſemel & in perpetuum volens exſtinguere,

1 Quod ab aliis gerebatur. 2 Hoc eſt, exteri Regis nomen prætendunt, eique invidiam concitant. 3 Turbant, turbas dant Cilices. 4 *Sinus* Geographis dicitur, ubi mare terris, utrimque abſcedentibus, quaſi in gremium admittitur. 5 Piraticam faciebant. 6 Hiſtoriam habent Val. Max. 8, 5, 6. Claud. in Eutrop. 1, 2, 17. Cic. in Ver. 5, 26. 7 Celeres. Confer ſupra 2, 2, 35. 8 Navium piraticarum. *Myoparo* enim dicitur ſcapha, id eſt, navicula & navis piratica: undè ipſi piratæ *Myoparones* aliquando dicuntur. *Myoparo* ex *Myo* & *Parone* componitur. A forma autem μυῶνες, id eſt, *anguſta & oblonga*. Porro *Parones* dictos volunt ab inſula *Paro*. Alii Germanicam vocem eſſe volunt: nam & *Parones*, ſive *Varones* à *navigando* dicti ſunt. *Vaeren* enim navigare. 9 Pepulisse. 10 Urbes Lyciæ maritimas & maximas, quæ piratarum & prædonum ſemper domicilium & receptaculum fuerunt, & ea de cauſa hoc bello etiam & à Servilio expugnatæ & deletæ ſunt Cic. in Ver. 4, 9. 11 Delevit. 12 Quæ poſtea *Claudiopolis* a *Claudio*, qui eò coloniam deduxit, denominata eſt. 13 Munimentum, præſidium. 14 Quod *Iſauros* in Cilicia domuerit. Val. Max. 8, 5, 6. *majorum ſuorum titulis Iſaurici cognomen adjecit*. 15 De hac gente Ammionus 15, 4. *Atque (ut Tullius ait) ut etiam ferè monitæ plerumque ad eum locum ubi aliquando paſtæ ſunt, revertuntur: ita omnes inſtar turbinis digreſſi montibus impeditis & arduis, loca petiêre mari confinia*. 16 Additamentum, auctarium. 17 Pompejus. 18 Piratas utpote homines noxios. Cic. Phil. 5, 6. *Hanc* peſtem *agmen armatorum ſequebatur*, & Phil. 8, 3. *omnes Caphones, omnes Saxa, cæteraque* peſtes, *quæ ſequuntur Antonium*. Florus noſter hujuſmodi homines *Portenta* 4, 2, 60. & *Prodigia* 1, 10, 3, vocat.

divino,

8 [1] divino quodam apparatu aggressus est. Quippe cùm [2] classibus suis & socialibus Rhodiorum abundaret, pluribus [3] legatis atque præfectis utraque Ponti & Oceani ora complexus est. Gelius Tusco mari [4] impositus:
9 Plotius [5] Siculo: Gratilius Ligusticum sinum: Pompejus Gallicum obsedit: Torquatus Balearicum: Tiberius Nero Gaditanum fretum, [6] quâ primum maris nostri
10 [7] limen aperitur. Lentulus Lybicum; Marcellinus Ægyptium; [8] Pompeji juvenes Adriaticum; Varro Terentius Ægæum & Ponticum; Pamphylium Metellus; Asiaticum Cæpio; ipsas Propontidis [9] fauces Porcius Cato; sic [10] obditis navibus, quasi portam, obse-
11 ravit. Sic per omnis æquoris portus, sinus, latebras, recessus, promontoria, freta, [11] peninsulas, quicquid
12 piratarum fuit, [12] quadam indagine inclusum & oppressum est. Ipse Pompejus in originem fontemque belli Ciliciam versus est: nec hostes detrectavêre certamen,
13 non ex fiduciâ; sed quia oppressi erant, ausi videbantur: sed nihil tamen amplius, quàm ut ad primum
13 ictum concurrerent. Mox ubi [14] circumfusa undique rostra viderunt, abjectis statim telis remisque, [15] plausu undique pari, quod supplicantium signum fuit, vitam

1 Maximè admirabili, cœlesti, quasi communem humanitatis infirmitatem excedente. 2 Classem quingentarum navium habuisse dicitur, peditum CXX. M. equitum. V. M. 3 Sc. militaribus, quos locum tenentes sive *lieutenants* hodiè vocamus, quòd vicariam Imperatori præstent operam. 4 Præpositus, præfectus. Ita crebro Tacitus. 5 Sc. *mari*. 6 Ubi. Adverbialiter positum: ut suprà 2, 6, 52. Qua *longissima Italia*. 7 Ostium sive primus ingressus aperitur, id est, ubi incipit mare nostrum. Sic *aperta Oceani* dicit Tacit. 2, 23, 5. pro medio mari. 8 Pompeji Magni filii, legati patris. 9 Angustias. 10 Oppositis navibus, quasi pessulis vel claustris, clausit. Q. d. Ut obditis pessulis vel seris portæ obserantur, sic ille obditis navibus Propontidis fauces, quasi portam, obseravit. 11 Penè insulas, id est, terras undique ferè aquis clausas. 12 Quodam quasi reti. *Indago* propriè est venatorium rete, seu series plagarum, quibus saltus stabulaque ferarum cinguntur à venatoribus. Virg. *Saltusque* indagine cingunt. Sumitur item pro quavis indagatione seu inquisitionè. Hîc autem & alibi Metaphorice de iis dicitur, qui undique opprimuntur & cinguntur. Plin. paneg. c. 34. *Mille panarum* indagine *inclusi delatores*. Eâdem similitudine uritur infrà 4, 2, 32. & 4, 12, 48. 13 Eodem sensu apud Liv. 21, 40, 6. *Nec nunc illi quia audent, sed quia necesse est, pugnaturi sunt.* 14 Circumdata, circumcincta. Sic apud Liv. 2, 65, 4. Circumfusi *ducibus equites*. & apud Tacit. 3, 5, 3. circumfusæ *lecto imagines*. 15 Complosione seu concussione manuum.

petive-

petiverunt. Non [1] aliàs tam incruentâ victoriâ [2] usi unquam sumus: sed nec fidelior in posterum reperta gens ulla est. Idque prospectum [3] singulari consilio ducis, qui maritimum genus à conspectu longè removit maris, & mediterraneis agris quasi [4] obligavit. Eodemque tempore & usum maris navibus recuperavit, & terræ homines suos reddidit. Quid priùs in hac mitêre victoria? velocitatem, quòd quadragesimo die parta est? an felicitatem, quòd ne una quidem navis amissa est? an verò perpetuitatem, quòd amplius piratæ non fuerunt?

1 Al. Legunt *aliâ*. 2 Id est, non alias tam incruentam victoriam nacti sumus. 3 Simile infrà 4, 12, 59. 4 Nam Pompejus piratis agros dederat, quibus tolerare vitam possent, ne ex inopia ad piraticam relaberentur.

CAP. VII.

[1] *Bellum Creticum.*

CReticum bellum, si vera volumus noscere, nos [2] fecimus, sola vincendi nobilem [3] insulam cupiditate: [4] faviisse Mithridati videbatur: hoc placuit armis vindicare. Primus invasit insulam [5] Marcus Antonius, cum ingenti quidem victoriæ spe atque fiducia, adeò, ut plures catenas in navibus, quàm arma, portaret. [6] Dedit itaque pœnas vecordiæ. Nam ple-

1 Creta insula maximi olim nominis, centum urbes numeravit; undè Virg. Æn. 3. *Creta Jovis magni medio jacet insula Ponto, Mons Idæus ubi & gentis cunabula nostræ, Centum urbes habitant magnas uberrima regna.* Cretam alteram piratarum arcem sive fontem Plutarchus vocat. De bello Cretico Liv. Ep. 99. Eutrop. 6, 4. Val. Max. 7, 6, 1. ext. 2 Concitavimus, movimus. Similem Romanorum iniquitatem arguit infrà 3, 9, 3. 3 Cretam. 4 Adde suprà 2, 1, 2. 5 Cujus meminit Cicero in Verrina quarta. Plut. in Antonio, cap. 1. 6 Nemo celeriùs opprimitur, quàm qui nihil timet, & frequentissimum initium calamitatis securitas est. Spes nulla militum animos abjicit, nimia enervat; debere enim se vincere etiam sinè armis credunt, qui stultæ spei se totos dederunt, ideòque sæpiùs non leves temerariæ suæ vecordiæ pœnas persolvunt. Apud Justin. l. 34. Achæi, cum Romanis pugnaturi, prædam, non prœlium, cogitantes, & vehicula ad spolia hostium reportanda duxerunt, & conjuges liberosque suos, ad spectaculum certaminis, in montibus posuerunt. Sed prœlio commisso, ante oculos suorum cæsi, lugubre his spectaculum, & gravem luctus memoriam reliquerunt. Conjuges quoque liberique eorum, de spectatoribus captivi facti, præda hostium fuere.

rasque

raſque naves [1] intercepêre hoſtes: captivaque corpora [2] religata velis ac funibus pependêre: ac ſic [3] velificantes triumphantium in modum Cretes portibus ſuis adremigaverunt. [4] Metellus deinde totam inſulam igni ferroque populatus, intra caſtella & urbes [4] redegit, & Cnoſſum, & Erythræam, &, ut Græci dicere ſolent, *urbium matrem* Cydoneam: adeòque ſævè in captivos [5] conſulebatur, ut veneno ſe plerique [6] conficerent, alii [7] deditionem ſuam ad Pompejum abſentem [8] mitterent. Et cum [9] ille res in Aſia gerens, eò quoque [10] præfectum miſiſſet [11] Antonium; in [12] aliena provincia [13] inclitus fuit: eòque infeſtior Metellus [14] in hoſtes jus victoris exercuit: victiſque Laſthene & Panare Cydoneæ ducibus, victor rediit: nec quicquam amplius tamen de tam famoſa victoria, quàm cognomen *Creticum*, portavit.

1. Cepêre. 2 Ligata, alligata. 3 Vela facientes, navigantes. 4 Compulit. 5 Statuebatur, cum captivis agebatur. 6 Interficerent. Sic Ptolomæus infra 3, 9, 3. & Cantabri 4, 12, 50. 7 Tabulam, aut nuncium deditionis, aut legatos de deditione. 8 Miſerrima verò eorum conditio eſt, qui ad extrema redacti, cui dedere ſe debeant, non ſciunt. Hic in Cretenſes, quia Pompejum ſibi prætulerant, atrociùs ſæviit Metellus. Et Annibal, cum in Italia bellum gereret, promiſſam Romanis à Maharbale, cui ſe tradiderant, ſecuritatem & ſalutem præſtare noluit, negans injuſſu ſuo aliquid fieri aut promitti potuiſſe. 9 Pompejus: 10 Legatum. 11 Octavium vocat Dio lib. 36. 12 Non ſuâ. 13 Clarus, celeber. 14 Contra Cretenſes jure victoris uſus eſt. Sic *exercere victoriam*. Sal. Jug.

CAP. VIII.

1 *Bellum Balearicum.*

[1] [2] QUatenus Metelli Macedonici [3] domus [4] bellicis nominibus aſſueverat; altero ex [5] liberis [6] ejus [7] Cretico facto, [8] mora non fuit, quin alter quoque

1 De hoc bello Epit. Liv. 60. 2 Quia, quoniam. 3 Familia. 4 Bello quæſitis. 5 *Liberorum* appellatione etiam nepotes & pronepotes, cæteque deſcendentes continentur, ut recte obſervat Freinshemius. 6 Metelli Macedonici. 7 A devictâ Cretâ. 8 Cunctatio nulla fuit, id eſt, ſtatim.

[1] Balea-

2 [1] *Balearicus* vocaretur. [2] Baleares per idem tempus in-
ſulæ piraticâ rabie [3] corruperant maria. Homines [4] feros
atque ſilveſtres mireris auſos à ſcopulis ſuis ſaltem maria
3 proſpicere. Aſcendêre etiam [5] inconditas rates, &
[6] prænavigantes [7] ſubindè inopinato impetu terruêre.
4 Sed cùm venientem ab [8] alto Romanam claſſem pro-
ſpexiſſent, prædam putantes, auſi etiam occurrere: &
primo impetu, ingenti [9] lapidum ſaxorumque nimbo
5 claſſem operuerunt. Tribus quiſque fundis prœliatur:
certos eſſe quis miretur ictus, cùm hæc ſola genti arma
ſint: id unum ab infantia ſtudium. Cibum puer à matre
6 non accipit, niſi quem ipſa monſtrante [10] percuſſit. Sed
non diu [11] lapidatione terruêre Romanos: poſtquam
cominus ventum eſt, expertique roſtra, & pila venien-
tia, [12] pecudum in morem clamore ſublato, petierunt
fuga littora: dilapſique in proximos [13] tumulos, quæ-
rendi fuerunt, ut vincerentur.

1 A devictis *Balearibus.* 2 *Baleares* dictæ ſunt inſulæ duæ in mari Mediterraneo, Hiſpaniæ adjacentes, & haud longè inter ſe diſtantes: & à ſpatio ſuo cognominibus acceptis, *Maiores* & *Minores*, nunc vulgò *Majorca* & *Minorca* appellantur. Dictæ autem *Baleares* ἀπὸ τῆς βαλλειν, id eſt, à *jaculando*, propterea quòd fundæ jaculatione Baleares peritiſſimi habiti ſunt. Narrant enim Hiſtorici (ut & paulò poſt Florus noſter) eam hiſce in inſulis obſervatam fuiſſe conſuetudinem, ut eſurientibus filiis a matribus jentaculum in ſublimi trabe proponeretur, quod illi contingere non poterant, niſi priùs fundâ dejeciſſent. 3 Infeſta & intuta fecerant. 4 Agreſtes. 5 Rudes, impolitas naves. 6 Præternavigantes. 7 Frequenter, ſæpiùs. 8 Scilicet *mari.* Sic apud Virg. Æn 1, 7. *multùm ille & terris jactatus & alto.* 9 Denſè conjectis lapidibus & ſaxis inſtar imbris. Sic *Nimborum in modum tela fuſa.* 3, 11, 8. Hoc locutionis genere Scriptura ſacra utitur. Sic apud Virg. Æn. 12, 284. *Tempeſtas telorum, ac ferreus ingruit imber.* 10 Fundâ dejecit. 11 Conjectione lapidum. 12 Pecudum more cum clamaſſent. 13 Colles.

CAP.

Digitized by Google

CAP. IX.

[1] *Expeditio in Cypron.*

1 ADerat [2] fatum insularum: igitur & [3] Cypros recepta
2 sine bello. Insulam [4] veteribus divitiis abundantem,
3 & [5] ad hoc Veneri [6] sacram, Ptolemæus regebat. Sed divitiarum tanta erat fama, nec falsò, ut [7] victor gentium populus, & donare regna consuetus, [8] Publio Clodio Tribuno duce, socii vivique [9] Regis [10] confisca-
4 tionem mandaverit. Et ille quidem [11] ad rei famam ve-
5 neno [12] fata præcepit: cæterùm Porcius Cato [13] Cyprias opes [14] liburnis per Tiberinum ostium invexit; quæ res latiùs ærarium populi Romani, quàm ullus triumphus, implevit.

1 Quod hoc capite continetur, habetur abundè à Plut. in vitâ Catonis junioris. 2 Fortuna, quæ fati decreto destinata est. 3 *Cyprus* insula in Pamphyliò sinu, à *Cypro*, Cinyræ Regis filia, ita appellata, vel ab ubertate *Cypri* arboris. 4 Hac forma Ἀρχαίη νῆσος apud Græcos dicitur, & Παλαιὰ νῆσος apud Ælianum. Tacitus 14, 31, 1. *longam opulentiam.* 5 Insuper. 6 Consecratam: quia mos erat Cypriis, virgines ante nuptias prostituere, ut dotalem pecuniam quærerent, ut refert Just. 18, 5, 4. vel quòd ibi Venus præcipuo honore coleretur. Hinc etiam *Cypris* & *Cypria* creberrimè vocatur à Poëtis. 7 Id est, Romani. 8 Hic hostis Ciceroni acerrimus fuit. 9 Ptolomæi. 10 Publicationem, in fiscum redactionem. Sic Suet. Cal. cap. 41. *confiscare equites* id est, bona eorum in fiscum redigere. 11 Cùm ea res nunciaretur. 12 Mortem præoccupavit, antecepit. Sic infra 4, 12, 50. 13 Confectam pecuniam septem millium talentorum scribit Plutarch. Cat. cap. 54. 14 Navium genere levissimo, velocissimoque. Horat. *Ibis* Liburnis *inter alta navium, amice, propugnacula.*

CAP. X.

[1] *Bellum Gallicum.*

1 ASiâ Pompeji manibus subactâ; [2] reliqua, quæ [3] restа-
2 bant in Europâ, fortuna in Cæsarem transtulit. [4] Restabant autem [5] immanissimi gentium Galli, atque

1 Quæ hoc capite continentur, scribit Plutarch. Cæs. c. 26 &c. Suet. Cæs. c. 25. Lucanus in primo, & latiùs Cæsar ipse in septem libris suorum commentariorum de bello Gallico. 2 Reliquias. 3 Supererant. 4 Superterant. 5 Ferocissimi. Vocabulum hoc referendum, tùm ad animorum incredibilem audaciam, tùm ad ingentem corporum magnitudinem.

Ger-

Germani : & quamvis [1] toto orbe divisa, tamen qui vinceret, habuit Britannia. Primus Galliæ motus ab [2] Helvetiis cœpit : qui Rhodanum inter & Rhenum siti, non sufficientibus terris, venêre sedes petitum ; incensis [3] mœnibus suis : hoc [4] sacramentum fuit, ne redirent.
3 Sed [5] petito tempore ad deliberandum, cùm inter moras Cæsar, Rhodani ponte [6] rescisso, [7] abstulisset fugam : [8] statim bellicosissimam gentem sic in sedes suas, quasi
4 greges in stabula pastor, deduxit. Sequens longèque [9] cruentior pugna [10] Belgarum ; quippe pro libertate pugnantium. Hic cùm multa Romanorum militum [11] insignia, tum illud egregium ipsius [12] ducis, quòd [13] nutante in fugam exercitu, [14] rapto [15] fugientis è manu scuto, in primam [16] volitans aciem, manu prœlium re-
5 stituit. Indè cum Venetis etiam navale bellum : sed major cum Oceano, quàm cum ipsis navibus, [17] rixa : quippe illæ rudes & informes, & statim naufragæ, cum rostra sensissent. [18] Sed hærebat in vadis pugna, cum æstibus solitis cum ipso certamine [19] subductus Oceanus [20] inter-
6 cedere bello videretur. Illæ quoque accessêre diversita-

1 Virg. Ecl. 1. *Et penitus toto divisos orbe Britannos.* Claud. de laud. Stil. 3. *Vincendos alio quæsivit in orbe Britannos.* 2 Helvetios Cæsar ab ortu à Germaniâ Rheno dividit ; à meridie Jurâ monte, Lemanno lacu, Sequanâ & Rhodano fluvio à Narbonensi Gallia & provincia distinguit : hodiè *Switsers* dicti. 3 Urbibus, ædificiis. 4 Eleganter hoc verbum transfert Florus ad quamcunque necessitatem, quâ quis ad bellum gerendum adigitur. Sic de trucidatis legatis à sociis 3, 18, 9. de crematis centurionibus à Germanis 4, 12, 24. Ita Sen. de brev. vitæ, 5, 6. *Juvenes adulterio, velut* sacramento, *adacti.* 5 Scribat Cæsar primum Gallorum impetum plusquam virorum esse, cæteros minùs quam fœminarum. Itaque ut cum feroce gente non statim dimicare cogeretur, nihil missis ad se Legatis denegavit, nihil etiam concessit : donec opportunum ad pugnandum tempus adventisse judicans, cum securi illi nihil minùs, quam pugnam, timerent, usus occasione facili negotio superavit. 6 Destructo, demolito. 7 Impediisset, obstruxisset. 8 Eâdem similitudine utitur Justin. 8, 5, 7. 9 Crudelior. 10 Al. *Nerviorum* legunt ex Cæs. com. 2, 17. & Val. Max. 3, 2, 19. qui sunt Galliæ Transalpinæ populi. 11 Sc. *facta.* 12 Cæsaris. 13 Inclinante ad fugam. 14 Similia Cæsaris facta apud Val. Max. 3, 2, 19. Suet. 62, 1. & nostrum infra 4, 2, 82. 15 Militis. 16 Celeriter accurrens. 17 Pugna. Sic infra 4. 2, 27 18 Sed propter vada naves non poterant coagredi. 19 Paulatim subtractus. *Subducere* enim habet hic significationem paulatim & propè fiuè sensu rei subtrahendi. Vell. *quos præsenti periculo fortuna* subduxerat. 20 Impedire pugnam & vetare videretur ; quo sensu & Tribuni pleb. dicebantur intercedere.

tes

tes pro gentium locorumque natura. [1] Aquitani, callidum genus, in ſpeluncas ſe [2] recipiebant; juſſit includi:
7 [3] Morini dilabebantur in ſilvas; juſſit incendi. Nemo tantùm feroces dixerit Gallos, fraudibus agunt: Induciomarus [4] Treviros, Ambiorix [5] convocavit [6] Eburones: utrique, abſente Cæſare, [7] conjuratione facta, [8] in-
8 venêre legatos: ſed [9] ille fortiter à [10] Dolabellà [11] ſubmotus eſt, relatumque Regis caput: [12] hic, inſidiis in valle diſpoſitis, dolo perculit: itaque & caſtra direpta ſunt, & aurum ablatum. Cottam cum Titurio Sabino legato ibi amiſimus. Nec ulla de Rege mox ultio: quippe
9 perpetua trans Rhenum fuga latuit. Nec Rhenus ergo immunis: nec enim fas erat, ut liber eſſet [13] receptator
10 hoſtium atque defenſor. Sed prima contra Germanos illius pugna, juſtiſſimis quidem ex cauſis. Hædui enim de
11 [14] incurſionibus eorum querebantur. Quæ Arioviſti ſuperbia? Cùm legati dicerent, *Veni ad Cæſarem. Quis eſt autem Cæſar?* &, *Si vult, veniat*, inquit; &, *Quid ad illum, quid agat noſtra Germania? nùm ego me* [15] *interpono*
12 *Romanis?* Itaque tantus gentis novæ terror in caſtris, ut [16] teſtamenta paſſim, etiam in [17] principiis, ſcriberentur. Sed illa immania corpora, quò erant majora, [18] eò-
13 magis gladiis ferroque patuerunt. Qui [19] calor in præ-

1 Incolæ Aquitaniæ regionis & tertiæ Galliæ partis: vulgò *Guienne.* 2 Conferebant. *Recipere* enim plerumque cedentium eſt, & locum munitiorem quærentium. Sic C. Gracchus in Aventinum ſe *recipit* infrà 3, 15, 5. 3 Quorum caput *Tervana*, urbs Epiſcopalis: vulgò *Teroanne.* 4 Qui hodiè *Trieriſche* appellantur, à Metropoli *Trier.* 5 Al. *commovit*, aut *concitavit.* 6 Horum urbs hodiè *Leodium* dicitur; vulgò *Luyk.* 7 Conſpiratione initâ. 8 Offenderunt vicarios Imperatorum, *lieutenans.* 9 Induciomarus. 10 Cæſar. T. *Labienum* eſſe ſcribit, qui hanc meruit laudem. 11 Repulſus eſt. 12 Ambiorix. 13 Receptatores enim perindè puniuntur, ac meruerunt ii, quos receperunt *Receptator* verò dicitur, qui latrones, eorumque ſurrepta recipiunt, occultantque. 14 Excurſionibus, irruptionibus. 15 Interſero 16 Expreſſit verba Cæſaris de bel. Gal. 1, 39. Teſtamenta militaria, qui in aciem prodituri erant, antequam ſcuta caperent, & togis ſe præcingerent, id eſt, in procinctu, tanquam ad certam mortem eundum eſſet, faciebant tribus aut quatuor audientibus. 17 Locis caſtrorum, in quibus Tribuni mil. jus dicebant, aliaque militaris juriſdictionis exercebant: ut in quæſtorio Quæſtor, Imperator in prætorio. 18 Adde Liv. 38, 22, 8. Tacit. 2, 20, 4. 19 Ardor, Vehementia.

liando

liando militum fuerit, [1] nullo magis exprimi poteſt, quàm quòd elatis ſuper caput ſcutis, cùm ſe [2] teſtudine [3] barbarus tegeret, [4] ſuper ipſa Romani ſcuta ſalierunt: 14 & [5] indè in [6] jugulos gladiis [7] deſcendebant. Iterum de [8] Germano Tenćteri querebantur. Hic verò jam Cæſar [9] ultrò [10] Moſulam [11] navali ponte [12] tranſgreditur, ipſumque Rhenum: & Hercyniis hoſtem quærit in ſilvis: ſed in [13] ſaltus & paludes [14] genus omne diffugerat: tantum pavoris [15] incuſſit [16] intrà ripam ſubitò 15 [17] Romana vis. Nec ſemel Rhenus, ſed [18] iterùm quoque, & quidem [19] ponte facto, penetratus eſt. Sed major aliquantò trepidatio: quippe cùm Rhenum ſuum ſic ponte, quaſi jugo, captum viderent, fugâ 16 rurſus in ſilvas ac paludes: &, quod [20] acerbiſſimum Cæſari fuit, non fuêre, qui vincerentur. Omnibus terra marique captis, reſpexit Oceanum: & quaſi hic [21] Romanis orbis non ſufficeret, [22] alterum cogitavit. Claſſe igitur comparata, Britanniam [23] tranſit, mira celeritate: quippè cum tertia vigilia Morino [24] ſolviſſet à

1 Nulla re. Sic Horat. in arte 329. *præter laudem* nullius *avaris*. 2 Integumento quodam ex ſcutis inter ſe connexis. *Teſtudo* enim hoc loco dicitur congregata militum multitudo, conſertis ſuper capita ſcutis ſeſe adverſus impetum lapidum, aliorumque telorum deſuper cadentium protegens. *Teſtudo* proprie eſt animal tardigradum, à *teſtâ*, quâ tegitur, nomen habens. Teſtudines item in ædificiis dicuntur fornices, ſive cameræ, teſtudinei tegminis inſtar convexæ. Eſt item *teſtudo* muſicum inſtrumentum. 3 Barbari tegerent. 4 In ipſa ſcuta Romani inſiliorunt. 5 Deindè. 6 *Jugulus* vel *jugulum* eſt colli pars anterior, in quâ aſpera arteria cernitur eminere. 7 Liv. lib. 1. de Tarquinio cæſo: *Ferrum non alte* deſcendiſſe *in corpus*. 8 Germanis. 9 Sponte ſuâ, non laceſſentibus Germanis. 10 Al. *Moſellam*. 11 Hujus pontis ſtructuram Cæſar de bel. Gal. 4, 17. elegantiſſimè deſcribit. 12 Tranſit. 13 Silvas, nemora. 14 Gens omnis. 15 Incuſſit, id eſt, terruit. 16 In citeriore ripâ. Sic Ovid. Triſt. 2, 127. voce *Citra* utitur. 17 Arma Romana. 18 Bis, ſecundò. 19 *Notâ atque inſtitutâ ratione*, ait Cæſ. de bel. Gal. 6, 9. 20 Maximum dolorem Cæſari inuſſit. 21 Al. *Romanus*. *Romanum orbem* vocat τὴν οἰκουμένην: nam ita Romanos vocat *gentium dominos*, *orbis dominos*. Cæſaris ambitionem & φιλαρχίαν tangit: cui exſaturandæ non erat ſatis orbis & terrarum, & quicquid parebat Romanis, niſi alterum orbem quæſiſſet. 22 Brittanniam intelligit, de quâ in continenti ſequitur, quem *novum orbem* & *alterum orbem* appellant Romani. 23 Al. *petit*. Intelligebat enim Cæſar Britannos hoſtibus populi Romani auxilia ſubminiſtrare, aut profugos etiam excipere, ideò in eos proficiſci decrevit. 24 *Solvere* hic de navibus dicitur, iter auſpicantibus.

portu,

portu, minùs quàm medio die [1] insulam ingressus est.
17 Plena erant tumultu hostico littora, & [2] trepidantia
[3] ad conspectum rei novæ [4] carpenta volitabant: itaque
trepidatio pro victoriâ fuit. Arma, & obsides accepit
à trepidis: & ulteriùs iisset, nisi [5] improbam classem
18 naufragio [6] castigasset Oceanus. Reversus igitur in Gal-
liam, classe majore, auctisque admodùm copiis, [7] in
eundem rursus Oceanum, eosdemque rursus Britannos,
Calidonias secutus in silvas, unum quoque è Regibus
19 [8] Cavelanis [9] in vincula dedit. Contentus his (non
enim provinciæ, sed [10] nomini studebatur) cum majo-
re, quàm prius, prædâ revectus est; ipso quoque
Oceano tranquillo magis, & [11] propitio, quasi [12] im-
20 parem se fateretur. Sed maxima omnium, eademque
[13] novissima conjuratio fuit Galliarum, cum omnes
pariter [14] Arvernos atque [15] Biturigas, Carnutas simul
Sequanosque [16] contraxit, ille corpore, armis, [17] spi-
rituque terribilis, [18] nomine etiam quasi [19] ter-
21 rore composito, Vercingetorix: ille festis diebus, &

1 Britanniam. 2 Cum cura & metu festinantia. Ita, *non est trepidandum*, dixit Sen. benef. 6, 43, 4. 3 Propter. 4 Vehicula discursabant. Quis ille pugnandi modus sit, luculenter describitur Cæsari de bel. Gal. 4, 33. adde sup. 3, 2, 8. 5 Audacem, impudentem, nimis avidam, nimis alta spirantem. Sic *improbâ spes* est apud Just. 21, 7, 4. Ita Sen. Ep. 12, 6. *Nemo tam senex est, ut* improbè *unum diem speret*. Mart. Epigr. 8, 2, 4. Improba *non fuerit si mea charta, dato*. Sic quod apud Homerum Odyss. 11, 597. est ἀναιδὴς, id est, *impudens*, illud est *improbus* apud Virg. Æn. 12, 687. Sicut *probus* apud Festum, quasi *prohibus*, qui se à delinquendo prohibet: sic *improbus*, qui non *inhibetur*, ἀπαραίδοτος. Illud verò Virgilii Georg. 1, 145. *Labor omnia vincit* Improbus, in bonam partem sumitur. 6 Cecidisset. Eadem phrasis infra 4, 2, 75. Sic Liv. 39, 25, 11. *equum tenacem frænis asperioribus* castigare. 7 Sc. *conversitur*. 8 Al. *Cassi velauni* legunt ex Cæs. de bel. Gal. 5, 22. 9 In carcerem conjecit. 10 Famæ, gloriæ. Justin. 1, 1, 7. de Vexore de Tanao Regibus: *Longinqua, non finitima bella, gerebant: nec imperium sibi, sed populis suis gloriam quærebant*. Et de Scythis idem 2, 3, 7. *nihil victores præter gloriam concupiscunt*. Similis locus occurrit infrà 3, 12, 4. *Armenios etiam & Britannos, ut non in usum, ita ad imperii speciem magna nomina acquisivisse, pulchrum atque decorum*. 11 Favente, benè affecto. 12 Debiliorem. 13 Ultima. 14 Celtarum populos. Hodiè *Auvergne*. 15 Hodiè *Berri*. 16 Adunavit. 17 Magno animo. 18 Cùm sæpè vana plus possint in bello, quam veræ formidinis causæ; non adeò vanè iste Vercingetorix. Stilico apud Claud. de bel. Gildonico 384. *Plus nominis horror, Quàm suus ensis aget*. Et hùc pertinet illud Ovidii: *Nomina sunt ipsæ pænè timenda sono*. 19 Al. *ad terrorem*.

1 com-

[1] comitialibus, cum frequentiſſimos in lucis haberet,
22 [2] ferocibus dictis ad jus priſtinum libertatis [3] erexit. Aberat tunc Cæſar, Ravennæ [4] delectum agens: & hieme [5] creverant Alpes: ſic [6] intercluſum putabant iter. Sed ille [7] qualis erat ad nuncium rei [8] feliciſſimæ temeritatis? Per invios [9] ad id tempus montium tumulos, per [10] intactas vias & nives expeditâ manu [11] emerſus, occupat Galliam; & ex diſtantibus hibernis caſtra [12] contraxit; & antè in media Gallia fuit, quam ab ul-
23 timâ timeretur. Tum ipſa [13] capita belli aggreſſus, urbes, [14] Avaricum cum quadraginta millibus [15] propugnantium [16] ſuſtulit: Alexiam ducentorum quinquaginta millium juventute ſubnixam flammis adæquavit.
24 [17] Circa Gergoviam [18] Arvernorum, tota belli moles fuit: quippe cum octoginta millia muro, & arce, & abruptis defenderent; maximam civitatem, vallo, [19] ſudibus, & foſſa, inductoque foſſæ flumine, ad hoc decem & octo caſtellis, ingentique [20] lorica circumdatam, primum fame domuit: mox [21] audentem eruptiones, in vallo, gladiis, ſubdibuſque [22] concî-

1 Quibus licebat cum populo agere concilio coacto, populuſque Romanus convenire ſolet ad ferendum ſuffragium. Al. legant *conciliabulis*, id eſt, locis ubi in concilium venitur. Cæſar *concilia* vocat. 2 Fortibus. Sic *ferociter* pro fortiter Liv. 3, 47, 2. 3 Animavit. 4 Delectum celebrans, id eſt, milites deligens antiquo more. 5 Altiores factæ erant denſâ nive & glacie. Ita ſupra 3, 3, 11. *per hiemem, quæ altiùs Alpes levat.* 6 Impeditum. 7 Ut erat, id eſt, ſe habebat, ὡς εἶχεν. Vult, ni fallor, eundem ardorem animi, in vindictam hoſtium feſtinantis, deſcribere, qualem in Semiramide Val. Max. 9, 3, 4. ext. quæ, qualis erat, ad nuncium defectionis Babylonem advolavit. Vide locum. 8 Videtur Florus tribuere Cæſari, quod Alexandro Seneca de benef. 1, 12. *felicem temeritatem.* 9 Eouſque. 10 Per quas nemo iter fecit. Sic *Intactum freturn* eſt apud Claud. belli Gotici principio. 11 Similis propè locus apud Cic. pro Sextio cap. 5. *cùm è pruinâ Apennini atque è nivibus illis emerſiſſet.* 12 Adunavit. 13 Loca, undè bellum incepit, & inſtauratum eſt. 14 Biturigum oppidum trans Ligerim, ferè ab omni parte flumine aut palude circumdatum. 15 Defendentium. 16 Delevit. 17 Erat Florus: fruſtra enim tentatam reliquit Cæſar, & Vercingetorigem, qui cum octoginta millibus Alexiam ſe receperat, obſedit, & undique circumvallavit; undè fame domiti, & redacti ad extrema præſidiarii & cives, ſe cum Rege Cæſari dediderunt. 18 Scilicet *oppidum.* 19 Perticis. 20 Aggere. De loricis, incredibili labore per maximum ſpatium ductis, exempla ſunt in Floro noſtro ſupra 1, 18, 13. & infra 4, 2, 39. 21 Ita ſæpiſſimè Tacitus. 22 Simul cecîdit.

dit:

26 dit : noviſſimè in deditionem [1] redegit. [2] Ipſe ille Rex, maximum [3] victoriæ [4] decus, ſupplex cùm in caſtra veniſſet, tum & phaleras, & ſua arma ante Cæſaris genua projecit : [5] *Habes*, inquit, *fortem virum, vir fortiſſime, viciſti.*

1 Compulit. coëgit. 2 Vercingetorix. 3 Gallicanæ. 4 Ornamentum. Ita ſupra 3, 2, 5. 3, 10, 3. 5 Victus es. Videtur enim ſingulari quadam ſignificatione poſitum, quomodo & alias *Habendi* verbo peculiariter uſi ſunt : ut in ludis gladiatoriis & funeribus. Terent. Andr Act. 1. Sc. 1. *Egomet continùo mecum, certe captus eſt*, habet : Sen. Habet, *peractum eſt ; quas petis, pœnas dedit.* Ita fortaſſis hoc loco deditionis formula eſt.

CAP. XI.

[1] *Bellum Parthicum.*

1 DUm Gallos per Cæſarem in Septentrione [2] debellat, interim ad Orientem [3] grave vulnus à [4] Parthis popu-
2 lus Romanus accepit. [5] Nec de fortuna queri poſſumus : caret ſolatio clades. [6] Adverſis & Diis, & hominibus, [7] cupiditas Conſulis Craſſi, dum Parthico [8] inhiat auro, undecim [9] ſtrage legionum, & ipſius capite multata
3 eſt. Et tribunus plebis Metellus, exeuntem [10] ducem hoſtilibus [11] diris devoverat : & cum [12] Zeugma tranſiſſet exercitus, [13] rapta ſubitis ſigna turbinibus hau-
4 ſit Euphrates : [14] & cum apud Nicephorum [15] caſtra

1 De hoc bello ſcribit Epit. Liv. 106. Plut. in M. Craſſi vita. Juſt. 42, 4, 4. Eutrop. 6, 6. Val. Max. 1, 6, 11. Lucanus paſſim. Propert. 4, 6, 83. 2 Bello vincit. 3 Gravem cladem. 4 Incolis Parthiæ, regionis Aſſyriæ. 5 Nec de iniquitate fortunæ poſſumus conqueri : ut alioqui mortales ſolent. Hanc enim ferè proſcindimus, quoties noſtræ levitati perfidiæque ſtigma inurendum eſt. Sic ſupra 2, 6, 14. *Nec de Diis poſſumus queri.* 6 Non meliore Numinum favore legimus in eoſdem Parthos iviſſe Cæſennium Pætum apud Tac. An. l. 15. c. 7, & 8. 7 Avaritia. 8 Vehementer appetit Luporum proprium eſt, quia aperto ore, cibum appetere dicuntur. 9 Clade. 10 Craſſum. 11 Execrationibus, imprecationibus. 12 Aſſyriæ urbem, ad citeriorem Euphratis ripam poſitam. Ita dicta eſt, quod ibi Alexander Magnus ponte catenis juncto exercitum tranſportaverat. 13 Celeriter capta. Multa in hac expeditione omina notarunt Cic. de Divin. 2, 40. Plin. 15, 19. quibus Plut. c. 36. ipſius etiam Craſſi vocem addit ; quâ *ſe pontem ideò reſcindere* militibus dixit *ne quis eorum reverteretur.* Quæ vox valdè terruit animos Rom. Nam antiquitùs ex verbis temerè prolapſis captabantur omina : ut ejus exemplum eſt in Val. Max. 1, 5, 4. & Tac. 15, 74, 3. Quapropter ſedulò dabant operam, ne quid ominoſæ vocis excideret. 14 Al. *ſed.* 15 Caſtra metatus eſſet.

poſuiſſet,

Digitized by Google

posuisset, missi ab Orode [1] Rege legati denunciavêre,
5 [2] *Percussorum cum Pompejo fœderum, Syllâque, meminisset.*
3 Regiis inhians 4 ille thesauris, nihil, 5 ne imaginario
quidem jure; sed [6] *Seleuciæ se responsurum esse*, respondit.
6 Itaque Dii, fœderum ultores, nec insidiis, nec virtuti ho-
7 stium 7 defuerunt. Jam primùm, qui solus & [8] subvehere
commeatus, & munire poterat à tergo, [9] relictus Euphra-
tes: tùm [10] simulato transfugæ cuidam [11] Mezeræ Syro cre-
ditur, dùm in mediam camporum [12] vastitatem eodem duce
8 ductus exercitus, undique hosti [13] exponeretur. Itaque vix
dùm [14] venerat [15] Carras, cùm undique [16] præfecti Regis,
Sillaces & Surenas, ostendêre signa auro [17] sericisque
vexillis [18] vibrantia. Tum sinè morâ [19] circumfusi undique
[20] equitatus, in modum grandinis atque nimborum den-
sa pariter tela fuderunt. Sic miserabili strage deletus exer-

1 Parthorum. 2 Legatorum Parthicorum ad Syllam meminit Velle. lib. 2. cap. 24. 3 Regis Orodis. 4 Crassus. 5 Ne quocunque quidem prætextu. Sic Antonius infrà 4, 10, 2. *neque causâ, neque consilio, ac ne imaginariâ quidem belli indictione, in Parthos impetum fecit.* Quo facto Crassus barbaros omnes longè superavit. Vix enim unquam quisquam tam barbarus, tamque profligatæ improbitatis fuerit, qui aliena invadens non aliquam suo facto juris speciem prætexat; ut Brennus ille apud Plutarch. Camil. cum aliena invaderet, in eo *naturæ legem antiquissimam* dicebat se suosque sequi, ut nimirum validioribus subderentur infirmiores. Sic nec Annibali defuêre prætextus, cum Saguntum oppugnaret, apud Polyb. lib. 3. cap. 15. Græci vocant προφασεις. 6 Syriæ oppidi. Similis superbiæ similes eventus habuit Demoeritus, Ætolorum Prætor, qui respondit Quintio, *decretum responsumque brevi in Italiâ, castris super ripam Tiberis positis, daturum.* Liv, 35 33. 6. postèà captus. Idem 36, 25, 4, & suamet manu interfectus in eâdem *ripâ Tiberis.* Idem 37, 46, 5. 7 Non adfuerunt, non juverunt. 8 Navibus adferre. Hinc fluminum præcipua cura maximis Imperatoribus. Exemplum Germanici apud Tacit. 2, 5. 9 Sensus est, Euphratem, nisi relictus, & in aliam partem iter versum esset, potuisse tutum præstare Rom. exercitum à tergo. 10 Græcis χειμαζομένῳ. Constat apud omnes, hunc transfugam subornatum à Persis fuisse, ut Crassi credulitate in ipsius perniciem abuteretur. 11 *Agbarum Arabum præfectum*, Appian. vocat. *Ariamnem* Plutarch. 12 Immensam planitiem. 13 Opportunus præberetur excercitus. 14 Crassus. 15 Mesopotamiæ urbem, Crassi cæde nobilitatam. Urbs nomen accepit à *Carrâ*, Syriæ flumen. 16 Duces Orodis. 17 Ex serico confectis. 18 Nitentia, micantia. 19 Circumdati, circumcincti. 20 Equites mille, qui ad Crassum cum P. Crasso, Crassi filio, à Julio Cæsare è Gallia missi erant.

Digitized by Google

9 citus. [1] Ipſe in colloquium [2] ſollicitatus, ſigno dato, vivus in hoſtium manus incidiſſet, niſi Tribunis [3] reluctantibus, fugam [4] ducis [5] barbari ferro occupaſſent. [6] Sic quoque relatum [7] caput ludibrio [8] hoſti fuit. [9] Filium 10 ducis, pænè in conſpectu patris, eiſdem telis operuêre. Reliquiæ infelicis exercitus, [10] quò quemque [11] rapuit fuga in Armeniam, Ciliciam, Syriamque [12] diſtractæ, [13] vix nuncium [14] cladis retulerunt. Caput [15] ejus [16] re- 11 ciſum cum dexterâ manu, ad [17] Regem reportatum, ludibrio fuit, neque indigno. Aurum enim [18] liquidum in [19] rictum oris infuſum eſt; ut, cujus animus [20] arſerat auri cupiditate, ejus etiam mortuum & [21] exſangue corpus auro [22] ureretur.

1 Craſſus. 2 Evocatus à Surenâ, tanquam de pace acturo. De inſidioſis hoc genus colloquiis dictum ſuprà, 2, 2, 11. 3 Repugnantibus. 4 Craſſi. 5 Parthi gladio prævenissent, præcepissent, id eſt, niſi Parthi Craſſum cecidiſſent, priuſquam fugeret. 6 *Sic quoque* uſurpari ſolet, cum intervenit actui quoddam impedimentum, tamen ad eum tollendum ſufficiens. 7 Craſſi. 8 Parthis. 9 Filium Craſſi, ſcilicet P. Craſſum. 10 Quò quiſque ſe fuga proripuit. Ut ſolet in rebus afflictis & ſublato duce, Curt. 5, 13, 18. *Barbari ducibus deſtituti, quà quemque aut ſpes ducebat, aut pavor, diſſipabantur.* 11 Impulit, celeriter egit. 12 Diſſipatæ. 13 Cic. pro L. Manil. cap. 2. *Tanta clades, ut eam non ex prælio nuntius, ſed ex famâ rumor adferret.* Liv. 4, 10, 4. *Vix nunciis cædis relictis.* Sic olim in clade Cyri, à Scythis accepta, *etiam illud memorabile fuit, quòd ne nuncius quidem tantæ cladis ſuperfuit.* Iuſtin. 1, 8, 12. Adde Zwingeri theatrum p. 512. f. 11. 14 Quanta hæc fuerit clades, ſatis explicat Appian. *nam ex centum millibus vix decem millia refugerunt in Syriam.* 15 Craſſi. 16 Amputatum. 17 Orodem. 18 Solutum & liquefactum. 19 Diſtentionem oris. Sic Scytharum regina Tamyris *caput Cyri amputatum, in utrem humano ſanguine repletum conjici juſſit, cum hac exprobatione crudelitatis, Satia te, inquit, ſanguine, quem ſitiſti, cujuſque inſatiabilis ſemper fuiſti.* Iuſt. 1, 8, 13. 20 Vehementiſſimè aurum concupiverat. Sic Virg. Æn. 11, 781. *ſpoliorum ardebat* amore. 21 Exanimatum. 22 Al. *uteretur.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. XII.

Anacephalæoſis.

1 [1]HÆc eſt illa tertia ætas populi Romani tranſmarina, quâ Italiâ progredi auſus, orbe toto arma [2] circumtulit. Cujus ætatis ſuperiores centum anni, ſancti, pii, &
2 ut diximus, *aurei*; ſinè flagitio, ſinè ſcelere, dùm ſincera adhuc & innoxia [3] paſtoriæ illius ſectæ integritas, dumque [4] Pœnorum hoſtium imminens metus diſciplinam vete-
3 rem continebat. Poſtremi centum, quos à Carthaginis, Corinthi, Numantiæque excidiis, & Attali Regis Aſiaticâ hæreditate deduximus in Cæſarem & Pompejum, ſecutumque hos, de quo dicemus, Auguſtum, ut [5] claritate rerum bellicarum magnifici, ita domeſticis cladibus miſeri
4 & [6] erubeſcendi. Quippe ſicut Galliam, Thraciam, Ciliciam, Cappadociam, uberrimas validiſſimaſque provincias, Armenios etiam, & Britannos, ut non in [7] uſum, ita ad imperii ſpeciem magna nomina acquiſiiſſe, pulchrum atque
5 decorum: ita eodem tempore dimicaſſe domi cum civibus,

1 Enumeratione comparat Florus res ſuperiore ſæculo geſtas, quæ laudem habent, cum ſequenti, quod ad vitia degenerat, & ſeditionum faſibus ardet, quæ vix civili ſanguine reſtinguuntur, adhæc quod ſervilibus & gladiatoriis bellis omnia contaminentur: mox ambitum ex opulentiâ invaſiſſe, ex luxuriâ egeſtatem, quæ quia invaluerint, univerſum malorum fontem aperuiſſe. Continet ergo hoc caput compendiosè materiam 17. capitum immediatè præcedentium, & 13. immediatè ſequentium. 2 Hùc illùc tulit. 3 Romanæ illius rationis & modi vivendi ſinceritas. Sic ſuprà 2, 2, 4. Romani *poſtevius populus* appellantur. Simile quid exprimit Sen. in Hippolyto: *Non alia magis eſt libera & vitio carens, Rituſque melius vita quæ priſcos colat, Quàm quæ relictis mœnibus ſilvas amat.* Hoc eſt illud, quod de Scythis dicit Luſtin. 2, 2, 15. *Tanto plus in illis proficit vitiorum ignoratio, quàm in his* (ſcilicet Græcis) *cognitio virtutis.* 4 Vide Claud. de bel. Gild. Eleganter Iuv. 6, 291. *Nunc patimur longæ pacis mala: ſævior armis Luxuria incubuit, victumque ulciſcitur orbem.* Dicit Ergo Florus, mala ſequentia ex otio accidiſſe Romanis. Rectè Appius Claudius apud Val. Max. 7, 2, 1. *negotium populo Rom. melius, quàm otium, committi.* Huc igitur reſpexit Catullus Carm. 52. cum cecinit: *Otium reges priùs & beatas Perdidit urbes.* 5 Celebritate. 6 Pudendi, turpes. Suprà 2, 14, 3. erubeſcendi *cauſa belli.* 7 Commodum.

sociis, mancipiis, gladiatoribus, totoque inter se Senatu,
6 turpe atque miserandum. Ac nescio an [1] satius fuerit populo Romano, Siciliâ, & Africâ contento fuisse, aut his etiam ipsis carere, dominanti [2] in Italia sua, quàm [3] eò magnitudinis crescere, ut [4] viribus suis [5] conficeretur.
7 Quæ enim res alia [6] furores civiles peperit, quàm [7] nimia felicitas? [8] Syria prima nos victa corrupit: mox Asiatica [9] Pergameni Regis hæreditas. Illæ opes atque divitiæ [10] afflixêre sæculi [11] mores: mersamque vitiis suis, quasi
8 [12] sentina, Rempublicam pessumdedêre. Undè enim populus Romanus à Tribunis agros & [13] cibaria flagitaret, nisi per famem, quam luxu fecerat? Hinc ergo Gracchanâ & prima & secunda, & illa tertia Appulejana seditio.
9 Undè [14] regnaret judiciariis legibus divulsus à Senatu eques, nisi ex avaritia, ut [15] vectigalia Reipublicæ, atque ipsa judicia [16] in quæstu haberentur? Hinc rursùs & [17] pro-
10 missa [18] civitas Latio, & per hoc [19] arma sociorum. Quid

1 Melius, 2 Al. *Italiæ suæ.* 3 Ad eam potentiam sive præcellentiam. 4 Hor. Ep. 15. *Suis & ipsa Roma viribus ruit.* 5 Dibellaretur. 6 Bella civilia. 7 Prima causa: ex quâ ut multa suppullulant vitia, ita & quæ indè nasci solent variæ nascuntur calamitates. Infrà 4, 2, 8. *Causa tantæ calamitatis eadem quæ omnium, nimia felicitas.* Ep. 91, 4. *Cladis causas, si aliæ deficiunt, nimia sibi felicitas invenit.* 8 Manlius ad milites suos apud Liv. 38, 17, 18. *Vobis me hercule Martis viris cavenda ac fugienda quamprimùm amœnitas est Asiæ: tantum hæ peregrinæ voluptates ad exstinguendum vigorem animorum possunt; tantum contagio disciplinæ morisque accolarum valet.* Prudenter ergo *Spartana civitas, severissimi Lycurgi legibus obtemperans, aliquamdiu civium suorum oculos à contemplandâ Asiâ retraxit; ne illecebris ejus capti, ad delicatius vitæ genus prolaberentur. Quod eos non frustrà timuisse, dux ipsorum Pausanias patefecit, qui maximis operibus editis, ut primùm se Asiæ moribus permisit, fortitudinem suam, effeminato ejus cultu, mollire non erubuit*, ut ait Val. Max. 2, 6, 1. 9 Attali. 10 Peridderunt, prostraverunt. Vere Juven. Sat. 7. *Prima peregrinos obscœna pecunia mores intulit, & turpi fregerunt sæcula luxu Divitiæ molles.* 11 Instituta. 12 Receptaculo sordium in base navis. 13 Alimenta. 14 Dominaretur. Sic *regnum judiciale* dixit Cic. ad Attic. 1, 1. Appositè autem hoc dicit: *nam* (ut Memmius ait apud Sal. Iug.) *impunè quælibet facere, id est, Regem esse.* Iam autem tale erat *judiciorum* hoc *regnum*, ut iterum appellat Florus noster 3, 13, 3. ut eâ *potestate subnixi fata fortunasque principum haberent in manu.* Infrà 3, 17, 3. 15 Tributa. Infrà 3, 17, 3. *Equites Rom. interceptis vectigalibus suo jure peculabantur Rempublicam.* 16 Inde rem facerent. 17 Per Drusum, infrà 3, 17, 6. 18 Ius civitatis. 19 Bella.

autem

autem bella ſervilia? undè nobis, niſi ex [1] abundantia familiarum? Undè gladiatorii adverſus dominos ſuos exercitus, niſi ad [2] conciliandum plebis favorem effuſa [3] largitio, cùm ſpectaculis indulget, [4] ſupplicia quondam hoſtium [5] artem faciſ? Jam ut [6] ſpecioſiora vitia tangamus, non-ne [7] ambitus honorum [8] ab iiſdem divitiis incitatus? Atque indè Mariana, indè Syllana tempeſtas. Aut magnificus apparatus conviviorum, & [9] ſumptuoſa largitio; non-ne ab opulentia, paritura mox egeſtatem? [10] Hæc Catilinam [11] patriæ ſuæ impegit. Dinique illa ipſa [12] principatus & dominandi cupido, undè, niſi ex nimiis opibus venit? Atqui hæc Cæſarem atque Pompejum, [13] furialibus in exitium Reipublicæ [14] facibus armavit. Hos igitur populi Romani omnes [15] domeſticos motus, [16] ſeparatos ab externis juſtiſque bellis, ex ordine proſequemur.

1 Copia ſervorum. Erat enim numerus ſervorum bellicoſis nationibus major, ut loquitur Sen. de Benef. lib. 7. cap. 10. Sic infrà 3, 10, 9. *Athènis pallor, interfecto domino*, familiam *ergaſtulo liberatam ſub ſignis ordinet.* Tac. Annal. 4, 27. *Urbs trepidat ob multitudinem* familiarum, *quæ gliſcebat immenſum, minore indies plebe ingenuâ.* 2 Plebs enim Romana talibus ſpectaculis ad furorem uſque delita fuit. Undè Juv. Sat. 10. de pop. Romano: *Duas tantùm res anxius optat, Panem & Circenſes.* 3 Editio gladiatorii muneris, aliorumque ſpectaculorum. 4 Reſpicit Florus ea tempora, *cùm ſontes ferro depugnabant*, ut ait Cic. Tuſc. Quæſt. 2, 17. 5 Nomen & auctoritatem artis indit. 6 Quæ majorem ſpeciem habent. Aptiſſimo vocabulo uſurpat *ſpecioſiora vitia*, quæ propiùs virtutem erant: quod ipſum de ambitione cenſet. Sal. Cat. cap. 11. 7 Illicita affectatio honorum. Nam *ambitus honorum* eſt, cum magiſtratus illicitis mediis, ut pecuniâ, aliiſque lenociniis ambiuntur. Hoc ſenſu *ambitus rei* dicuntur infrà 2, 17, 5. 8 Sal. Cat. *Primò pecuniæ, deinde imperii cupido crevit; ea quaſi materies omnium malorum fuêre.* 9 Nimios ſumptus requirens. 10 Egeſtas. 11 Contra patriam ſuam impulit. 12 Dominationis. 13 *Faces* Furiis tribuuntur, quod illæ turbarum incentrices credebantur. 14 Motibus in arma concitavit. 15 Civiles, quod cives unius civitatis, quaſi ejuſdem domus, incolæ ſint. Sic *domeſtico ſcelere oppreſſus Druſus*, infrà 3, 18, 4. 16 Vide ſupra 2, 19.

CAP. XIII.

Seditiositas tribunitiæ potestatis.

1 SEditionum omnium causas Tribunicia potestas excitavit: quæ [1] specie quidem plebis tuendæ, cujus in auxilium comparata est, re autem dominationem sibi acquirens, [2] studium populi ac favorem, [3] agrariis, [4] frumenta-
2 riis, [5] judiciariis legibus [6] aucupâbatur. Inerat omnibus species æquitatis. Quid enim tam justum, quàm recipere plebem jus suum à patribus? ne [7] populus gentium victor, [8] orbisque possessor, [9] extorris [10] aris ac focis
3 [11] ageret. Quid tam æquum, quàm inopem populum vivere ex [12] ærario suo? Quid ad jus libertatis æquandæ magis efficax, quàm ut Senatu regente provincias, ordinis equestris auctoritas saltem judiciorum [13] regno niteretur? Sed
4 hæc ipsa in perniciem [14] redibant: & misera Respublica in
5 exitium suum [15] merces erat. Nam & à Senatu in equitem translata judiciorum potestas, [16] vectigalia, id est, imperii

1 Sal. in Cat. cap. 38. *Quicunque Rempublicam agitavere honestis, nominibus, alii, sicuti jura populi defenderent, pars, quò Senatus auctoritas maxima foret, bonum publicum simulantes, pro suâ quisque potentiâ certabant.* 2 Amotem. 3 De dividendis agris, militia partis, æquis portionibus. Agraria lex primum à Sp. Cassio tertio Consule promulgata est: ea erat, ne quis plus 500. jugera agri possideret, cætera plebi divideret. 4 Cajus Gracchus legem frumentariam tulit, ut frumentum in modios singulos plebi semis æris ac trientibus daretur: ita enim victus plebi suppeditabatur sine labore. Repugnabant boni, quia eâ lege plebem ab industria ad desidiam avocari putabant, & æarium exhauriri videbatur. 5 *Judicium* est potestas de rebus aut publicis ex jure & legibus Romanis judicandi: qui judicia obirent, *Judices* dicti sunt. 6 Captabat, venabatur. 7 Id est, Romani. 8 Romani, scilicet. 9 Extra terram, id est, patriam, tanquam exul. 10 Al. *agris.* 11 Degeret, versaretur, habitaret. 12 Loco ubi publica pecunia reponitur. Nam ex isto depromebatur pecunia, quâ coëmeretur frumentum, quod posteà vilissimo pretio vendebatur plebi. 13 Dominatione, potestate. Vide suprà 3, 12, 13. 14 Vertebantur, id est, perniciosa fiebant. 15 Pretium. Idem plane cum Floro dicit Val. Max. 7, 6, 4. *quo tempore non Reip. victoria, quærebatur, sed præmium victoriæ res erat publica.* 16 Pecuniam, quæ vel portus, vel venditionis, vel circumvectionis nomine exigebatur.

1 patri-

[1] patrimonium, [2] ſupprimebat: & emptio frumenti, ipſos
5 Reipublicæ nervos, [3] exhauriebat ærarium. [4] Reduci plebs in agros undè poterat ſinè poſſidentium everſione? qui ipſi pars populi erant, & tamen relictas ſibi à majoribus ſedes, [5] ætate, quaſi jure hæreditario, poſſidebant.

1 Reditus & pecuniæ publicæ: his enim *Reſp.* ſuſtinetur. Tac. 13, 51, 2. 2 Intercipiebat. 3 Evacuabat, exinanibat. 4 Hac poſteriore capitis parte propugnat Florus agrorum poſſeſſores, recenſetque incommoda & iniquitatem, quæ ſequerentur leges iſtas, cum prius commoda earum æquitatemque propoſuiſſet. 5 Longo tempore.

CAP. XIV.

[1] *Seditio Tiberii Gracchi.*

[1] PRrimam [2] certaminum facem Tiberius Gracchus [3] accendit; [4] genere, formâ, eloquentia [5] facilè princeps.
2 Sed hic, ſive [6] Mancinianæ deditionis, quia [7] ſponſor, fœderis fuerat, contagium timens, & indè [8] popularis: ſi-
3 ve æquo & bono ductus, quia depulſam agris ſuis Plebem miſeratus eſt, quacunque mente, rem auſus
4 ingentem, poſtquam [9] rogationis dies aderat, ingenti

1 Seditionem Tiberii Gracchi ſcribunt Liv. Ep. 58. Plut. in vita Gracchorum. Valer. Max. 1, 4, 2. 3, 2, 17. 4, 7, 1. 7, 2, 6. 2 Seditionum cauſam, initium. 3 Id eſt, ſeditionibus cauſam præbuit. 4 Nati enim ſunt Tib. & C. Gracchi fratres patre Tib. Sempronio Graccho, qui bis Conſul fuit, biſque triumphavit: matre Cornelia, fœmina lectiſſima, moribus ſanctiſſimis, P. Cornelii Scipionis, qui Annibalem debellavit, filia. 5 Hoc eſt, egregius, eximius. Hoc enim verbum civiliter capiendum eſt, non ita ſtrictè, quaſi Florus eum omnibus aliis, ipſique fratri præponat. Sic cum aliquem fortiſſimum, doctiſſimum, &c. dicimus, non continuò ſequitur, neminem ad idem fortitudinis doctrinæve perveniſſe. Sic Cicero Gracchum hunc *ſummum Oratorem* fuiſſe dicit. 6 Ti. Graccho invidia Numantini fœderis, cui feriendo, Quæſtor C. Mancini Conſulis cum eſſet, interfuerat, & in eo fœdere improbando Senatus ſeveritas dolori & timori fuit, iſtaque res illum à gravitate patrum deſciſcere ad equites & plebem coëgit. De Mancini deditione vide ſuprà 2, 18, 5. 7 De fœderibus per Sponſionem late Liv. 9, 9. & nos ad Sal. p. 267. a, & b. 8 Addictus & favens plebi. Sic *facta popularia* apud Liv. 6, 14, 2. His enim locis *populus* pro plebe accipitur. 9 Legis.

1 ſtipatus agmine 2 Roſtra conſcendit: nec deerat obvia manu tota indè 3 nobilitas, & Tribuni 4 in 5 partibus. Sed 5 ubi 6 intercedentem legibus ſuis 7 Cuxium Octavium videt Gracchus, contra fas collegii, jus poteſtatis, injecta manu depulit Roſtris: adeòque præſenti 8 metu mortis exter- 6 ruit, ut 9 abdicare ſe magiſtratu cogeretur. Sic 10 Triumvir creatus dividendis agris. Cùm ad perpetranda cœpta, die 11 comitiorum 12 prorogari ſibi vellet 13 imperium, obvia nobilium manu, eorumque, quos agris 14 moverat, 7 cædes à foro cœpit. Indè cùm in Capitolium profugiſſet, plerumque ad defenſionem ſalutis ſuæ, 15 manu caput tan-

1 Cinctus, circumſeptus. Liv. Stipatus *agmine armatorum, in forum irrumpit. Stipari* enim dicuntur principes, qui cuſtodiæ cauſâ ſatellitio cinguntur: item, qui amicorum, clientum, comitum-ve turba ſepiuntur. A. Gel. 2, 13. recitans verba Sempronii Aſellionis de Tib. Graccho, *Gracchus*, inquit, *domo cum proficiſceretur, nunquam minùs terna aut quaterna millia hominum ſequebantur.* 2 Editum illum locum ante Curiam, undè edicta publica & ad populum verba fiebant, navium ab Antiatibus captarum roſtris adornatum. In Roſtris magiſtratus ſedentes jus dicebant, & ibidem leges ferebantur, & conciones habebantur. 3 Nobiles. 4 Scilicet *erant*, id eſt, favebant partium alterutri. Sic ſuprà 3, 5, 23. & infrà 4, 2, 5. 5 Factionibus. 6 Vetantem, impedientem, ne leges ſuæ perferrentur. Tribunorum autem plebis, inquit in hac Hiſtoria Plutarch. hæc poteſtas erat, ut uno intercedente, alii, etiamſi plures eſſent, nihil agerent. Intercedentium ſolennis vox erat, *Veto*. 7 Tib. Gracchi collegam: erat enim & hic Tribunus plebis. 8 Tac. H. 5. 26, 1. *ſc. ſpes vitæ magnos etiam animos infringit.* 9 Deponere ſive relinquere magiſtratum. 10 Triumviros, qui agros plebi lege ſuâ dividerent, quique quotannis crearentur, ut judicarent, qua publicus, qua privatus ager eſſet, lege ſanxerat, ſeque & Cajum fratrem, & Appium Claudium ſocerum primos Triumviros creavit. 11 Congregationum, conventus, & coitionum populi Romani, ad creandos ſeu eligendos novos magiſtratus. *Comitia* enim (à *coëundo*, vel *comeundo*, quod populus *coire* his, & unum in locum convenire ſoleret, dicta) fuerunt conventus & congregationes populi ad creandos magiſtratus, leges ferendas, & alia cum populo agenda. *Comitia* differunt à *Conciliis*, quòd *Comitia* fiunt, cùm univerſus populus convenit; *Concilia* autem, quando non univerſus populus, ſed pars tantum aliqua ejus congregata eſſet, quæ tamen differentia non ab auctoribus non eſt obſervata. Neque verò omnes populi conventus *Comitia* dicta fuerunt, ſed ii tantum, qui ferendorum de aliqua re ſuffragiorum cauſa haberentur. Quando verò ludorum, vel cenſus gratia, univerſus populus conveniret, *Comitia* non fuerunt. Vide quæ nos ad Sal. p. 91. b. & ſeqq. 12 Longius protrahi, differri. 13 Tribunatum. 14 Expulerat, ejecerat. 15 Cæteris enim, qui longius aberant, mirantibus, & quid-nam rei ageretur, quærentibus, ipſe Tib. Gracchus, quia vox exaudiri non poterat, geſtu periculum, in quo verſaretur, ſcilicet capitis ſui periculum agi, indicaturus, manu caput ſuum tetigit.

gens,

Digitized by Google

gens, hortaretur, [1] præbuit ſpeciem regnum ſibi & [2] diadema poſcentis : atque ita duce Scipione Naſica, concitato in arma populo, quaſi jure [3] oppreſſus eſt.

1 Similem ex geſto errorem prodit Suet. in Cæſ. cap. 33, 3, & 3. ubi Cæſar *ex ſimulatur equeſtres cenſus pollicitus ſingulis* (militibus:) *quod accidit opinione falsâ. Nam cùm in alloquendo exhortandoque, ſæpiùs digitum lævæ manus oſtentans, affirmaret ſe ad ſatisfaciendum omnibus, per quos dignitatem ſuam defenſurus eſſet, annulum quoque æquo animo detracturum ſibi: extrema concio, cui facilius erat videre concionantem, quàm audire, pro dicto accepit, quod viſu ſuſpicabatur: promiſſumque jus annulorum cum millibus quadringenis fama diſtulit.* 2 Coronam regiam. Adeò Romanis erat invitum iſtud imperii aut regni potius ſignaculum. 3 Interfectus eſt, ictus fragmentis ſubſelliorum. De cujus nece lege Plutarch. & quæ nos ad Sal. p. 252. b. & 253. a.

CAP. XV.

[1] *Seditio Caji Gracchi.*

1 STatim & mortis, & legum [2] fratris [3] ſui vindex non
2 minore impetu [4] incaluit Cajus Gracchus : qui cùm
[5] pari tumultu atque terrore plebem in [6] avitos agros
[7] arceſſeret; & recentem Attali hæreditatem in alimen-
3 ta populo polliceretur; jamque [8] nimius, & potens al-
4 tero tribunatu, [9] ſecunda plebe volitaret : [10] obrogare auſo legibus ſuis Minucio Tribuno, fretus, comitum manu, [11] fatale familiæ ſuæ Capitolium invaſit. [12] Indè proximorum cæde pulſus, cùm ſe in Aventi-
5 num recepiſſet; indè quoque obvia Senatus manu, [13] ab

1 Quæ hîc ſcribuntur, habentur latius à Liv. lib. 60, & 61. Plutarch. in vita Gracchorum. Val. Max. 1, 7, 6. 4, 7, 2. 6, 8, 3. 8, 10, 1. 9, 4, 3. 2 Tiberii Gracchi, natu majoris. 3 Ultor. 4 Exarſit. 5 Æquali, ac antè frater. Comparatio enim hîc inter Gracchos eſt, non inter tumultum & terrorem. Videſuprà 1, 13, 14. 6 A majoribus relictos. 7 Vocaret. 8 Intolerabilis. Sic Horat. 2, 11, 6. *nimium mero.* 9 Favente. 10 Intercedere, abrogare. Sic. 3, 17, 8. 11 Exitio domus ac generis ſui deſtinatum. Sic fatale *nomen Scipionum Africæ*, ſupra 2, 15, 12. Credebant enim veteres, quibuſdam gentibus, familiis, hominibus, loca alta aliis feliciora eſſe, aut iniquiora. 12 E Capitolio. Al. *Undè.* 13 Refert Val. Max. 6, 8, 3. a ſervo ſuo Philocrate interfectum, *ne in poteſtatem inimicorum* (ſc. L. Opimii, & aliorum nobilium) *venires:* cujus rei exemplum infra 4, 7. de Caſſio & Bruto; & paſſim apud auctores.

6 Opimio Consule oppressus est. [1] Insultatum quoque mortis reliquiis : & illud [2] sacrosanctum caput Tribuni plebis percussoribus auro pensatum est.

1 Contumeliosius actum, illusum. 2 Tribuni enim plebis *ἱεροὶ* erant. Promulgatum erat, si quis C. Gracchi caput adferret, quod æquale auri pondus ipsi de publico penderetur. Septimulejus itaque ejus familiaris illud, pilo transfixum, ad Opimium Consulem retulit, plumboque in cerebri detracti locum infuso, ita ut septendecim librarum & semissis penderet, parricidio etiam suo Rempublicam avaritiaque circumscripsit.

CAP. XVI.

[1] *Seditio Appulejana.*

1 NIhilominùs Appulejus Saturninus Gracchanas [2] asserere leges non destitit. Tantum [3] animorum viro Marius dabat : qui nobilitati semper inimicus, consulatu [4] suo præterea [5] confisus, occiso palam [6] comitiis [7] Annio competitore Tribunatus, [8] subrogare conatus est in ejus locum [9] Cajum Gracchum, hominem [9] sine tribu, sine nomine : sed [10] subdito titulo, in [11] familiam ipse se [12] ad-
2 optabat. Cùm tot, tantisque ludibriis exultaret impunè, [13] rogandis Gracchorum legibus ita vehementer [14] incubuit, ut Senatum cogeret [15] in verba jurare; cùm [16] abnuentibus [17] *aquâ & igni interdicturum se minaretur.*

1 De Appulejanâ seditione scribunt Liv. 69. Plut. in Mario. Val. Max. 3, 1, 18. 2 Defendere, vindicare. 3 Spiritus, superbiæ. 4 Al. *sexto* ex Ep. Liv. 5 Potestate suâ multos abuti ad res novas, exempla testantur innumera. Similis locus infrà cap. 17, 3. de Equitibus Romanis: *Tanta potestate subnixi, ut qui fata fortunasque Principum haberent in manu, interceptis vectigalibus, peculabantur suo jure Rempublicam.* 6 Scilicet *in*. 7 Val. Max. hunc *A. Numinam* vocat 9, 7, 3. 8 Substituere per rogationem. 9 Val. Max. 9, 7, 2. & 3, 2, 18. & 3, 8, 6. hominem *L. Equitium* appellat, *qui se Ti. Gracchi filium simulabat*. Cic. *Numerum & Quinctium*. 9 Hoc est, servum, aut fugitivum. Libertini enim tribum habebant, Esquilinam, aut quamcunque urbanam, in quâ censebantur. Tanti apud Romanos Gracchi fuerunt, ut non statuas tantum mortuis his erexerint, sed & hominem sine tribu, sine nomine, pro Tribuno plebis agnoverint. 10 Supposito. 11 Domum, genus. 12 Inferebat, immiscebat. 13 Ferendis ad populum : rogandus enim erat populus, utrum vellet eam legem, & juberet. 14 Summo studio ursit Appulejus. 15 Se legi Saturnini consentire. 16 Recusantibus. 17 Id est, poenam exilii irrogaturum; siquidem earum rerum usu privati, quæ maximè ad vitam sustentandam sunt necessariæ, abire ab urbe cogebantur.

1 Unus

3 [1] Unus tamen extitit, qui mallet exilium. Igitur poſt Metelli [2] fugam [3] omni nobilitate perculſa, cùm jam tertium annum dominaretur, eò veſaniæ progreſſus eſt, ut [4] con-
4 ſularia quoque comitia [5] nova cæde turbaret. Quippe ut [6] ſatellitem furoris ſui [7] Glauciam Conſulem [8] faceret, Cajum Memmium [9] competitorem [10] interfici juſſit: & in eo tumultu *Regem* ex ſatellitibus ſuis ſe appellatum, læ-
5 tus accepit. Tùm verò jam [11] conſpiratione Senatus, ipſo quoque jam Mario Conſule, quia tueri non poterat, adverſo; [12] directæ in foro acies: expulſus indè, [13] Capito-
6 lium invaſit. Sed cùm, [14] abruptis [15] fiſtulis, obſideretur, Senatuique per legatos [16] pœnitentiæ fidem faceret, [17] ab arce [18] degreſſus, cum [19] ducibus factionis receptus
7 in [20] curiam eſt. Ibi eum, facta irruptione, populus [21] fuſtibus ſaxiſque coopertum, in ipſa quoque morte laceravit.

1 Hic fuit Metellus Numidicus. Vide Cic pro Sextio cap. 16. Val. Max. 3, 8, 4. 2 Exilium. Sic Tacitus & Iuſtin. Hinc Ovidio Triſt. 2, 193. *fugare*, eſt in exilium mittere. 3 Omnibus nobilibus attonitis, conſternatis. 4 Conventus populi, quibus conſules creabantur. 5 Alia præter eam, quam jam commiſerat. 6 Miniſtrum. Ita enim per irriſum vocantur plerumque alienæ potentiæ miniſtri. 7 Prætorem urbanum, ſuæque factionis ſtudioſiſſimum. 8 Crearet. 9 Conſulatus. 10 Quia eum actionibus ſuis adverſari judicabat. 11 Conſenſu, conjunctione: nam in bonam partem hic ſumitur. 12 Inſtructæ, ordinatæ. 13 Notandum autem, ſolenne fuiſſe hoc refugium ſeditioſis & tumultuantibus. Exempla apud Liv. 3, 15, 7. Florum noſtrum ſuprà, 3, 14, 7. Tac. 2, 69, 7. 14 Inciſis. 15 Per quas aqua deducitur fuſa: ſic dictæ, quod *fiſtulæ* & tibiæ ſimiles ſint. *Fiſtulæ* item à Medicis appellantur ulcera manantia. 16 Efficeret ut Senatus crederet, Saturninum factorum ſuorum pœnitere. 17 A Capitolio. 18 Deorſum greſſus. Nam particula *de* in compoſitionibus fere denotat motum ad inferiorem locum. 19 Auctoribus, concitoribus. 20 Hoſtiliam. 21 Locus inſignis de levitate vulgi, quos modò provexerat ſummo conatu, ruſus deſtruentis. Quam mobilitatem ſale Satyrico multum perficat Juvenalis Sat. 10, 65. ubi de Sejano verba facit: *Pone domi lauros, duc in Capitolia magnum Cretatumque bovem: Sejanus ducitur unco Spectandus; gaudent omnes.* Et mox v. 72. *Sed quid turba tremens? ſequitur fortunam ſemper, & odit damnatos. Idem populus, ſi Noviſcia Tuſco Faviſſet, ſi oppreſſa foret ſecura ſenectus Principis, hac ipſâ Sejanum diceret horâ Auguſtum.*

CAP. XVII.

[1] *Druſiana ſeditio.*

1 POſtremò Livius Druſus non tribunatus modò viribus; ſed ipſius etiam Senatus auctoritate, totiuſque Italiæ conſenſu, [2] eaſdem leges [3] aſſerere conatus, dum aliud 2 [4] captat ex alio, tantum [5] conflavit incendium, ut ne prima illius flamma poſſet ſuſtineri: & ſubita morte [6] correptus, [7] hæreditarium in poſteros ſuos bellum [8] propagaret. 3 [9] Judiciaria lege Gracchi diviſerant populum Romanum, & [10] bicipitem ex una fecerant civitatem: Equites Romani, tanta poteſtate ſubnixi, ut qui [10] fata fortunaſque [11] principum haberent in [12] manu, [13] interceptis vectigalibus, [14] peculabantur [15] ſuo jure Rempublicam: Senatus [16] exilio Metelli, [17] damnatione Rutilii debilitatus, 4 omne decus majeſtatis amiſerat. In hoc ſtatu rerum [18] pares opibus, animis, dignitate, (undè & nata Livio Druſo æmulatio acceſſerat) [19] equitem Servilius Cæpio, Senatum 5 Livius Druſus [20] aſſerere. Signa, & aquilæ, & vexilla aderant: cæterùm ſic urbe in una, quaſi in binis caſtris diſſide-

1 Scribunt hoc idem Ep. Liv. 70, & 71. Val. Max. 9, 5, 2. 2 Gracchanas. 3 Defendere, vindicare. 4 Venatur, petit. 5 Confecit, excitavit bellum. 6 Captus. 7 Hæreditate relictum. Nam *bellum hæreditarium* dicitur quod à vivente conflatum, poſt mortem ejus, velut hæreditate relictum, geritur. 8 Tranſmitteret. 9 Duo capita habentem. Nam plebe à Senatu ſeparatâ, gemina quædam civitatis facies apparet. Hinc Varro quoque ejuſmodi civitatem *bicipitem* appellavit. *Diductam civitatem* nominat Tac. H. 4, 17, 4. 10 Fortunam illam, quæ fati decreto deſtinata eſt. 11 Primorum cujuſque civitatis. 12 Poteſtate. 13 Ad ſe tranſlatis. Vide ſupra 3, 12, 13. 14 Furabantur ea, quæ ad remp. pertinent. 15 Hoc eſt, conceſſâ legibus poteſtate ad peculatum abutebantur. 16 De quo ſuprà 3, 16, 3. 17 Vide Val. Max. 6, 4, 4. 18 Æquales, Juſtin. 16, 3, 1. *Inter pares aſſiduum diſcordiæ malum.* & 13, 2, 3. *Inter ipſos verò æqualitas diſcordiam augebat.* Nam cùm idem competunt, illud Senecæ valet de Irâ, 3, 34. *Quod vinculum amori eſſe debebat, ſeditionis atque odii cauſa eſt, IDEM VELLE.* 19 Equites. 20 Liberare, vindicare. Sic *Liberatores* dicuntur Suet. Cæſ. cap. 80. liberatores populi, vindices libertatis.

batur.

batur. Prior Cæpio, in Senatum impetu [1] facto, [2] reos ambitus Scaurum & Philippum, [3] principes nobilitatis [4] elegit. His motibus ut reſiſteret Druſus, plebem ad ſe Gracchanis legibus, eiſdem ſocios ad plebem ſpe civitatis [5] erexit. Extat vox ipſius. *Nihil ſe ad largitionem ulli reliquiſſe, niſi ſi quis aut cœnum dividere vellet, aut cœlum.* Aderat promulgandi dies; cùm ſubitò tanta [6] vis hominum undique apparuit, ut hoſtium adventu obſeſſa civitas videretur. Auſus tamen [7] obrogare de legibus Conſul Philippus: ſed apprehenſum faucibus [8] viator non antè dimiſit, quàm ſanguis in ora & oculos redundaret. Sic per vim [9] latæ, [10] juſſæque leges: ſed pretium [11] rogationis ſtatim ſocii flagitavêre, cùm interim [12] imparem Druſum, [13] ægrumque rerum temerè [14] motarum, [15] matura, [16] ut in tali diſcrimine, mors [17] abſtulit: [18] minus ſocii promiſſa Druſi à populo Romano repoſcere armis deſierunt.

1 Dato, id eſt, cùm irrupiſſet. 2 Utpote qui honores & magiſtratus illicitis mediis, ut pecunia, aliiſque lenociniis affectarent: quod crimen apud Romanos variis legibus coërcitum eſt. 3 Primores nobilium. 4 Al. *ejecit.* 5 Id eſt, plebem ſibi Gracchanis legibus, eiſdem ſocios plebi ſpe civitatis faventes reddidit. Pro *erexit*, quidam legunt *traxit.* 6 Multitudo hominum. 7 Intercedere rogationi. Sic ſupra 3, 15, 4. obrogare *auſo legibus ſuis Minucio tribuno.* 8 Publicus miniſter. Diſſentit expreſsè a Val. Max. 9, 5, 2. qui *obortâ gulâ, & quidem non per viatorem, ſed per clientem ſuum* hoc factum dicit. *Viatores* olim dicti ſunt, qui ex agris in curiam Senatores accerſebant. 9 Rogatæ, promulgatæ. 10 Ratæ habitæ, factæ. Notandum autem, *ferre* pertinere ad magiſtratus; *jubere* ad populum. 11 Legis. 12 Non ſufficientem cœptis. 13 Sic *æger conſilii.* Sal. H. 4, 5, 17. *Ægra animi.* Liv. 1, 58, 6. 14 Turbatarum. 15 Opportuna. 16 Reſpectu talis periculi. 17 Exemit, ſubduxit. In atrio domus ſuæ incerto percuſſore, quem tamen *C. Varium* Cic. de Nat. Deor. 3, 33. nominat, occiſus inventus eſt. 18 Ideò tantum. Nam duæ negationes non ſemper negant. Vide Nonium in *Duæ negationes.*

CAP. XVIII.

[1] *Bellum Sociale.*

1 [2] SOciale bellum vocetur licet; ut [3] extenuemus invidiam: ſi verum tamen volumus, illud civile

1 Bellum ſociale ſcribunt. Ep. Liv. 71, & ſeqq. Val. Max. 8, 6, 4. Eutrop. 5, 1 Plin. 33, 1. 2 Quia cum Italicis, ſociis populi Romani, geſtum eſt. 3 Minorem faciamus, quam revera ſit.

bellum fuit : quippe cum populus Romanus Etruſcos, Latinos, Sabinoſque miſcuerit, & [1] unum ex omnibus ſanguinem ducat; [2] corpus fecit ex membris, & ex omnibus
2 unus eſt. Nec minore flagitio ſocii intra Italiam, quam intra urbem cives [3] rebellabant. Itaque cùm jus civitatis;
3 quam viribus auxerant, ſocii juſtiſſimè poſtularent, ad quam ſpem eos cupidine dominationis Druſus [4] erexerat,
4 poſtquam ille [5] domeſtico ſcelere oppreſſus eſt, eadem [6] fax, quæ illum cremavit, ſocios in arma & oppugnatio-
5 nem Urbis [7] accendit. [8] Quid hac clade triſtius? quid calamitoſius? cùm omne Latium, atque Picenum, Etruria omnis, atque Campania, poſtremò Italia contrà [9] matrem ac [10] parentem ſuam [11] Urbem [12] conſurgerent:
6 cùm [13] omne robur [14] fortiſſimorum fideliſſimorumque ſociorum [15] ſub ſuis quoſque ſignis haberent [16] municipalia illa prodigia: Popedius [17] Marſos, & Latinos Afranius; Umbros totus Senatus, & Conſules; Samnium Lucaniamque Teleſinus: cùm Regum & gentium arbiter populus ipſum ſe regere non poſſet, ut victrix Aſiæ Europæ-

1 Eandem ex omnibus originem trahat, id eſt, ejuſdem originis ſive generis ſit. 2 Collectionem ſive totum. Sic ſuprà 1, 1, 9. Romulus ex *variis quaſi elementis congregavit corpus unum.* 3 Repugnabant, bellum inſtaurabant. 4 Animaverat. 5 Civili. 6 Cauſa & initium motus, incendium. Hoc loco *fax* & propria ſignificatione & tranſlata ſumitur: ſicut infrà 3, 23, 1. Fax *illius motus ab ipſo Syllæ rogo exarſit.* Ita Catilina *ex rogo filii maritalem* facem *accendit.* Valer. Max. 9, 1, 9. 7 Incitavit. 8 Plin. 2, 81. *Bellum ſociale, quod haud ſcio, an funeſtius ipſi Italiæ fuerit, quam civilia.* 9 Hoc ad Colonias pertinet. 10 Propinquam, conſanguineam. Hoc ad reliquas urbes nationeſque pertinet. Hoc ſenſu *parentes* hodieque pro conſanguineis efferuntur: quod oſtendit exemplum Curtii 6, 10, 30. 11 Romam. 12 Bellum capeſſerent: cujus contrarium eſt *ſedére*, id eſt, otioſum eſſe, quieſcere. 13 Omnes fortiſſimi. 14 Sæpius ita conjunctim hæc reperias apud ſcriptores: ut apud Liv. 31, 9, 3. Fortis fideliſque *opera.* Liv. 28, 9, 13. 40. 46, 4. *ſatis conſtat ſervos* (Ciceronis periclitantis) fortiter fideliterque *paratos fuiſſe ad dimicandum.* 15 Senſus eſt, illa municipalia prodigia ſocios adverſus Romanos duxiſſe, *ſub ſuis quoſque ſignis.* 16 Municipes illi ſumme ſcelerati, duces Italici belli ex municipiis oriundi, id eſt, quibus cum ſuffragii latione civitas eſt data; hoc eſt, quibus honores dare & petere licebat. 17 Fortiſſimum populum.

que

Digitized by Google

8 que à [1] Corfinio Roma peteretur. Primum fuit belli [2] in
Albano monte conſilium, ut feſto die [3] Latinarum Ju-
lius Cæſar, & Martius Philippus Conſules, inter ſacra
9 & aras [4] immolarentur. Poſtquam id nefas proditione
[5] diſcuſſum eſt, [6] Aſculo furor omnis erupit, in ipsâ
quidem [7] ludorum frequentiâ trucidatis, qui tùm aderant
ab Urbe, [8] legatis: hoc fuit impii belli [9] ſacramentum.
10 Indè jam paſſim ab omni parte Italiæ, duce & auctore
belli diſcurſante Popedio, diverſa per populos & urbes
11 [10] ſigna cecinere. Nec Annibalis, nec Pyrrhi fuit tanta
vaſtatio. Ecce Ocriculum, ecce [11] Grumentum, ecce Fe-
ſulæ, ecce Carſeoli, Reate, Nuceria, & Picentia; cæ-
12 dibus, ferro & igne vaſtantur. Fuſæ Rutilii copiæ,
fuſæ Cæpionis. Nam ipſe Julius Cæſar, exercitu amiſ-
ſo, cùm in Urbem cruentus referretur, miſerabili fu-
13 nere mediam etiam Urbem [12] perviam fecit. Sed magna
populi Romani fortuna, [13] & ſemper in malis major,
totis denuò viribus [14] inſurrexit: aggreſſique ſingu-
li populos; Cato diſcutit [15] Etruſcos; Gabinius Mar-
ſos; Carbo Lucanos; [16] Sylla Samnites. Strabo verò

1 Urbe Peligna, quam communi conſilio muniverant Itali, *Italicamque* vocaverant. 2 Ubi fieri ſolebat Iovi Latiali feriis Latinis. Conſules die initi magiſtratus, Iovis Opt. Maximi templum adibant, Latinas indicebant, ad diem conditam ferias celebrabant, Iovi Latiali ſacrum ſolenne in monte Albano faciebant. 3 Scilicet *feriarum*. 4 Ut victimæ mactarentur. Eoſdem conceptus habuit. Val. Max. 9, 7, 2. de Q. Pompeji cor. nece; *ſacrificare incipientem adorti, in modum hoſtiæ mactaverunt*. 5 Oppreſſum & impeditum. Sic *Diſcuſſi hoſtes*, ſuprà 1, 18, 13, *Diſcutio* enim per ſimilitudinem ponitur pro impedio, removeo. Dic. Diſcuſſa *eſt caligo*, quam paulò antè dixi. *Diſcutio* propriè eſt in diverſas partes rejicio, diſpello. Aliquando eſt variis modis examino, inveſtigo. Cic. 4. Acad. *Oportet igitur non eſſe armatos, ut occurrere poſſimus interrogationibus eorum, captioneſque* diſcutere. Undè *diſcuſſum* dicitur, quod eſt examinatum aut judicatum. 6 Oppido Piſeni. Initium autem belli à Picentibus ortum eſt in Ep. Liv. 72. 7 Spectaculorum. 8 Id eſt, illis, qui pro conſulibus, aut prætoribus erant. 9 Neceſſitas, quâ ad bellum gerendum adigebantur. 10 Id eſt, cantu tubarum, aut cornuum ſigna erecta ſunt. Unaquæque enim legio tubicines, cornicines, & buccinatores habebat. Vide ſuprà 1, 6, 60. 11 Picentinorum oppidum. 12 Al. *permadeſcit*. 13 Vide ſuprà 2, 2, 22. 14 Conſurrexit. 15 Etruſco tum animos, dum moliuntur bellum, à Senatu Romano in amicitiam civitatis donatione fuiſſe præoccupatos alii ſcribunt. 16 Idem Valer. Max. 1, 6, 4. Cic. de Divin. 1, 33.

Pom-

Pompejus omnia flammis ferroque populatus, non prius [1] finem cædium fecit, [2] quàm Aſculi everſione, manibus tot exercituum conſularium, direptarumque urbium Diis, litaretur.

1 Deſiit cædere. 2 Hoc enim maximè neceſſarium credebant, hoſtium everſione ſatisfacere Manibus ſuorum.

CAP. XIX.

[1] *Bellum Servile.*

1 UTcunque, etſi cum ſociis, (nefas!) cum liberis tamen, & ingenuis dimicatum eſt: [2] quis æquo animo ferat in 2 principe gentium populo bella ſervorum? Primum [3] Servile bellum inter initia Urbis Herdonio Sabino duce in ipſa Urbe tentatum eſt: cum occupata tribuniciis ſeditionibus civitate, Capitolium obſeſſum eſt, & à Conſule captum: ſed hic [4] tumultus magis fuit, quàm bellum. Mox imperio [5] per diverſa terrarum occupato, quis crederet Si- c ciliam multò cruentius ſervili, quam Punico bello, eſſe 3 vaſtatam? [6] Terra frugum ferax, & quodammodo [7] ſuburbana provincia, [8] latifundiis civium [9] Romanorum tenebatur. Hîc ad cultum agri, frequentia [10] ergaſtula, [11] ca-

1 Servile bellum, quod in Sicilia geſtum eſt, ſcribunt Ep. Liv. 56. Plut. Craſſo 6, 18. Eutrop. 4, 3. 2 Eadem indignatio Senecæ l. 1. de Clem. cap. 9. ubi de iis, qui Auguſto inſidiati ſunt: *Taceam alios*, inquit, *quos tantùm auſos pudet.* Sed præcipua hujus indignationis cauſa eſt, quòd ſervorum eſſet peſſima conditio, ita ut vix hominum numero haberentur. 3 De quo Liv. 3, 15, 7. 4 Tumultus erat, cum ex ſubito, & vicino plerumque bello ſumma oriebatur perturbatio. Ideò tunc Indicto Senatus decreto juſtitio ſaga ſumebantur. Nec enim Iuri dicendo vacare ſe debere prudenter exiſtimarunt, cum ſecuros ſo te cives aut mitiora ſperantes præſentis ac magni periculi ſuo ipſi exemplo admonere debebant, & leges fruſtra exerceri oſtendere, ni imminens iis pernicies armis omnium averteretur. Nec id ſufficiebat, etiam delectus illo tempore & in Urbe & Italia habebatur promiſcuè, nec ullum excuſabat vacatio. 5 Per diverſas terras. 6 Quo reſpectu *benigniſſimam urbis nutricem Siciliam* nominat Val. Max. 7, 6, 1. Infra 4, 2, 22. *annonæ pignus.* Plura de ejus fertilitate Claud. de raptu Proſerp. lib. 1. Lucret. lib. 1. Sil. 14, 23. 7 Quæ proxima eſt omnium provinciarum, & propemodùm in conſpectu Urbis. 8 Magnis & amplis fundis. 9 Al. *luctiorum.* 10 Loca ſive carceres, in quibus ſervi ad labores compellebantur. 11 Servi ergaſtularii.

tena-

4 tenatique cultores, materiam bello præbuêre. Syrus quidam nom ne Eunus (magnitudo cladium facit, ut meminerimus) [1] fanatico furore simulato, [2] dum Syriæ Deæ [3] comas jactat, ad libertatem & arma servos, quasi numinum
4 imperio concitavit; idque ut divinitus fieri probaret, in ore abdita nuce, quam sulphure & igne [5] stipaverat, leniter
6 inspirans, flammam inter verba fundebat. Hoc [6] miraculum primum duo millia ex obviis; mox [7] jure belli [8] refractis ergastulis, sexaginta amplius millium [9] fecit exercitum: [10] regiisque, ne quid malis deesset, decoratus insignibus, castella, oppida, vicos, miserabili direptione
7 vastavit. Quin illud quoque, ([11] ultimum belli dedecus) capta sunt castra Prætorum; nec nominare ipsos pudebit, castra Manilii, Lentuli, Pisonis, Hypsæi. Itaque qui per [12] fugitivarios [13] distrahi debuissent, prætorios duces, pro-
8 fugos prœlio, ipsi sequebantur. Tandem [14] Perperna Imperatore supplicium de eis sumptum est. Hic enim victos, & apud [15] Ennam [16] novissimè obsessos, cum fame quasi pestilentia [17] consumpsisset, reliquias latronum compedibus & catenis religavit, [18] crucibusque punivit: fuitque de servis [19] oratione contentus,

1 Insano. *Fanatici* autem dicti sunt, quòd *in fanis*, id est, in templis sacerdotes oraculum edituri, hujusmodi furore corripiebantur. 2 *Nihil in speciem fallacius, quàm pravam religionem esse, ubi Deorum nomen prætenditur sceleribus*, ait Liv. l. 39. 3 Al. *cærimonias*. Al. *comos*. *Comus* enim est saltationis genus, quod tibiâ & fistulâ in comessationibus, cujusmodi erant Syriæ istius Deæ, passim agitabatur. 4 Jussu. 5 Condensaverat, claudendo conflaverat. 6 Al. *miraculo*: ut sequentia, *fecit exercitum*, referantur ad Eunum. 7 Al. *more belli*: quod enim jus belli servis? 8 Ruptis. 9 Comparavit. 10 Diadematibus. Insuper mutato nomine, *Antiochum* se vocavit, alios servos subditos *Syros*. 11 Extremum. 12 Græci eleganter Φυγοδίδυμας vocant. 13 Diversè trahi, divelli, disjungi. 14 Al. P. *Rupilio*. Hic enim cum fugitivis debellavit, ac bello confecto provinciam ordinavit. 15 Siciliæ civitatem. 16 Ad extremum. 17 Sensim absumptus fuisset, & attrivisset. 18 Servili supplicio. 19 Minoris triumphi genus est, quod conscendebatur Imperatoribus, *cùm aut bella non ritè indicta, neq; cum justo hoste gesta essent, aut hostium nomen humile & non honorem esset, ut servorum piratarumque: aut deditione repentè factâ, impulerat (ut dici solet) incruentaque victoriâ evenit.* Ovans nec curru vectus, nec trabeâ, nec regâ pictâ indutus, pedibus urbem exercitu præeunte ingreditur. *Ovationem* Plutarch. ab ove, quam immolabant ovantes, ut triumphantes in Capitolio Taurum, dictam contendit.

ne

ne [1] dignitatem triumphi [2] ſervili inſcriptione violaret.
9 Vix dùm [3] reſpiraverat inſula, cùm ſtatim [4] à ſervis, & à Syro reditur ad [5] Cilicem Athenio paſtor, interfecto domino, [6] familiam ergaſtulo liberatam [7] ſub ſignis ordi-
10 nat. Ipſe veſte purpureâ, argenteoque [8] baculo, & [9] regium in morem fronte redimitâ, non minorem, quàm [10] ille fanaticus prior, [11] conflat exercitum: acriùſque multò, quaſi & illum vindicaret, vicos, caſtella, oppida diripiens, in dominos, in [12] ſervos infeſtiùs, quaſi in
11 transfugas, ſæviebat. Ab hoc quoque Prætorii exercitus cæſi; capta Servilii caſtra, capta Luculli. Sed Aquilius Perpernæ uſus exemplo, intercluſum hoſtem commeatibus ad extrema compulit: communitaſque copias armis, fame facilè delevit: dedidiſſentque ſe, [13] niſi ſupplicio-
12 rum metu voluntariam mortem prætuliſſent. Ac ne de duce quidem ſupplicium [14] exigi potuit, quamvis in manus venerit: quippe dum circa [15] deprehendendum eum multitudo contendit, [16] inter rixantium manus præda laceraţa eſt.

1 Decus. 2 Hoc eſt, ſi ita inſcribatur; *Triumphus de ſervis.* 3 Recepe-rat ſpiritum. 4 Al. *ſervi.* 5 *Cilix* gentile eſt, qui è Ciliciâ ortus eſt. 6 Servos. 7 Per ſigna componit. 8 Sceptro, geſtamine regio. 9 Diademate revincta. *Diadema* enim erat faſcia candida, quâ frontem circumligabant. Hinc illud Favonii in Pompejum apud Val. Max. 6. 2, 7. *Non refert, inquit, quâ in parte corporis ſit diadema, Exigui panni cavillatione regias ejus vires exprobrans.* 10 Eunus. 11 Conficit, excitat. 12 Nempè quòd communem cauſam proderent. 13 Uti multos *in ſumma pericula miſit Venturi timor ipſe mali.* Quam vecordiam his verbis inſequitur M. Brutus in quadam ad Articum epiſtola: *O magnam ſtultitiam timoris, id ipſum, quod vereare, ita cavere, ut, cum vitare fortaſſè potueris, ultrò accerſas & attrahas.* 14 Sumi. 15 Capiendum, prehendendum. 16 Sic infrà 3, 21, 26. *Babius inter manus lacerатus eſt.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. XX.

[1] *Bellum Spartacium.*

1 ENimverò ſervilium armorum dedecus feras : nam & ipſi per fortunam in omnia obnoxii, tamen [2] quaſi ſecundum hominum genus ſunt; & [3] in bona libertatis noſtræ
2 adoptantur. Bellum Spartaco duce concitatum, quo nomine appellem, neſcio : quippe cum ſervi militaverint, [4] gladiatores imperaverint : illi infimæ ſortis homines :
3 [5] hi peſſimam auxêre ludibrio calamitatem. Spartacus, [6] Crixus, Oenomaus, [7] effracto Lentuli ludo, cum triginta haud amplius ejuſdem fortunæ [8] viris eruperunt Capuâ; ſerviſque ad vexillum vocatis, cum ſtatim decem amplius millia coïſſent hominum, [9] non modò effugiſſe contenti,
4 jam [10] vindicare volebant. Prima velut harena viris mons Veſuvius placuit. Ibi cum obſiderentur à [11] Clodio Glabro, per [12] fauces cavi montis [13] vitigineis delapſi vinculis,

1 De bello contra Spartacum geſto ſcribunt *Ep.* Liv. 59. Eutrop. 6, 2. Plut. *in* Craſſo. Claud. de bello Get. 155. Lucan. 2, 554. 2 Quaſi verò ſervitus differentiam quandam ſpecificam inter liberos & ſervos conſtituat, ita ut illi *homines* ſint, hi *quaſi homines*. Sic ille apud Iuv. 6, 221. *O demens, ita ſervus homo eſt*; Homines autem eos eſſe, parumque diſcriminis inter eos & dominos, oſtendit Sen. Ep. 47. 3 Per manumiſſionem, quaſi adoptionem, libertatem conſequuntur. 4 *Gladiatores* ſervi erant, qui in ludo ſuo à Laniſtis pugnandi artem edocebantur, ut, cum munus gladiatorium à magiſtratu ipſi populo ad voluptatem præberetur, tunc illi à muneratoribus redempti in arenâ depugnarent, eâ quidem neceſſitate, ut vel adverſarium victum conficerent, vel ipſi conficerentur, idque toties, donec vel ætate emeriti, vel ſæpius victores libertate & miſſione digni haberentur, & inde à prætore donarentur; qua accepta ab omni depugnandi neceſſitate liberabantur. 5 Al. *hi peſſimæ, nam, &c. & auxêre ludibrio calamitatem.* Cum enim calamitoſiſſimum ſit ſervire, miſerius adhuc eſt gladiatorem eſſe : cujus vita, viliſque ſanguis, ludicris & ſpectaculis impenditur. 6 Gladiator. 7 Lentulus quidem Batiatus magnam gladiatorum familiam Capuæ alebat, qui à quodam Spartaco Thrace perſuaſi, ut pro ſuâ potius libertate, quam pro ſpectatorum voluptate, dimicarent, effracta cuſtodia & armis, quæ viatoribus obviis eripuerant, inſtructi, Veſuvium montem occuparunt. 8 Gladiatoribus. 9 Hæc enim eſt *ſeries cupiditatum : altera ex alterius ſinu naſcitur*, ut loquitur Sen. Ep. 9. Sed hoc cogitat ut imprimis iſte Spartacus, ſceleſtiſſimo majori propugnandum eſſe & obtegendum. 10 Al. *vindicari.* 11 In Ep. Liv. 95. *Claudius Pulcher* eſt. 12 Angustias. 13 Vimineis, quæ ex vite fiunt.

ad

Digitized by Google

ad imas ejus descendêre radices: & exitu [1] invio, nihil tale opinantis ducis subito impetu castra [2] rapuêre: indè alia castra. Deinceps Coram, totamque pervagantur Campaniam: nec villarum atque vicorum vastatione contenti, Nolam, atque Nuceriam, [3] Thurios atque Metapontum terribili strage populantur. Affluentibus in diem copiis, cùm jam esset [4] justus exercitus; è viminibus pecudumque [5] tegumentis [6] inconditos sibi clypeos: è ferro ergastulorum [7] recocto, gladios ac tela fecerunt. Ac ne quod decus [8] justo deesset exercitui, domitis obviis gregibus, paratur equitatus: captaque de Prætoribus insignia & fasces ad ducem detulêre. Nec abnuit ille de [9] stipendiario Thrace miles, de milite desertor, indè latro, deinde in honore virium gladiator: [10] qui defunctorum quoque prœlio ducum funera imperatoriis celebravit exequiis, captivosque circa [11] rogum jussit armis depugnare: [12] quasi planè expiaturus omne præteritum dedecus, si [13] de gladiatore [14] munerator fuisset. [15] Indè jam consulares quoque aggressus, in Apennino Lentuli exercitum percecidit: apud Mutinam [16] Caji Cassii castra [17] delevit. Quibus elatus victoriis, de invadendâ urbe Romana (quod satis est turpitudini nostræ) deliberavit. Tandem etiam totis imperii viribus contra [18] mirmillonem [19] consurgi-

1 Al. *non uno.* 2 Occuparunt, corripuerunt. 3 *Thurii* urbs Lucrorum in sinu Tarentino ad Sibarim fluvium. 4 Plenus. 5 Coriis. 6 Impolitos. 7 Iterùm igni immisso, & ad alios usus formato. 8 Pleno. 9 Auctorato gladiatore. Similis climax suprà de Viriato, 2, 17, 15. 10 Al. *quin.* 11 Cuxi, Spartaci socii. Est autem *rogus* strues lignorum ad cremanda corpora. 12 Credebant enim Romani, si sanguinem effudissent, ad umbrarum expiationem pertinere. 13 Ex gladiatore, cùm priùs gladiator fuisset. Sic *De servitute Romani*, 2, 6, 34. 14 Qui munera sive ludos gladiatorios populo, emptis à Lanistâ gladiatoribus suo sumptu, exhibet. 15 Nimirùm, ut Just. 3, 1, 8. loquitur: *Proxima quæque victoria instrumentum sequentis est.* 16 Galliæ Cisalpinæ prætoris. 17 Spartacus. 18 Species pro genere. Nec enim mirmillo fuit iste Spartacus, *Thrax* genere, sicâ armatus, propria Thracibus armatura. *Mirmillones & Retiarii* gladiatores erant, qui inter se in Arenâ committebantur, & certare solebant, donec aut occideretur alter, aut se victum fateretur. Retiarius pugnabat adversus *Mirmillonem*: dictus à *reti*, quod sub sinu gerebat, ut Mirmillonem involveret atque implicaret. Mirmillo autem piscem in galea habebat, quem Retiarius capere nitebatur, dictitans subinde: *Non te peto, piscem peto, quid me fugis Galle?* Nam *Mirmillonium* genus est armaturæ Gallicæ, ideò & Galli *Mirmillones* sunt appellati. 19 Prœlium capessitur.

tur:

tur : pudoremque Romanum Licinius Craſſus [1] aſſe-
ruit : à quo pulſi fugatique ([2] pudet dicere) hoſtes, in
13 extrema Italiæ refugerunt. Ibi circa Bruttium angulum
occluſi, cùm fugam in Siciliam pararent, neque navigia
[3] ſupperterent, rateſque ex cratibus, & dolia connexa vir-
gultis in rapidiſſimo freto fruſtrà experirentur; tandem
14 [4] eruptione facta, [5] dignam viris obiêre mortem: & quod
ſub gladiatore duce [6] opportuit, [7] ſine miſſione pugnatum
eſt. Spartacus ipſe in primo agmine fortiſſime dimicans,
[8] quaſi Imperator occiſus eſt.

1 Defendit, vindicavit, liberavit. 2 Hæc vox (ut ſupra 1, 11, 6. diximus) in oratione ſuſpendit vocem ſenſum-ve turpem, aut ominoſum. 3 Adeſſent. 4 Cùm erupiſſent. 5 Quæ ſtrenue pugnantibus obvenit. Eadem appellatur *pulcherrima* infrà 2, 1, 11. Hoc ipſum ſuis inculcavit Catilina apud Sal. *Cavete, ne inulti animam amittatis, neu capti potius, ſicuti pecora trucidemini.* 6 Æquum fuit. 7 Hoc eſt, ad necem uſque Ita Sen. de Ira 1, 15, 14. C. *Cæſar ad pugnam vocavit Jovem, & quidem* ſine miſſione, *Miſſio* enim erat gratia deferendi pugnam, quæ dabatur quandoque victis gladiatoribus; cùm autem placeret, ut eò uſque pugnaretur, quoad alteruter occumberet, dicebatur pugna *ſine miſſione*. Hujuſmodi *miſſionum* in re militari multa ſunt genera. Eſt enim *miſſio honeſta*, quæ emeritis ſtipendiis ab Imperatore indulgetur. Eſt *Cauſaria*, quâ quis propter valetudinem à laboribus militiæ ſolvitur. Unde *Cauſarii milites* à Livio dicuntur. Eſt & *ignominioſa*, cùm quis propter delictum ſacramento ſolvitur. Denique eſt & *miſſio gratioſa*, quæ per ambitionem & gratiam impetrata eſt. 8 Simile eſt ſuprà 2, 14, 9. de Pſeudophilippo; *ut de eo pop. Rom. quaſi de vero Rege triumpharet.*

CAP. XXI.

[1] *Bellum civile Marianum.*

1 HOc [2] deerat unum populi Romani malis, jam ut
ipſe intra ſe [3] parricidiale [4] bellum domi ſtrin-
geret; & in urbe media ac foro, quaſi harena, ci-
ves cum civibus ſuis, [5] gladiatorio more concurre-
rent. Æquiore animo utcunque ferrem, ſi plebeji

1 Hoc bellum ſcribunt Ep. Liv. 77. & ſeqq. Plutarch in vitis Marii & Syllæ. Eutrop. lib. 5. Val. Max. 1, 5, 5. 2, 3, 1. 6, 8, 2. 6, 9, 14. 9, 2, 2, Lucan. 2, 67 2 Aberat. 3 Civile, quia contra patriam communem parentem: etiam quia inter ipſam belli moram, multa parricidia perpetrantur. 4 Al. *telum*, aut *ferrum*: hoc enim *ſtringendi* verbo meliùs convenit. 5 Ut ſolent gladiatores.

duces;

duces; aut si nobiles, mali saltem, [1] ducatum sceleri præbuissent: [2] cum vero, prò facinus, qui viri! qui imperatores! decora & ornamenta sæculi sui Marius, & Sylla, pes-
3 simo facinori suam etiam dignitatem præbuerunt. Tribus, ut sic dixerim, sideribus agitatum est: primo & levi, & modico tumultu [3] magis, quàm bello, intra ipsos [4] ar-
4 morum duces [5] subsistente sævitiâ: mox atrocius, & cruentius, per totius viscera Senatus grassante victoriâ: ul-
5 timum non [6] civicam modò, sed hostilem quoque [6] rabiem [7] supergressum est; cum armorum furor totius Italiæ viribus niteretur, eousque odiis sævientibus, donec [8] de-
6 essent, qui occiderentur. Initium & causa belli, [9] inexplebilis honorum Marii [10] fames, dum decretam Syllæ provinciam [11] Sulpiciâ lege [12] sollicitat. Sed impatiens injuriæ statim Sylla legiones [13] circumegit: [14] dilatoque Mithridate, Esquilinâ, Collinaque portâ geminum [15] ag-
7 men urbi [16] infudit. Undè cum [17] consultò Sulpicius, & Albinovanus objeciissent catervas, [18] sudesque & saxa undique à mœnibus ac tela jacerentur; ipse quoque jaculatus incendio viam fecit, arcemque Capitolii, quæ Pœnos quoque, Gallos etiam Senones evaserat, quasi captivam
8 victor insedit. Tum ex [19] consulto Senatus adversariis hostibus judicatis, in præsentem Tribunum, alioque [10] diversæ factionis, jure sævitum est. Marium servilis fuga [21] exemit; [22] imò fortuna alteri bello reservavit. Corne-

1 Duces sceleri se præstitissent, duces sceleri fuissent. 2 Al. *jam.* 3 Al. *majore.* Cum hac autem periodo confer, quæ scribuntur infrà 4, 2, 2, & 3. 4 Bellorum. Ut suprà 3, 12, 9. & infrà 4, 2, 73. 5 Consistente, pedem figente. 6 Bella civilia. Ita Horat. Od. 3, 24. *& rabiem tollere* civicam. 7 Superavit. 8 Abessent, non essent. 9 Insatiabilis. 10 Cupiditas. 11 Quam P. Sulpicius tribunus pl. tulerat. 12 Hoc agit, ut ibi decernatur. 13 Reduxit: alibi *convertere signa* appellat. 14 Represso, submoto. 15 Exercitum. 16 Immisit. 17 Deditâ operâ, de industriâ. Plaut. Consultò *factum est.* 18 Tela tumultuaria, quæ Virgilius quoque conjunxisse videtur in illis, Æn. 154. *Jamque faces* (vel *sudes*) *& saxa volant.* 19 Decreto. 20 Diversarum partium. 21 Eripuit, servavit. 22 Lucanus de hoc Mario 2, 85. *Non ille favore Numinis, ingenti superstes protectus ab irâ Vir ferus, & Romam cupienti perdere fato Sufficiens.* Non adeò male, solet enim Deus malis hominibus uti, ceu flagellis, ad castigandos eos, quibus irascitur, imò quorum salutem quærit per hujusmodi pœnas. Sic duo Vespasiani, cum Judæam & Judæos perderent, & exscinderent urbem sacram, fecerunt id quidem alio fine, gloriæ & propagandi imperii, sed errarunt. Revera lictores & satellites ultionis divinæ fuerunt in impiam gentem, & inscii Christi mortem vindicarunt in Judæâ.

lio

9 lio Cinna, Cnæo Octavio Conſulibus, [1] malè obrutum reſurrexit [2] incendium: & quidem ab ipſorum diſcordia, cum de revocandis, quos Senatus hoſtes judicaverat, ad
10 populum [3] referretur. Cincta quidem gladiis [4] concione, ſed vincentibus, quibus pax & quies potior, profugus patria ſua Cinna confugit ad partes. Redit ab Africa Marius, [5] clade major: ſiquidem carcer, catenæ, fuga, exi-
11 lium, [6] horrificaverant dignitatem. Itaque ad nomen tanti viri latè [7] concurritur: [8] ſervitia (pro nefas!) & ergaſtula armantur: & facilè invenit exercitum miſer im-
12 perator. Itaque vi patriam repoſcens, undè vi fuerat expulſus, poterat videri jure agere, niſi [9] cauſam ſuam ſævitia corrumperet. Sed cum Diis hominibuſque infeſtus rediret, ſtatim primo impetu cliens & [10] alumna Urbis
13 Oſtia nefanda ſtrage diripitur: mox in urbem quadru-

1 Obiter, vix, non ſatis. Ita malè *viva cura*. Ovid. Met. 15. 380. & Faſt. 3. 102. male *forte genus*... 2 Bellum aut clades. 3 Lex ad populum ferretur. 4 Multitudine, quæ concionantem audiebat. 5 Vide ſuprà 1, 16, 7. 6 Id eſt, admirabiliorem fecerant Marium & quodam quaſi ſacro horrore & religione auxerant, reverentiamque conciliarant, quòd, cum tot periculis appetitus eſſet, non potuerit extingui: *Horror* enim ad res ſacras refertur, & venerationem. Virg. Æn. 1, 169. horrentique *atrum nemus imminet umbrâ*. Lucan. 3, 411. *Arboribus ſuus* horror *inest*. Hoc ipſum Virgilius expreſſit 4. Æn. ſub perſona Didonis, quam non tam nobilitas Æneæ, nec vultus & ſpecies corporis, quàm ipſum ingenium commovebat: *Credo equidem (nec vana fides) genus eſſe Deorum. Degeneres animos timor arguit: heu quibus ille Jactatus fatis! quæ bella exhauſtæ canebat!* Adde Tac. An. 2, 25, 6. 7 Prœlium inchoatur, quod curſu ferè fieri ſolebat, ut telorum jactum anteverterent: ut apud Juſtin. 2, 9, 11. *Magna igitur in pugnam euntibus alacritas animorum fuit, adeò ut, cùm mille paſſus inter duas acies eſſent, citato curſu ante jactum ſagittarum ad hoſtem venerint.* Vel aliquando, ut citius ad gladios, tanquam certioria gravioraque tela, devenirent: vel, quoniam procurſu plurimum concitantur tela, teſte Liv. 34, 38, 3. 8 Servi. Non incommodè Val. Max. 8, 6, 2. 9 Notandum eſt, bonam quoque comœdiam indecenter agendo corrumpi. Tac. H. 1, 83, 4. *Sæpe honeſtas rerum cauſas, ni judicium adhibeas, pernicioſi exitus conſequuntur.* Ita Pompejani cauſæ ſuæ bonitatem corrupiſſe viſi ſunt Ciceroni: cujus verba ſunt ad Marium lib. 7. Ep. 3. *Fuerunt in oratione ita crudeles, ut ipſam victoriam horrerem.* Idem lib. 9. Ep. 6. *Victoriam etiam illorum timebam, ad quos veneramus; crudeliter enim otioſis minabantur.* 10 Quæ alit Urbem, ſcilicet commeatibus ex aliis regionibus eò convectis: quod tangit ſuprà, 1, 4, 3. *Alumnus* enim non is modò dicitur, qui alitur, ſed & qui alit. Contrario ſenſu *alumna Urbis* eſt apud Tac. 12, 11, 3. 11 Urbs in oſtiis Tiberinis ſita, ab Anco Martio condita, in ipſo maris fluminiſque confinio.

plici

Digitized by Google

13 plici agmine intratur: divisêre copias Cinna, Marius, Carbo, Sertorius. Hic postquam manus omnis Octavii depulsa Janiculo est; statim ad principum cædem [1] signo dato, aliquantò sævius, quàm aut in Punicâ, aut in Cimbrica urbe, sævitur. 14 [2] Octavii Consulis caput [3] pro Rostris exponitur: [4] Antonii [5] consularis in Marii ipsius [6] mensis: Cæsar, & Fimbria in penatibus domorum suarum trucidantur; Crassi pater & filius in mutuo alter alterius 15 aspectu: Bæbium atque Numitorium per medium 16 forum [7] unci traxêre carnificum: [8] Catulus se ignis haustu ludibrio hostium [9] exemit: Merula [10] flamen Dialis in Capitolio Jovis ipsius oculos venarum cruore respersit: [11] Ancharius, ipso vidente Mario, confossus est, quia [12] fatalem illam [13] scilicet manum non porrexerat salutanti. 17 Hæc tot Senatus funera [14] intra Kalendas & Idus Januarii mensis, septima illa Marii [15] purpura [16] dedit. Quid futurum fuit, si annum [17] consularis implessêt? 18 Scipione & Norbano quinto Consulibus, tertius ille turbo [18] civilis insaniæ toto furore detonuit: quippe

1 Ineundi prœlii. Solebat enim militibus, pugnam inituris, *signum dari*, quando concurrerent. 2 Cujus necem præcessit prodigium, quod refert Valer. Max. 1, 6, 10. 3 In Rostris, ut noster loquitur 4, 6, 5. vel ante Rostra, id est, editum illum locum ante Curiam, unde edicta publica, & ad populum verba fiebant. 4 Hic fuit ille orator eximius, qui cunctos eloquentia sua ætate superavit, teste Cicerone, potuitque orationis suavitate Marianos milites demulcere, ac cædis inferendæ cupiditatem reprimere, nisi P. Annius, qui ejus orationi non interfuerat, post illos ingressus, illum occidisset. Cujus caput Mario inter epulas oblatum, tanta cum alacritate suscepit, manibusque pertractavit, ut planè omnibus animi insolentiam ostenderet: deinde in Rostris exponi jussit. Vide Valer. Max. 9, 2, 2. Plutarch. in Mario. cap. 47. Hunc M. Antonium cum Crasso de eloquentia disputantem in Oratore suo Cicero introducit. 5 Consulatum gesserat. 6 Sic de Antonio Triumviro Sen. fine epist. 83. Valer. Max. 9, 5, 4. 7 Instrumenta incurva. 8 Q. Luratius Catulus, cùm non incolumitatem, sed exilium deprecaretur, sævâ illâ Marii voce, *moriatur*, finire vitam coactus est. Vide Cic. Tusc. Quæst. 5, 19. & de Orat. 3, 3. Val. Max. 9, 12, 4. 9 Eripuit, servavit. 10 Sacerdos Jovis. 11 Accedentem se ac salutantem Marius occîdi jussit. 12 Quæ fata vitasque hominum in potestate habet. 13 Scire licet. Ironicè dictum. 14 Nam Marius decessit Idibus. Ep. Liv. 80. 15 Consulatus, quod vestes consulares purpura prætextæ essent, Marius enim primus omnium septies Consul fuit. 16 Fecit. 17 Freinshemius legit, *consulatus*. 18 Belli civilis.

cùm

cùm hinc octo legiones, [1] inde quingentæ cohortes ſtarent in armis, & indè ab Aſia cum victore exercitu Sylla
19 properaret. Et ſanè cùm tam ferus in Syllanos Marius fuiſſet; quantâ ſævitiâ opus erat, ut Sylla de Mario vindicaretur? Primùm apud Capuam ſub amne Vulturno ſigna concurrunt: & ſtatim Norbani fuſus exercitus: ſtatim omnes Scipionis copiæ, oſtentatâ ſpe pacis,
20 oppreſſæ. Tum [2] Marius juvenis, & Carbo Conſules, quaſi deſperatâ victoriâ, ne inulti perirent, [3] in anteceſſum ſanguine Senatus ſibi [4] parentabant: obſeſſaque curia, ſic de Senatu quaſi de carcere, qui jugularentur,
21 [5] educti. Quid funerum in foro, in circo, in patentibus templis? Nam Quinctus Mucius Scævola pontifex Veſtáles [6] amplexus aras, [7] tantum non eodem igne ſepe-
22 litur. [8] Lamponius atque Teleſinus, Samnitum duces, atrocius [9] Pyrrho & Annibale Campaniam Etruriamque populantur: & ſub [10] ſpecie partium ſe vindicant.
23 Apud Sacriportum, Collinamque portam debellatæ omnes hoſtium copiæ. Ibi Marius, hîc Teleſinus oppreſſi. Nec idem tamen cædium, qui belli, finis fuit. Stricti enim & in pace gladii, [11] animadverſumque in eos,
24 qui ſe ſponte dediderant. [12] Minus eſt, quòd apud Sacriportum, & apud Collinam portam ſeptuaginta amplius millia Sylla concidit: [13] bellum erat. Quatuor millia deditorum inermium civium in [14] villa publica inter-

1 Al. *atque*. Plut. etiam in Mario cap. 51. aſſerit, quadringentas & quinquaginta cohortes habuiſſe. Porrò cum legiones & cohortes opponuntur, in hoc loco, illæ ad cives Romanos, hæ ad ſocios & auxiliares referuntur. 2 Marius iſte, filius-ne Marii 7. Conſulis, an nepos fuérit, incertum eſt. 3 Ante juſtum tempus. 4 Juſta exſolvebant. Hujus ſceleris invidiam uni Damalippo impingere videtur Vellej. 20, 5. & Val. Max. 9, 2, 3. 5 Imò in ipsâ curia confoſſi. 6 Hoc autem factum, ſeu præſidii causâ, ut ad aras, tanquam aſylum, confugerent: quemadmodum Ioabus Reg. 3, 2, 28. ſeu ut execrarentur homicidas, & quaſi à præſentibus Diis ultionem peterent. Vide Velle. 2, 22, 3. 7 Propemodum, parum abeſt. 8 De his ſuprà 3, 18, 7. 9 Eadem comparatio ſuprà 3, 18, 11. 10 Prætextu, obtentu. 11 Apud Tac. 11, 17, 2. *trucidare deditos ſævum videbatur.* 12 Parùm eſt. 13 Q. d. belli jure iſti occidebantur: nullum erat in morte ipſorum nefas. 14 Domo ampliſſima in campo Martio, in quo hoſtium legati, quibus in Urbe hoſpitium non concedebatur, recipiebantur, & de publico alebantur.

25 fici juſſit. Iſti tot in pace, [2] non plures ſunt: quis autem illos poteſt [2] computare, quos in Urbe paſſim, quiſquis voluit, occidit? donec admonente Furfidio, *Vivere aliquos debere, ut eſſent, quibus imperarent:* propoſita eſt [3] ingens illa tabula; & ex ipſo Equeſtris ordinis [4] flore ac Senatus, duo millia electi, qui mori juberentur: [5] no-
26 vi generis edictum. Piget poſt hæc referre, ludibrio habita fata Carbonis, fata Sorani Prætoris, atque Venuleji: Bæbium ſinè ferro, ritu ferarum, [6] inter manus laniatum: Marium ducis ipſius fratrem [7] apud Catuli ſepulchrum, [8] oculis, manibus, cruribuſque defoſſis, ſervatum aliquandiu, ut per ſingula membra moreretur. [9] Po-
27 ſitis ſingulorum hominum ferè pœnis, [10] municipia Italiæ ſplendidiſſima, [11] ſub haſta venierunt, Spoletium,
28 Interamnium, Præneſte, Florentia. Nam Sulmone, vetus oppidum ſocium atque amicum (facinus indignum!) nondum expugnato, ut obſides jure belli, & mox morte damnati [12] duci jubentur: ſic damnatam civitatem juſſit Sylla deleri.

1 Al. *nùm.* 2 Rationem ſubducere, colligere. 3 Non potuit non eſſe magna, quæ duorum millium Rom. nomina contineret. 4 Excellentiſſimo. 5 Non uſitati. 6 Vide ſuprà 3, 19, 12. 7 Vide infrà 4, 6, 6. 8 Hanc crudelitatem paſſim memorant & deteſtantur, imprimis Lucan. 2, 174. cui perſimilis eſt illa, quam in Hannonem civem ſuum exercuerunt Carthaginienſes. Juſtin. 21, 4, 7. 9 Abolitis, deſitis. 10 Tanquam hoſtilia, & bello capta; nam etiam urbes, ut cætera bello capta, vendebantur. 11 Sub auctione vendita ſunt: figebatur enim haſta in auctionibus publicis. 12 Scilicet *ad ſupplicium.* Solemnis formula. Sen. Epiſt. 4. *At ſi fortè in manus hoſtium incideris, victor te* duci jubebit.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XXII.

Bellum Sertorianum.

1 [1]BEllum Sertorianum quid aliud, quàm Syllanæ proſcriptionis [2] hæreditas fuit? [3] hoſtile potiùs, an [4] civile dixerim, neſcio: quippe quod Luſitani Celtiberique Ro-
2 mano geſſerint duce. Exul & [5] profugus [6] feralis illius tabulæ, vir [7] ſummæ quidem, ſed calamitoſæ virtutis, malis ſuis maria terraſque permiſcuit: [8] & jam Africæ, jam Balearibus inſulis fortunam expertus, [9] miſſiſque in Oceanum, Fortunatas inſulas penetravit: tandem Hiſpa-
3 niam [10] armavit. [11] Viro cum viris facile convenit. Nec alias magis apparuit [12] Hiſpani militis vigor, quàm Ro-
4 mano duce. Quanquam ille non contentus Hiſpania, [13] ad Mithridatem quoque Ponticoſque reſpexit, Regem-
5 que claſſe juvit. [14] Et quid futurum fuit? ſatis tanto hoſti uno Imperatore reſiſtere [15] res Romana non potuit: additus Metello Cnæus Pompejus: hi copias viri diu, & an-

1 Quæ hoc capite ſcribit Florus, lege Ep. Liv. 90. & ſeqq. Plutarch. in vita Sertorii. Val. Max. 1, 2, 4. Eutrop. in princ. ſexti. Hic Sertorius cervam candidam inſignis fortunæ per Luſitaniam ducebat, & ab eâ, quæ agenda aut vitanda eſſent, moneri ſe aſſeverabat, ut barbari ad omnia, tanquam divinitus imperata, obedirent. 2 Quod idem licet dicere de bellis ſequentibus: de quorum connexione lege Auguſt. De Civ. Dei lib. 3. cap. 30. Uſque adeò verum eſt, quod ait Sal. in Iugurth. cap. 88. *Omne bellum ſumi facile, cæterùm ægerrimè deſinere*; atque ita ſæpè bellum ad poſteros ἀσκόνδυτον ſtruitur, ut appellat Cic. l. 9. ad Attic. Ep. 12. 3 Quod hoſtes, id eſt, peregrini, & diverſarum civitatum regionumque homines inter ſe gerunt. Quod autem *hoſtile* hoc loco appellatur, idem etiam *externum bellum* dicetur in fine hujus capitis, & infrà 4, 2, 4. 4 Quod inter ſe gerunt cives, & ejuſdem loci incolæ. 5 Ita ſuprà *fugitivum regni* dixit. 6 Funeſtæ, exitialis. 7 Extremæ, maximæ. 8 Al. *etiam Africæ, etiam Balearibus.* 9 Al. *niſuſque in Oceanum, Fortunataſque inſulas penetrare.* Non enim penetravit inſulas Fortunatas, ſed meditatus eſt tantùm id conſilium, non executus. 10 In arma concitavit Sertorius. 11 Significationem hîc habet fortitudinis. 12 Etiam ſuprà 2, 17, 13. dictum eſt. Hiſpanos non tam animis viribuſque, quàm ducibus defectos, nihil egregium auſos. 13 Cum Mithridate enim fœdus junxit. 14 Tò ET, reſpicit ad ſequentia eademque ita connectit ſuperioribus. Cùm Sertorius fœdus iniiſſet cum Mithridate, cumque jam claſſe poſſet juvare, quid futurum fuit? præſertim cum ſolus Sertorius tantum negotium faceret populo Romano, ut ad ipſum debellandum opus eſſet duobus maximis Imperatoribus. 15 Reſpublica.

CAP. XXIII.

[2] *Bellum civile ſub Lepido.*

1 [2] MArco Lepido, Quincto Catulo Conſulibus, civile bellum pænè citius oppreſſum eſt, quam inciperet: ſed quantum, latèque [3] fax illius motus ab ipſo Syl-
2 læ [4] rogo [5] exarſit! Cupidus namque [6] rerum novarum per inſolentiam Lepidus, [7] acta tanti viri reſcindere parabat; nec immeritò, [8] ſi tamen poſſet ſine magna clade
3 Reipublicæ. Nam cùm jure belli Sylla Dictator [9] proſcripſiſſet inimicos: qui ſupererant, revocante Lepido, [10] quid aliud quàm ad bellum vocabantur? Cumque damnatorum civium bona, [11] addicente Sylla, quamvis malè capta, jure tamen, repetitio eorum procul dubio labefacta-

2 Scribunt hæc Ep. Liv. 91. Plutarch. Pompejo cap. 25. Valer. Max. 9, 8, 7.
2 M. Lepidus conſul dum Syllæ leges abrogare conatur, novo motu perturbat Rempublicam: ipſe profligatus, in Sardiniâ animi ægritudine perit. 3 Cauſa & initium. 4 Strue lignorum ad cremanda corpora. 5 Accenſa eſt. Nam crematus hic primus omnium Corneliorum, cùm majores ejus terrâ conderentur. Ejus rei cauſam fuiſſe dicit. Cic. de Leg. 2, 22. quod Sylla victor C. Marii reliquias diſſipari juſſerat (quod etiam Val. Max. 9, 2, 1. refert) eòque timebat ſimilem fortè caſum corpori ſuo poſſe accidere. 6 Turbarum. 7 Leges Syllæ abrogare. 8 Salus populi ſuprema lex eſt; cujus conſervandæ nonnunquam in unum vel alterum privatorum iniquitas admittenda eſt. Ita quos Sylla proſcripſerat, æquum fortaſſis erat reducere; ſed inutile Reipublicæ, quòd acta Syllana ſinè bello civili reſcindi non poterant. Vide Cic. Ver. 5. cap. 35.
9 Per ſcriptum prævium morti, ubicunque reperirentur, addixiſſet. *Proſcribere* enim idem eſt, atque publicè fixo libello aliquid edicere & denuntiare. Hinc *proſcribi bona* dicuntur, cùm fixis publicè libellis, venditio eorum bonorum in diem certam edicitur & ſignificatur: hinc *proſcripti*, quorum nomina palam in foro ſcripta exſtabant, ut ad necem quærerentur, præmio percuſſori, & ſupplicio occultatori propoſito. Aliquando *proſcribo* eſt libellis propoſitis aliquid venale indico: unde *proſcriptum* dicitur, hoc eſt, venale expoſitum; quia quæ erant vendenda, publicè ſcribebantur. *Proſcribi* itaque *doxius* dicuntur, quando oppoſitâ inſcriptione, venales vel locandæ ſignificantur. Cic. 3. Offic. *Itaque Calphurnius cùm præcognoviſſet Claudium ædes poſteà* proſcriptas eſſe. 10 Hinc conſtat, quàm periculoſum ſit exules reducere, vindictæ ſemper cupidos.
11 Adjudicante. Verbum prætoriæ juriſdictionis. Liv. 6, 14, 10. *Ne quem veſtrum, Quirites, donec quicquam in re mea ſupererit, adjudicatum* addictumve *duci patiar.*

LIBER QUARTUS.

CAP. I.

1 *Bellum Catilinarium.*

2 CAtilinam 3 luxuria primùm, tùm 4 hinc 5 conflata egeſtas 6 rei familiaris, 7 ſimul occaſio, quòd in extremis finibus mundi arma Romana peregrinabantur; in nefaria conſilia opprimen-
2 dæ patriæ ſuæ compulêre; Senatum confodere, Conſules trucidare, 8 diſtringere incendiis Urbem, 9 diripere ærarium, totam denique Rempublicam funditùs tollere, & quicquid nec Annibal videretur optaſſe. Quæ omnia quibus (ô nefas!) 10 ſociis aggreſſus eſt? ipſe 11 patri-
3 cius: ſed hoc 12 minus eſt: 13 Curii, 14 Porcii,

1 Bellum Catilinarium ſcribunt Ep. Liv. 101, & 103. Salluſtius, Plutarch. in vitis Syllæ, Ciceronis, Cæſaris. Val. Max. 5, 8, 5. ext. & 9, 1, 9. & 9, 11, 3. Extant quatuor Ciceronis invectivarum in L. Catilinam libri, quibus rem totam ſimul, & eleganter complexus eſt. Meminit Juv. Sat. 10. 2 Catilinæ & ſociorum ipſius conjurationem exponit. & Ciceronis Conſulis in eâ opprimendâ vigilantiam, dehinc Catilinam à C. Antonio Conſule cum ſuo exercitu cæſum eſſe. 3 Superfluus rerum uſus. 4 E luxuria. Igitur facetè Plaut. in prologo Trinummi fabulæ, *Luxuriæ filiam* facit *Inopiam*: quam quidem filiam ibidem ſe prædicat adoleſcenti luxurioſo nuptum dediſſe, ut cum ipſâ ætatem ageret, quoniam ei, quî ſe alat, nihil videat eſſe reliqui. Hinc Claud. in Ruffin. 1, 35. *Et luxus populator opum, cui ſemper adhærens Infelix humili greſſu comitatur egeſtas.* Adde Sal. in Cat. 5 Confecta, excitata. 6 Subſtantiæ, bonorum domeſticorum. *Familiaris* enim ſignificat, quod ad familiam pertinet, quod eſt familiæ: undè *familiaria negotia*, *res familiares* dicimus. 7 Vide ſupra 3, 5, 4. & 3, 6, 1. Idem dicit Sal. Cat. 16, 6. *in Italiâ nullus exercitus: Cn. Pompejus in extremis terris bellum gerebat.* 8 Diſtrahere, diſtinere: ut boni duobus ſimul implicati periculis, cui primum occurri oporteret dubii, minus conjuratis reſiſterent. 9 Populari, ſpoliare repoſitorium pecuniæ publicæ. 10 Præter iſtos autem ſocios, quos numerat Florus, *erant complures paulo occultiùs conſilii hujus participes nobiles; quos magis dominationis ſpes hortabatur, quàm inopia aut alia neceſſitudo.* Sal. Cat. 17, 6. ut nominatim *M. Craſſus* eodem loco: item *Cæſar*, Plut. Cæſ. cap. 11. 11 A Patribus ortus, vel *Patrum progenies*, ut Livius, vel *nobili genere natus*, ut Salluſtius loquitur. 12 Parùm eſt. Sic ſupra 3, 21, 24. 13 Q. Curius Quæſtorius fuit: aleator notiſſimus: ideòque damnatus eſt, ut Cicero refert. 14 *M. Porcius Læca* a Salluſtio nominatur. Hic ille eſt, in cujus domo Catilinæ dies exeundi, tùm cæteris manendi conditio, tùm deſcriptio totam per Urbem cædis atque incendiorum conſtituta eſt. Hic quoque poſtea damnatus eſt: auctor eſt Cic. in oratione pro Syllâ.

[1] Syllæ, [2] Cethegi, [3] Antronii, [4] Varguntejí, atque [5] Longini: quæ familiæ? quæ Senatus [6] insignia? [7] Lentulus quoque cum maximè [8] Prætor: hos omnes immaniſſimi facinoris [9] ſatellites habuit. Additum eſt [10] pignus conjurationis, [11] ſanguis

1 P. Cornelius Sylla, & Servius Cornelius Sylla, filii Sèrvii Cornelii Syllæ. Dion. narrat lib. 36. Cornelium Syllam, patrem eorum, qui conjurarunt, fuiſſe fratrem L. Syllæ Dictatoris. 2 Cethegus in civilibus hiſce diſſenſionibus urbe ejectus, ad Syllam ſupplex confugit: indè Syllanas partes ſecutus eſt. Hic C. Cethegus temeritate & audacia Catilinam ſuperabat. Plura de hoc leges apud Cic. in orationibus pro Syllâ & in L. Catilinam, Plutarch. in Cic. 3 Hic fuit condiſcipulus Ciceronis in pueritia, collega in quæſtura. Conſul deſignatus, ambitus judicium tollere ac diſturbare voluit: poſtremò ob conjurationem in exilium abiit. 4 L. Varguntejus Senator cum C. Cornelio equite conſtituerant cum armatis hominibus nocte, quæ ſecuta eſt poſtridiè Non. Novemb. ſalutatum *ire* Ciceronem, & eum in ſuo lectulo confodere: ſed Cicero per Fulviam mulierem de dolo, qui parabatur, certior factus, non admiſit ſalutatores tam pernicioſos. Sunt & iſti poſteà damnati lege Lutatia de vi publica. 5 Hic *L. Craſſius Longinus ſibi procurationem incendendæ urbis depoposcerat*, ut ait Cic. in 3. Invect. in Cat. 6 Ornamenta, homines qui Senatum decorant. 7 P. Cornelius Lentulus Sura conſularis: Conſul enim fuerat cum Cn. Aufidio Oreſte, & prætor iterum, conjurationis per indicia convictus, in carcerem ex Senatus conſulto, quod ex Catonis ſeveriore ſententia factum eſt, cum Cethego, Statilio, Cæpario, Gabinio conjectus eſt, atque de iis ſupplicium, gula laqueo fracta, in Tulliano ſumptum eſt. 8 *Prætor* dictus eſt, quaſi *Præitor*, à *præeundo*, quòd populo *præiret* jure & exercitu: & ſic Conſules primum *Prætores* appellati fuêre. Poſt autem cum Conſules ab Urbe bellorum finitimorum gratia evocarentur, neque eſſet, qui in civitate jus reddere poſſet, factum eſt, ut Prætor quoque crearetur, qui jus in Urbe diceret, qui propterea *Prætor Urbanus* appellatus eſt. Poſt aliquot annos non ſufficiente eo Prætore, quod multa turba peregrinorum ad jus petendum in Urbem veniret, creatus eſt & alius *Prætor*, is *Peregrinus* appellatus eſt, quia inter *peregrinos* jus dicebat. Ubi verò deſignati erant, ex Senatus conſulto ſuas juriſdictiones, Urbanam & Peregrinam ſortiebantur, quamque ſorte adepti erant, eam exercebant. Munus dicendi juris tribus hiſce continebatur verbis, *Do*, *Dico*, *Addico*: *Do*, ſcilicet agendi poteſtatem; *Dico*, ſcilicet jus: *Addico*, hoc eſt, adjudico rem, de qua agitur. Vide quæ nos ad Sal. p. 77. a. & b. 9 Miniſtros. Sic ſuprà 3, 16, 4. 10 Certitudo, ſecuritas. *Pignus* enim dicitur omne illud, quod rem aut cauſam ſecuram facit, ut ſuprà diximus. 11 Recenſet hoc Sal. Cat. cap. 22. Catilina pateris infudit vinum ſanguine humano permixtum: deindè circumtulit, ut omnes id libarent, hac execratione, ut ita omnium ſanguis hauriri poſſet, niſi, quod promiſerant, feciſſent; uti ſanguinem illius hominis hauſiſſent. Mos hic ſanguine ſanciendi fœdera & amicitias à Scythis: *apud quos cùm amicitiarum fœdus initur, ac jus jurandum maximum ſit, ſc. & victuros eos, pariter, & mortem oppetituros, ſi opus ſit, alterum pro altero: ſ bi digitos incidunt, & ſanguinem in calicem diſtillant, ſummiſque intinctis gladiis, ambo pariter admoventes labra: nec quicquam deinde eſt, quod poſſit eos dirimere*, Plutarch. in Cic.

1 hu-

[1] humanus : quem [2] circumlatum [3] pateris [4] bibêre : ſummum [5] nefas ; niſi [6] ampliùs eſſet , propter quod biberunt. [7] Actum erat de pulcherrimo imperio , niſi illa conjuratio in [8] Ciceronem & [9] Antonium Conſules incidiſſet : quorum [10] alter induſtria rem patefecit , [11] alter [12] manu oppreſſit. Tanti ſceleris indicium [13] per Fulviam [14] emerſit , viliſſimum ſcortum , ſed [15] parricidii innocens. Tum Conſul [16] habito Senatu , in præſentem reum Cicero [17] peroravit : ſed non ampliùs profectum , quàm ut hoſtis evaderet , ſeque , palam [18] pro-

1 Id eſt , *humani corporis* , ut ait Sal. Cæſum enim puerum , memorat Dio, ſuperque ejus viſcera juramentum conceptum. Ut autem fœdera Romani jungebant cæſa porca , non ſine execratione ; ita Græci tauro , capro , aut ariete. 2 Circum geſtatum. 3 Poculis latis , & patentibus, 4 Ut plus poſſet execratio : ſic apud Maronem Dido , cum Æneæ imprecata eſſet, adjungit tandem : *Hæc precor , hanc vocem extremam cum ſanguine fundo.* 5 Scelus , facinus. 6 Majus. 7 Actum fuiſſet , id eſt , periiſſet pulcherrimum imperium. 8 Ob id factum Cicero *Pater patriæ* à Catone Uticenſi primum appellatus eſt. Plin. 7, 30. Plutarch. Cic. cap. 31. Iuv. 8, 224. Lucan. 7, 62. 9 Hic tamen parum ad opprimendum Catilinam contuliſſe legitur : imò pactione provinciæ vix perſuaſum à Cicerone , ut cum Rep. ſentiret ; nec ipſum adeò pugnaſſe in hoſtes , ſed bellum id per Petrejum legatum ſuum confeciſſe. Hæc ex Cicerone paſſim , & Salluſtio, 10 Præmium enim & impunitatem etiam meditati facineris ſociis , ſi reſipiſcere vellent ac conſcios indicare , promiſit Cicero. Pertinet huc quod idem Cicero dixit Off. 1, 22. *Parvi ſunt foris arma , niſi ſit conſilium domi.* 11 Antonius. 12 Vi, bello, armis. 13 Ut pleraque per hunc ſexum , plenum rimarum : & inter rariora numerandum , quod de Læcâ ſcribit Plutarch. de Garrulitate ; de Porciâ , M. Bruti conjuge , idem in vitâ Bruti. 14 Detectum eſt. 15 Cædis Senatus , Conſulumque , imò ipſius patriæ ſubverſionis , quæ omnia peracturus erat Catilina. 16 Convocato Senatu 6. Idus Novembris in Iovis Statoris ædem , ut de Republica conſultarent. 17 Orationem habuit. Exſtant enim quatuor Orationes Invectivæ Ciceronis in Catilinam. In prima Catilinam ex Urbe egredi jubet : in ſecunda gratulatur populo & Reipublicæ , quod Catilina ex urbe ſit profectus : in tertia exponit, quid in Senatu actum ſit : in quarta de duabus contrariis ſententiis Cæſaris & Catonis ita diſputat , ut non obſcurè in ſeveriorem inclinet, 18 Cum profeſſus eſſet. Malim hîc legere , *profeßus* : ut ſit ſenſus , hoc ipſo ſeſe hoſtem profeſſum eſſe , cum diceret , *incendium ſuum* reſtincturum ruina.

fesso, [1] *incendium suum restincturum ruinâ* minaretur. Et 8 [2] ille quidem ad præparatum à [3] Manlio in Etruria exercitum proficiscitur, [4] signa illaturus urbi. Lentulus [5] destinatum familiæ suæ [6] Sibyllinis versibus [7] regnum [8] sibi vaticinans, ad præstitutum à Catilinâ diem, urbe totâ 9 viros, faces, tela disponit. Nec [9] civili conspiratione contentus, legatis [10] Allobrogum, [11] qui tùm fortè aderant, in arma [12] sollicitatis, iisset ultra Alpes

1 Furorem suum, incommodum, inflammationem ex injuria ortam deleturum exitio atque damno Senatus vel Urbis minaretur. Q. d. se Senatores omnes perditurum, & hoc pacto odium, quod in se conceperant, restincturum. Est Metaphora petita ab incendio in civitate aliquâ exorto: ubi incendium unius domus est causa ruinæ alterius: ideòque ne vicinæ incendantur ædes, præcipites in ruinam trahi solent. Undè eleganter Horat. *Tùm tua res agitur, paries cùm proximus ardet.* Eadem Sal. Cat. 31, 10. Cic. pro Murænâ cap. 25. Val. Max. 9, 11, 3. Vox inhumana; qualis illius fuit, quæ senatio reddita in proverbium abiit: Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί, id est, *Terra ignibus, me miscetur mortuo.* Detestatur graviter Cic. 3. de Fin. & Sen. lib. 2. de Clem. cap. 2. Nero adhùc in deterius vertit, cum diceret, ἐμοῦ ζῶντος, id est, *me vivente.* Atque ita fecit Phaëron iste orbis terræ, ut eum nominat Plinius. Non absimile illud Damonis apud Virgilium in Pharmaceutriâ: *omnia vel medium fiant mare; vivite silvæ.* Idem animus Mithridati supra 3, 5, 21.

2 Catilina. 3 Duce exercitus Catilinarii. 4 Exercitum admoturus. 5 Addictum. 6 Sibyllinis libris. Sal. Cat. 47, 4. *Sibyllinus* dicitur, quod est Sibyllæ, vel quod à Sibyllâ factum est. Hinc *libri Sibyllini* dicti sunt: de quorum origine, vide quæ nos ad Sal. pag. 148. a, & b. Appellantur autem *libri Sibyllini*, non quia fuerunt unius Sibyllæ, sed quod omnes fœminæ vates *Sibyllæ* sunt à veteribus nuncupatæ, à consiliis Deorum denunciandis hic dictæ: Σιὸς enim *Deos* vocant Æoles, non Θεὸς, & consilium non βυλὴν, sed βολὴν appellant. 7 Imperium Romanum. 8 Cal. Cat. ibid. dicebat ex *libris Sibyllinis*, *regnum Romæ tribus Corneliis portendi: Cinnam atque Sullam anteà; se tertium esse, cui fatum foret urbis potiri.* Idem refert Cic. in 3. Orat. in Cat. 9 Conjuratione cum civibus tantum initâ. 10 Populorum Galliæ juxta Rhodanum fluvium, victoria Fabii, & Catilinæ conjuratione notorum. 11 Plutarch. in Cic. *Forte*, inquit, *tùm Romæ erant duo legati Allobrogum, quæ gens tunc maximè affligebatur, Romanorumque dominationem agrè tolerabat. Hoc Lentulus existimans utiles sibi fore ad concitandam Galliam, conjurationis socios effecit, literasque eis ad Senatum Allobrog. cum & Catilinam dedit, libertatem illi promittens, hunc hortans, ut servis libertate donatis, statim Romam peteret.* 12 Allectis, impulsis.

[1] furor, nisi [2] alterâ proditione Vulturcii, [3] Prætoris literæ tenerentur. Statim Ciceronis [4] imperio injecta est
10 barbaris manus. Palam Prætor in Senatu convincitur. De supplicio agentibus, [5] Cæsar parcendum [6] dignitati; [7] Cato [8] animadvertendum [9] pro scelere censebat.
[10] Quam sententiam secutis omnibus, in [11] carcere [12] parricidæ [13] strangulantur. Quamvis parte conjurationis oppressâ, tamen ab incepto Catilina non destitit: sed
[15] infestis ab Etruriâ signis patriam petens, obvio Anto-
11 nii exercitu [16] opprimitur. Quàm atrociter dimicatum sit, exitus docuit: nemo hostium bello superfuit: [17] quem quis [18] in pugnando [19] ceperat locum, eum, amissâ
12 [20] anima, [21] corpore tegebat. Catilina [22] longè à [23] suis inter hostium cadavera [24] repertus est; [25] pulcherrima morte, si pro patria sic concidisset.

1 Catilinæ. 2 Prius enim patriæ proditor erat, conjurando cum hostibus ejus; mox ipsorum, cum quibus conjuraverat. An *altera proditio* dicitur, quia prior fuerat à Fulvia. 3 Lentuli. 4 Iussu. 5 Is tùm erat, ut ostendit Suetonius, Prætor designatus: quare Cic. Ep. ad Attic. l. 12. ait eum loco prætorio sententiam dixisse. Cæsaris & Catonis contrariæ orationes extant in Sallustii Catilinaria, c. 51. & 52. 6 Majestati. 7 Hic fuit M. Porcius Cato, qui posteà *Uticensis* dictus est; erat tum designatus tribunus plebis, ut ostendit Cic. pro Sextio: sed antè Catonem Cicero orationem habuit, quæ est quarta in Catilinam. 8 Puniendum. 9 Secundum, juxta scelus. 10 Catonis. 11 Loco maleficorum, nempè Tulliano: à Tullo Hostilio exstructo, undè & nomen accepit. Est enim *carcer* locus, in quo servantur malefici à *coërcendo* dictus, ut docet Varro; quod vincti in eo custoditi prohibeantur exire. Undè & in circo, ex quo equi emittebantur ad cursum, *carceres* sunt appellati, quod *coërceantur* equi, ne indè exeant, antequam magistratus signum miserit. Virg. *Ut cùm* carceribus *sese effudêre quadrigæ, Addunt se in spatia.* 12 Conjuratores adversùs patriam, nempè Lentulus, Cethegus, Statilius, Gabinius & Ceparius. 13 Suffocantur, laqueo gula frangitur. Hæc strangulatio solebat semper fieri in Tulliano: præcipitatio verò ex Robore, quæ erat altera pars carceris. 14 Obrutâ, exstinctâ. 15 Nocivis, adversis. *Infesta* enim *signa* dicuntur, quæ ab hostibus irruentibus inferuntur. 16 Interficitur. 17 Totidem verbis Sal. in Cat. cap. 61. 18 Dum pugnaret in prœlio. 19 Occupaverat. 20 Vita. 21 Sic Iustin. 9, 3, 10. *quippe adversis vulneribus, omnes loca, quæ tuenda à ducibus acceperant, morientes corporibus texerunt.* Et Lucan. 6, 132. *jacuere peremti Debuerant quo stare loco.* 22 Procul. 23 Militibus. 24 Inventus est. 25 Quæ strenuè pugnantibus obvenit, eadem appellatur *dignâ viris*, supra 3, 10, 14.

CAP. II.

[1] *Bellum Cæsaris & Pompeji.*

1 JAm pænè toto orbe [2] pacato, majus erat imperium Romanum, quam ut ullis externis viribus extingui posset.
2 Itaque [3] invidens fortuna principi gentium populo, ipsum illum in exitium suum [4] armavit: ac Mariana quidem Cinnanaque rabies, intra Urbem [5] præluserat, quasi [6] experiretur. Syllana tempestas latiùs, intra Italiam tamen, de-
3 tonuerat. Cæsaris furor atque Pompeji Urbem, Italiam, gentes, nationes, [7] totum denique, qua [8] patebat, impe-rium, [9] quodam quasi diluvio & inflammatione [10] corri-
4 puit: adeò ut non rectè tantum *civile* dicatur, ac ne *sociale* quidem; sed nec [11] *externum*: sed potiùs *commune quoddam*

1 Bellum civile inter Cæsarem & Pompejum scribunt imprimis Cæsar ipse tribus libris. Ep. Liv. 101, & seqq. Plutarch. in Cæsare & Pompejo. Eutrop. 6. Val. Max. 1, 5, 6. 1, 6, 12. & 14. 4, 5, 5. & 6. 4, 6, 4. 5, 1, 10. Lucanus. Plin. 7, 25. & 26. Cæsar, Pompejus. Crassus coïtione ibi dominationem confirmabant, Crasso à Parthis cæso, Pompeji & Cæsaris necessitudine ob Juliæ mortem abrupta, cum Cæsar priorem, Pompejus parem non ferret, civilibus armis cum totius orbis & Urbis calamitate socer & gener contendunt. Pompejus in Ægyptum fugiens perfidissimi regis inconstantia interfectus est. Cæsar victis inimicis, Reimpublicam occupat, & invidia affectati regni, optimatium conspiratione, post triennium in Senatu 23. vulneribus confossus est. 2 Subacto, domito à Romanis. Hoc sensu *Pacare sylvas*. Horat. Ep. 1, 2, 45. 3 Adde suprà 1, 13, 1. 4 In arma concitavit. 5 Pugnam præmeditata erat. Cum hoc loco confer quod scripsit suprà 3, 21, 3. 6 Tentaret vires. 7 Undè Cic. 2. Ep. Fam. 16. *Nulla est acerbitas, quæ non omnibus hac orbis terrarum perturbatione impendêre videatur.* Prævidit idem 6. ad Att. 9. & 7. ad Att. 1. *Videre mihi videor tantam dimicationem, quanta nunquam fuit*, &c. 8 Extendebatur, porrigebatur. Sic Justin. 2, 2, 2. de Scythiâ: *Multùm in longitudinem & latitudinem* patet. Et 42, 2, 9. *Siquidem Armenia à Cappadocia usque mare Caspium undecies centum millia* patet. Suet. Tib. 16, 4. *toto Illyrico, quod inter Italiam, regnumque Noricum & Thraciam, & Macedoniam, interque Danubium flumen, & sinum maris Adriatici* patet, *perdomito & in ditionem redacto.* Et sic *patescere* apud Tac. H. 2, 81, 4. 9 Videtur Floro in animo fuisse locus Senecæ lib. 3. Nat. Quæst. cap. 1. *Philippus, Alexander, cæterique exitio gentium clari, non minores fuêre pestes mortalium, quàm inundatio, quâ planum omne perfusum est; quàm conflagratio, quâ magna pars animantium exaruit.* 10 Cepit, rapuit. 11 Alias *hostile* dicit.

5 *ex omnibus, & [1] plus quàm bellum.* Quippe si duces ejus inspicias; totus Senatus [2] in partibus: si exercitus; hinc undecim legiones, indè decem & octo, [3] flos omnis & [4] robur Italici sanguinis; si auxilia sociorum; hinc [5] Gallici Germanique delectus: indè [6] Dejotarus, Ariobarzanes, Tarchondimotus, [7] Cothus, omne Thraciæ Cappadociæque, Ciliciæ, Macedoniæ, Græciæ, Ætoliæ, totiusque
6 [8] robur Orientis: si moram belli; [9] quatuor anni, & pro clade rerum breve tempus: & locum & spacium, ubi [10] commissum est; intra Italiam: indè se in Galliam Hispaniamque [11] deflexit: reversumque ab occasu, totis viribus in Epiro Thessaliaque consedit: hinc in Ægyptum subitò transiliit: indè respexit Asiam: indè Africæ [12] incubuit: postremò in Hispaniam [13] regnavit,
7 & ibi [14] aliquando defecit. Sed non & odia partium [15] finita cum bello. Non enim prius quievêre, quàm in Urbe ipsa, medio Senatu, eorum, qui victi erant,
8 odia victoris sese cæde satiarent. [16] Causa tantæ calamitatis eadem quæ omnium, [17] nimia felicitas. Siquidem

1 Id est, quod non satis exprimi potest hoc nomine. Sic Luc. 7, 639. *Plus est quàm vita salusque.* Respexisse videtur Florus Lucanum primo Pharsal, qui *plus quàm civilia bella* se canere dicit. 2 Scilicet *est*, id est, favet partium alterutri, est ab altera partium. Sic suprà 3, 5, 23. 3, 14, 4. 4, 1, 5. Hoc vel imprimis causam Pompeji favorabilem reddidit, quod penè totus Senatus, quem *pulcherrimum Reipublicæ præsextum* ideò nominat Sen. Ep. 17. ejus partes sequeretur. Sic enim factum, ut ab ipsius partibus Respublica, à Cæsaris, hostes Reipublicæ viderentur. 3 Excellentissimi. 4 Fortissimi. 5 Milites ipsi ex Gallicis Germanisque delectibus. 6 Gallogræcus. 7 Thrax. 8 Fortissimi. 9 Confer suprà 2, 15, 1. 10 Non tantum inceptum, sed etiam duravit. 11 Avertit. 12 *Incumbere* hoc loco de bello, quasi mole aliqua dicitur. 13 Revolutum est, quasi in orbem rediit. Al. *remigravit.* 14 Tandem desiit, finitum est. 15 Sublata, deleta. 16 Has causas eleganter canit Lucan. 1, 7. *Fert animus causas tantarum exprimere rerum*, &c. Undè has assignat Lucanus causas: Fatum ipsum: nimiam Rom. potentiam: discordem concordiam Pompeji, Crassi & Cæsaris: Crassi & Iuliæ mortem: ducum ipsorum superbiam, & tandem publica Romæ passim vitia. Lege Cæsarem, Appianum, Suetonium, Plutarchum. *Pulchris stare diu Partarum lege negatur, Magna repentè ruunt, summa cadunt subitò*: Claud. Epigram. Lucan. 1, 71. *summisque negatum Stare diu.* 17 Adde suprà 3, 12, 7. Eodem planè modo Sen. Ep. 91. *Cladis causas, si alia deficiunt, nimia sibi felicitas invenit.*

Quincto Metello, Lucio Afranio consulibus, cùm Romana majestas toto orbe polleret, recentesque victorias, Ponticos & Armenios [1] triumphos in [2] Pompejanis theatris Roma [3] cantaret: nimia Pompeji potentia apud otio-
9 sos, ut solet, cives [4] movit invidiam. Metellus ob [5] imminutum Cretæ triumphum: Cato [6] adversus potentes semper obliquus, [7] detrectare Pompejum, [8] actisque ejus obstrepere. [9] Hinc dolor [10] transversum egit: & ad
10 [11] præsidia [12] dignitati paranda impulit. Fortè tunc Crassus genere, divitiis, dignitate florebat: vellet tamen [13] auctiores opes: Cajus Cæsar eloquentia, & [14] spiritu, ecce jam consulatu [15] allevabatur: Pompejus tamen su-
11 per [16] utrumque eminebat. Sic igitur Cæsare [17] dignitatem comparare, Crasso augere, Pompejo retinere cupientibus, omnibusque pariter potentiæ cupidis, de [18] in-
12 vadenda Republica facile convenit. Ergo cùm mutuis viribus in suum quisque decus niteretur, Galliam Cæsar invadit, [19] Crassus Asiam, Pompejus Hispaniam: [20] tres maximos exercitus: & jam sic [21] orbis imperium socie-
13 tate [22] trium principum occupatur. Decem annos [23] traxit ista dominatio. Exindè, quoniam [24] mutuo metu tenebantur, Crassi morte apud Parthos, & morte

1 Victorias. 2 Loquitur figuratè. Novimus enim *unum* saltem *Pompeji theatrum.* 3 An alludit ad *δόυσικα* illa *spectacula*, quæ Pompejus exhibuit? Malim referre ad solennem acclamandi ritum. 4 Invidia potentiæ comes. Sal. Cat. 6, 4. coalescente re Romanâ, *sicuti pleraque mortalium habentur, invidia ex opulentiâ orta est.* 5 *Minutum: quippe ornamentum triumphi ejus captivos Pompejus subduxerat.* Vellej. 2, 4. Maximum enim triumphorum decus erant imperatores hostium supra 3, 10, 16. 6 Potentibus semper iniquus. 7 Vituperare. Sal. *Adversa res etiam bonos* detrectant. 8 Acta Pompeji sugillabat, eorumque rescissionem suadebat. 9 Al. *hic.* 10 Alio Pompejum impulit. 11 Auxilia, subsidia. 12 Honoribus, majestati suæ. 13 Ampliores. 14 Magno animo. Sic supra 2, 6, 31. 3, 10, 20. 15 Nitebatur, fretus erat, sublevabatur. 16 Crassum & Cæsarem. 17 Honores, majestatem acquirere. 18 Vi aut fraude occupanda. 19 M. Licinius Crassus. 20 Al. *Hispaniam, tres maximi exercitus.* 21 Romani. 22 Pompeji, Cæsaris & Crassi. 23 Duravit. 24 Thucydides 3, 2. *Turissimas reddit societates mutuus metus; quippe qui eam violare cupit, dùm ambigit, an superior esse possit, absterretur.*

[1] Juliæ, Cæsaris filiæ, quæ nupta Pompejo, generi soceri-
que concordiam matrimonii fœdere [2] tenebat, statim
14 [3] æmulatio erupit. [4] Jam Pompejo suspectæ Cæsaris
[5] opes, & Cæsari Pompejana [6] dignitas gravis. [7] Nec hic
ferebat parem, [8] nec ille superiorem. Nefas! sic de prin-
cipatu laborabant, tanquam duos [9] tanti imperii fortuna
15 non caperet. Ergo Lentulo Marcelloque Consulibus,
rupta prima [10] conjurationis fide, de successione Cæsaris
[11] Senatus, id est, Pompejus, agitabat: nec ille abnue-
16 bat, [12] si ratio sui proximis comitiis haberetur. Consula-
tus [13] absenti, quem [14] decem Tribuni plebis, favente
Pompejo, nuper [15] decreverant, tùm dissimulante [16] eo-
dem negabatur: [17] *Veniret, & peteret* [18] *majorum more.*
17 Ille contrà flagitare decreta: ac *nisi in fide permanerent,*

1 Quæ pudore quodam continebat eorum animos, ne so er & gener scelestis ar-
mis colliderentur. Vellej. 2, 47. *Malè cohærentia inter Cn. Pompejum & C.
Cæsarem concordiæ pignus, Julia uxor Magni decessit.* Adde Lucan. 1, 111. &
Val. Max. 4, 6, 4. 2 Continebat, custodiebat. 3 Invidia. 4 De
Pompeji livore in Cæsarem ita Lucan. 1, 120. *Stimulos dedit æmula virtus.
Tu, nova ne veteres obscurent acta triumphos, & victis cedat piratica laurea
Gallis, Magne, times.* 5 Potentia, vires. Sic suprà 2, 18, 1. & Justinus
multis in locis. 6 Majestas molesta. 7 Nec Pompejus patiebatur æqualem.
Lucan. 1, 125. *Nec quenquam jam ferre potest Cæsar-ve priorem, Pompejus-ve
parem.* Queritur & ipse Cæsar belli civilis 1, 4. *Pompejus neminem dignitate
secum exæquari volebat.* 8 Nec Cæsar potentiorem. Hunc animum suum
ipse Cæsar detexit apud Plutarch. Apopth. cap. 43. nam *oppidulum in Alpibus
transiens nullius nominis, amicis dubitantibus, an ibi quoque tumultus &
contentiones essent de principatu? Mallem*, inquit, *hîc primus esse, quàm
Romæ secundus.* 9 Totidem ferè verbis sententiam hanc expressit Lucan.
1, 110. *Quæ mare, quæ terras, quæ totum possidet orbem, Non cepit fortunæ
duos.* 10 Factionis. 11 Notissimum est, Pompejum ad arbitrium Sena-
tum ductasse, & Senatum in partibus Pompeji fuisse. Al *Senatus, idemque
Pompejus.* 12 Si liceret sibi proximis congregationibus populi ad creandos
consules nomen suum profiteri, & honores petere. 13 Cæsari. Quod alias
non licebat. 14 Lege Cic. ad Attic. 7, 3. & 8, 3. 15 Assignaverant,
attribuerant, detulerant. 16 Pompejo. 17 Hostilitas nimis manifesta,
exigere id à Principe civitatis, quod in cæteris non attendebatur. Quantus
enim eorum numerus, qui Consules creati sunt absentes? Longè prudentiores
illi, qui, ne potentiores offendant, statuunt, aliquid *generaliter & in omnes*;
quod fecerunt illi Carthaginenses apud Justin. 21, 4, 5. 18 Majorum institu-
tis, legibus. More majorum præsentes & privati tantum in Urbe nomen suum
professi petebant magistratum: fuisset itaque Cæsari dimittendus exercitus,
ipseque inimicorum suorum ludibrio obnoxius, ut privatus coactus fuisset primi
consulatus sui & administrati in Galliâ imperii reddere rationem.

1 *non se remittere exercitum.* Ergo ut in hostem decernitur.
18 His Cæsar agitatus, statuit præmia armorum armis defendere. 2 Prima civilis belli harena, Italia fuit; cujus arces 3 levibus præsidiis Pompejus 4 insederat: sed omnia
19 subito Cæsaris impetu oppressa sunt. Prima 5 Arimino 6 signa cecinerunt: tùm pulsus Etruria Libo, 7 Umbria Thermus, 8 Domitius 9 Corfinio. Et 10 peractum erat bellum sinè sanguine, si Pompejum Brundisii opprimere potuisset: & ceperat: sed 11 ille per obsessi claustra por-
20 tus nocturna fuga evasit. 12 Turpe dictu! modò princeps patrum, pacis bellique moderator, per triumpha-
21 tum à se mare, lacera & pænè inermi nave fugiebat. Nec Pompejum ab Italia, quam Senatus ab Urbe, fugatur prior: quam pænè vacuam metu Cæsar ingressus, 13 Consulem se ipse facit. 14 Ærarium quoque sanctum; quia tardiùs aperiebant Tribuni, jussit 15 effringi: 16 censumque & 17 patrimonium populi Romani antè 18 rapuit,
22 quàm imperium. Pulso fugatoque Pompejo maluit prius

1 Non se dimittere, sed detinere. Al. *dimissurum.* 2 Primus locus, ubi commissum fuit civile bellum. 3 Infirmis. 4 Occupaverat, obsederat. 5 Civitate Italiæ, etiam Galliæ Aquitaniæ provinciæ. 6 Cantu tubarum aut cornuum signa erecta sunt: quia tubæ & litui, quibus canitur classicum, ad signa erant. Vide suprà 2, 6, 60. 7 Expressi hæc sunt ex Lucano 2, 462. Ubi etiam: *jusque suum pulso jam perdidit Umbria Thermo.* 8 Ænobarbus. 9 Oppido in Pelignis. 10 Confectum fuisset: frequens ista temporum enallage. Sic apud Tac. 1, 35, 8. *elatumque* (gladium) deferebat *in pectus, ni proximi prensam dextram vi attinuissent*, & 3, 14, 7. *Populus effigies Pisonis* traxerat *in Gemonias, ni jussu principis protectæ forent.* Adde infrà, 3, 3, 2. Si mox *ceperat*, id est, cepisset. 11 Pompejus. 12 Similis hypotyposis apud Iustin. 2, 13, 10. apud Curt. 4, 1, 1. apud Tac. lib. 3. Hist. cap. 68. Hic tamen non fortuna, sed imprudentia Pompeji accusanda est, quam aliquoties notat Cic. ad Atticum, & ipse Atticus, ἀλογίως illum & urbem & Italiam reliquisse dicentes. 13 Imò posteà hoc fecit, cùm ex Hispania victor Massiliam reverteretur. 14 In quo pecunia Gallici belli causâ servabatur, cum execrationibus publicis eam motum non iri, nisi Gallicum bellum impenderet: hoc Cæsar, frustrà obsistente Metello trib. pl. effregit, pecuniamque abstulit, cavillans populum ex religione solutum, quia nihil esset quod ampliùs de Gallis metueretur, quos ipse perdomuisset. Plutarch. Cæs. cap. 53. & in apopth. cap. 43. Lucan. 3, 153. 15 Vi quadam & impetu frangi, perfringi. 16 Bona, reditus. Sic elegantissimè Plin. 36, 15. *Curio nihil* in censu habuit, *præter discordiam principum.* Ovid. *dat census honores.* 17 Reditus & pecunias publicas. 18 Vi invasit.

1 ordi-

[1] ordinare provincias, quàm ipſum ſequi. [2] Siciliam &
23 Sardiniam, annonæ [3] pignora, per legatos [4] habet. Nihil
hoſtile erat in Gallia: pacem ipſe fecerat: ſed ad [5] Hiſpa-
nienſes Pompeji exercitus tranſeunti per eam duci [6] por-
tas claudere auſa Maſſilia eſt. [7] Miſera, dum cupit pa-
cem, belli metu in bellum incidit: ſed quia tutis muris
24 erat, vinci eam ſibi juſſit abſenti. [8] Græcula civitas,
[8] non pro mollitie nominis, & vallum [10] rumpere, &
25 incendere machinas auſa, & congredi navibus: ſed
[11] Brutus, cui mandatum erat bellum, victos terra ma-
rique perdomuit. Mox dedentibus ſeſe ablata omnia,
præter, quam potiorem omnibus habebant, liberta-
26 tem. [12] Anceps, [13] variumque, [14] & cruentum in
Hiſpania bellum cum [15] legatis Cnæi Pompeji Petrejo

1 Formare provincias, ſtatum illis aliquem imponere. 2 Quam Cato obtinebat. 3 Certitudines. De Siliciæ fertilitate ſuprà 3, 19, 3. 4 Poſſidet, retinet. Sic infrà 4, 8, 1. Ita Sal. Cat. 6, 1. Curt. 8, 8, 12. 5 Non quidem Hiſpanus, ſed morantes in Hiſpaniâ. 6 Ea propter *fide melior, quàm conſilio prudentior* vocatur Vellejo 2, 50. 7 Hoc ſæpè fit in rebus humanis, ut, dùm aliquod incommodum vitare volunt homines, id ſibi attrahant, & vitando fata in ipſa fata incurrant. Quod oſtendit Gruterus ad Liv. lib. 6. cap. 16. Rectè verò reprehendit noſter Florus hoc factum Maſſilienſium, ſicut & Vellejus lib. 2. cap. 50. quod ſe interpoſuerint tam gravi bello. Inferiorum enim eſt quieſcere. Liv. lib. 9. cap. 14. de Papirio: *Signa indè ferre juſſit, & copias eduxit; vaniſſimam increpans gentem, quæ ſuarum impotens rerum, aliis modum pacis ac belli facere æquum conſereret.* 8 Maſſilia. Per contemptum ita diminuerunt vocem Græci. Sic *Græculum ferrum* ſuprà 2, 7, 9. Ita *Græculus* eſt apud Cic. in Piſon. cap. 29. Iuven. 6, 185. 9 Nam Græci linguâ, quam viribus, promptiores habebantur. Vide Liv. 8, 23, 9. Ovid. Faſt. 3, 102. *Græcia facundum, ſed malè fortè genus.* Sic Freinshemius. Malim tamen intelligi Maſſilienſe nomen, ob *mollitiem* infame; quales pleræque *urbes maritimæ*, divites & otioſæ. Hinc T. Arius, qui Maſſiliam relegavit filium ſuum, apud Sen. lib. 1. de Clement. cap. 15. dicitur damnaſſe *exilio delicato.* Apud Plautum in Caſinâ, *mores Maſſilienſes* ſunt impudici & obſcœni. Sed cum contrarium de hac civitate affirment Cicero tum alibi, tum pro L. Flacco, Juſtin. lib. 43. cap. 4. quidam per *impudicam Maſſiliam* intelligere maluerunt non Gallicam iſtam, ſed *Lybicam* ſeu *Africanam.* Videatur Eraſmus in proverbio *Navigas Maſſiliam*, & *E Maſſilia veniſti.* 10 Cædere. 11 Decius Junius. 12 Neutro inclinante victoriâ. 13 Incertum. 14 Al. *ſed incruentum*; ut dicat anceps quidem fuiſſe bellum & varium, modò obſidente Cæſare, modò ipſo quaſi obſeſſo, (ut pergit dicere) ſed non ſtetiſſe multo ſanguine, cum nulla inſignis ibi clades illata vel accepta ſit, verum deditione bellum finitum fuerit. 15 Vicariis, *lieutenants.*

&

& Afranio : quos [1] Ilerdæ caſtra habentes, apud Sicorim amnem obſidêre, & ab oppido intercludere aggreditur.
27 Interim [2] obundatione verni fluminis [3] commeatibus prohibetur : ſic fame caſtra tentata ſunt : [4] obſeſſorque
28 ipſe quaſi obſidebatur: ſed ubi [5] pax fluminis rediit; populationibus & pugnæ campos aperuit : iterùm ferox inſtat: & cedentes ad Celtiberiam conſecutus, aggere & vallo,
29 ac per hæc ſiti ad deditionem compulit. Sic [6] citerior Hiſpania [7] recepta eſt ; nec ulterior [8] moram fecit : [9] quid enim una poſt quinque legiones ? Itaque ultrò cedente Varrone, Gades, fretum, Oceanus, omnia felicitatem
30 Cæſaris ſequebantur. Aliquid tamen adverſus abſentem ducem [10] auſa fortuna eſt circa Illyricum & Africam ; quaſi [11] de induſtriâ proſpera ejus adverſis [12] radiarentur.
31 Quippe cùm [13] fauces Adriatici maris juſſi occupare [14] Dolabella & Antonius ille Illyrico, hic [15] Curictico littore [16] caſtra poſuiſſent ; jam maria latè tenente Pompejo, repentè [17] legatus ejus Octavius & Libo ingentibus
32 copiis claſſicorum circumvenit [18] utrumque. [19] Deditio-

1 Oppidi citerioris Hiſpaniæ. 2 Inundatione, diluvio. Al. *abundatione.* 3 Cibaris, victuariis. *Commeatus* enim ſæpius accipitur pro cibariis ad alimoniam exercitus, aut Reipublicæ, aut multitudinis, vel etiam privati alicujus pertinentibus. 4 Non abludit illud Iuſtin. 22, 5, 12. *Gloriam certè tam honeſtæ militiæ tantam in omne ævum futuram, ut terminari nullo tempore oblivione poſſit ; ut dicatur eos ſolos mortalium eſſe, qui obſeſſores urbis ſuæ obſederint.* 5 Quies fluminis cum deſiiſſet exundare, & in ſuum alveum redire. Ita Silius *pacem æquoris* dixit, ut Lucretius ipſe lib. 5. *ventorum paces.* Non diſſimili forma Tacit. lib. 12. An. cap. 43. dixit *modeſtiam hyemis*, quâ frumentum navibus potuit ſubveni. 6 Propior nobis. 7 Occupata, capta eſt. *Recipere* propriè, eſt iterum capere, id eſt, rem ſemel depoſitam, aut traditam rurſus aſſumere. Aliquando ponitur pro accipere, & honoris, vel beneficii, vel humanitatis cauſa admittere. Cic. *Quendam ſuadentem, ut in urbe manerent, Xerxemque* reciperent, *lapidibus obruerunt.* 8 Morata eſt. 9 Nam dementiæ potius, quam virtutis, ſit, ei reſiſtere velle, cui fortiores cefſerint. Vide ſuprà 1, 19, 2. 10 Mutuatus eſt hæc, ſicut alia multa hoc capite, Florus ex Lucano 4, 402. *Non eadem belli totum fortuna per orbem Conſtitit : in partes aliquid ſed Cæſaris auſa eſt.* Suet. Cæſ. 35, 1. *Omnibus civilibus bellis, nullam cladem, niſi per legatos ſuos, paſſus eſt.* 11 Dedita opera. 12 Radiis diſtinguerentur. 13 Auguſtias. 14 Cæſaris legati. 15 A *Curicta*, quæ in faucibus Adriæ maris ſita eſt. 16 Caſtrametati eſſent. 17 Vicarius, *lieutenant.* 18 Dolabellam & Antonium. 19 Antonius enim eum quindecim cohortibus ſe Octavio dedidit.

nem

nem fames [1] extorſit Antonio. Miſſæ quoque à Baſilo in auxilium ejus rates, quales inopia navium fecerat, novâ Pompejanorum arte Cilicum, [2] actis ſub mare funibus,
33 captæ quaſi per [3] indaginem. Duas tamen æſtus [4] explicuit. Una, quæ [5] Opiterginos ferebat, in vadis hæſit, [6] memorandumque poſteris exitum dedit. Quippe vix mille juvenum [7] manus, [8] circumfuſi undique exercitus, per totum diem tela ſuſtinuit: & cum exitum virtus non haberet, tamen ne in deditionem veniret, hortante tri-
34 buno Vultejo, [9] mutuis ictibus in ſe [10] concucurrit. In Africâ quoque par & virtus & calamitas [11] Curionis fuit: qui ad recipiendam provinciam miſſus, pulſo fugatoque Varro jam ſuperbus, ſubitum [12] Jubæ regis adventum, equitatumque Maurorum ſuſtinere non potuit. [13] Patebat [14] victo fuga, ſed [15] pudor ſuaſit, ut amiſſum ſuâ te-
35 meritate exercitum, morte ſequeretur. Sed jam [16] debitum par fortunâ [17] flagitante, [18] ſedem bello Pompejus
36 Epiron elegerat: nec Cæſar moratur: quippe [19] ordinatis à tergo omnibus, quamvis hiems media prohiberet tempeſtate, ad bellum navigavit: [20] poſitiſque ad [21] Oricum caſtris, cum pars exercitus, ob inopiam navium cum Antonio relicta, Brundiſii moram faceret; adeò impatiens

1 Id eſt, fames eò adegit Antonium, ut deditionem faceret. 2 Al. *jactis*. 3 Venatorium rete. Sic *Cantabri vitæ ferarum, quaſi* indagine, *debellati*, infrà 4, 12, 48. *quicquid piratarum fuit, quadam* indagine *incluſum & oppreſſum*, ſuprà 3, 6, 11. 4 Expedivit, extricavit. 5 Incolas Opitergii, Venetiæ Mediterraneæ oppidi. 6 Memorabilem. 7 Copiæ, globi. 8 Circumdati, circumcincti. 9 Simile occurrit infrà num. 69. 10 Sic *adcucurrit* Tac. H. 3, 22, 6. & Apulejus Metam 1. *decucurrit*. Cæſ. de bell. Gal. 2, 19, & 21. *excucurriſſet*. Suet. Galbâ 18, 6. *præcucurriſti*. 11 C. Scribonii, ducis Cæſariani. 12 Mauritaniæ regis. 13 Cæſ. de bel. civ. 2, 24. *Curio nunquam, amiſſo exercitu, quem à Cæſare fidei ſuæ commiſſum acceperit, ſe in ejus conſpectum reverſurum, confirmat; atque ita prœlians interficitur.* 14 Curioni. 15 Nihil magis vir fortis metuit, quam ignominioſam vitam, adeòque mortem illi anteponit. Vide Freinshem. ad Curt. 5, 3, 21. & ad 7, 2, 38. Iunge exemplum Centenii apud Liv. 25, 19, 14. & Aſdrubalis. Liv. 3. lib. 27. 16 Deducta locutio ab athletis aut gladiatoribus, qui ita comparabantur. 17 Poſcente. 18 Locum, ubi bellum gereretur. 19 Formatis. 20 Caſtrametatus. 21 Maritimam Chaoniæ urbem.

erat,

erat, ut ad arceſſendos eos, [1] ardente ventis mari, [2] nocte concubiâ, ſpeculatorio navigio, ſolus ire tentaverit. Extat ad trepidum tanto [3] diſcrimine [4] guber-
38 natorem vox ipſius: [5] *Quid times? Cæſarem vehis.* [6] Contractis in unum undique copiis, poſitiſque [7] cominus caſtris, diverſa erant [8] ducum conſilia. Cæſar [9] pro naturâ ferox, & conficiendæ rei cupidus, oſtentare aciem,
39 provocare, laceſſere; nunc obſidione [10] caſtrorum, quæ ſedecim millium [11] vallo obduxerat: (ſed quid his obeſſet obſidio, qui patente mari omnibus copiis abun-
40 darent?) nunc [12] expugnatione [13] Dyrrhachii [14] irritâ, (quippe quam vel ſitus [15] inexpugnabilem faceret:) [16] ad hoc aſſiduis [17] in eruptionem hoſtium prœliis; (quo tempore egregia [18] virtus Scævæ [19] centurionis emicuit, [20] cujus in ſcuto centum atque viginti tela
41 [21] ſedêre:) jam verò direptione urbium ſociarum, cùm Oricum, & Gomphos, & alia caſtella Theſſaliæ vaſtaret.
42 Pompejus adverſus hæc [22] nectere moras, tergiverſari, ſimul ut hoſtem intercluſum undique inopiâ [23] commea-

1 Turbato, exagitato. Sic *novis moribus* ardet. *Aſiâ*, ſuprà 3, 5, 22. 2 Nocte intempeſtâ, mediâ: à *concubando*, quòd omnia animalia tùm *cubent* & dormiant. 3 Periculo. 4 *Amiclantem* vocat Lucan. 5, 531. 5 Quod non vehis aliquod vile caput, quod Diis minùs curæ eſſe videatur: ſed Cæſarem, in quem omnium & Deorum & hominum oculi ſunt conjecti, quique pluris unus eſt, quam cæteri omnes, *quem Numina nunquam Deſtituunt: ac quo malè tunc fortuna meretur, Cùm poſt vota venit*, ut eſt apud Lucan. 5, 581. Appianus ita pronuntiat: *Cæſarem vobis Cæſariſque fortunam:* & mox ſubjicit: *Multò plus fortunæ ſuæ Cæſarem, quàm conſiliis, eſſe fiſum.* 6 Adunatis. 7 Ex propinquo, & quaſi conjunctis manibus. 8 Cæſaris & Pompeji. 9 Secundum, juxta. 10 Pompeji. 11 Hæc ratio includendi hoſtes dicebatur *circumvallare.* 12 Al. *oppugnatione:* mox enim ſequitur *inexpugnabilem.* 13 Urbis in eâ parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico incumbit. 14 Vanâ. 15 Quod etiam Lucan. 6, 18. arguit, appellans *tutam vel ſolis turribus urbem.* 16 Præterea, inſuper. 17 In erumpentes hoſtes. 18 Fortitudo. 19 Cæſaris. 20 Et nihilominùs cuſtodiam portæ commiſſi caſtelli retinuit. 21 Incideruntˌ pervenerunt. In hoc conſilio ſi perſiſtere potuiſſet, actum erat de Cæſare. Nihil enim contra veteranos, quos Cæſar ducebat, magis ſalutare, quàm cunctatio; nihil autem tyronibus, quos Pompejus, tam exitioſum, quàm maturata pugna. 22 Cunctari, morari. 23 Cibariorum, victualium.

tuum

tuum [1] tereret, utque [2] ardentissimi ducis [3] consenesce-
43 ret impetus. [4] Nec diutiùs profuit duci salutare consilium: milites ocium, socii moram, principes ambitum ducis increpabant. Sic [5] præcipitantibus fatis, prœlio [6] sumpta est Thessalia: & [7] Philippicis campis, Urbis, imperii, generis humani [8] fata com-
44 missa sunt. Nunquam ullo loco tantum virium populus Romanus, tantum dignitatis fortuna vidit. Trecenta ampliùs millia hinc vel illinc, præter auxilia
45 Regum, & Senatus. Nunquam imminentis [9] ruinæ manifestiora [10] prodigia: fuga [11] victimarum; [12] exa-

1 Sensim & progressu temporis imminueret, frangeret. Facit hùc simillimus locus suprà 2, 6, 28. *maceravit Annibalem, ut, qui frangi virtute non poterat, morâ comminueretur.* Al. *terreret*, id est, subito metu averteret. 2 Animosissimi, omnia audentis. Sic suprà 1, 8, 2. *quid Romulo* ardentius? Egregium Epitheton. Græci tales θερμούς appellant, vividos, acres, *ardentes*, & in quibus pectoris ille vigor, quem negotia requirunt. Sic Plin. l. 7. in Cajo Cæsare prædicat *celeritatem ingenti quodam igne volucrem.* 3 Evanesceret, tempore deficeret. Sic suprâ 3, 3, 5. Prudens consilium & sæpiùs usitatum. Vide suprà 2, 6, 28. 4 Certissimus hic est character tyronum, de quo Veget. lib. 8. cap. 12. *Ne confidas satis, si prœlium tyro cupit; inexpertis enim dulcis est pugna: & noveris te oportere differre, si exercitati bellatores metuunt dimicare.* 5 Potestate illa, quæ res humanas inevitabili sorte disposuit, vel urgente (& agendi significatu sumitur; velut *præcipitare mentem* apud Virg. Æn. 2, 3, 16.) vel potiùs in exitium tendente: sicut apud eundem Æn. 2, 8. *nox humida cœlo* Præcipitat, *suadentque cadentia sidera somnos.* Cæs. de bel. civ. 25. *hyems præcipitaverat.* Ovid. Trist. 1, 3, 47. *Jamque moræ spatium nox* præcipitata *negabat.* 6 Electa est. 7 Pharsalicis, qui sunt in Macedonia. 8 Fortuna, quæ fati decreto destinata est. 9 Exitii. 10 Signa insolita sive res insolitæ, quibus ruina portendi credebatur. 11 Hostiarum. Nam cùm altaribus hostias admovissent Pompejus, statim fugam adornarunt. Lucan. *Admotus superis discussa fugit ab aræ Taurus.* Et hæc quoque inter prodigia habita. Videbantur enim irati Dii, & hostiam aspernantes. Lege Val. Max. 1, 6, 12. Sicut è contra argumentum erat insigniter propitiorum, si semet obtulisset victima. 12 Fœturæ sive multitudo apum, quæ ex alvearibus suis evolaverant. Nam alias transfertur ad quamlibet multitudinem. Sic apud Liv. *examina avium.* Just. 25, 2, 8. *Quanquam Gallorum eâ tempestate tantæ fœcunditatis juventus fuit, ut Asiam omnem velut* examine *aliquo implerent. Examen* quoque stylus est in lance, sive statera, qui, quò pondus se vergit, exit. Undè Metaphoricè ponitur pro exacto judicio. De hoc prodigio Lucan. *Nec non innumero cooperta examine signa.* Quod prodigium significabat multitudinem nocituram esse Pompejo. Undè Vegetius de re militari: *Nil magis obfuit Pompejo, quam exercitus numerosa copia: quod etiam sensisse fertur. Dixit enim, nihil aliud portendere apes, quàm numerosam militum copiam.* Hoc sæpiùs prodigii loco annotatum est; suprà 2, 6, 14. Existimabant autem veteres per hoc *discrimen magnum portendi, conjecturâ videlicet tali, quòd hæ volucres post compositas sedes, opesque congestas, fumo pelluntur & turbulento sonitu cymbalorum.* Ammianus 18, 6.

mina

mina in ſignis; [1] interdiu tenebræ; [2] dux ipſe & [3] nocturnâ imagine, theatri ſui audiens plauſum, in modum planctus circumſonare; & manè cum [4] pullo (nefas!) apud
46 [5] principia conſpectus. Nunquam acrior neque alacrior exercitus Cæſaris fuit: indè [6] claſſica prius, indè tela. Annotatum quoque [7] committentis aciem [8] Craſtini [9] pilum: qui mox adacto in os gladio, ſic inter cadavera repertus, [10] libidinem ac rabiem, quâ pugnaverat, ipsâ
47 [11] novitate vulneris [12] præferebat. Sed nec minus admirabiliór illius exitus [13] belli. Quippe cum Pompejus adeò equitum copia abundaret, ut facilè circumventurus ſibi
48 Cæſarem videretur; circumventus ipſe eſt. Nam cum diu [14] æquo Marte contenderent, juſſuque Pompeji [15] fuſus à [16] cornu [17] erupiſſet equitatus; repentè hinc

1 Per diem tenebræ. Hoc etiam ſæpiùs annotatum inter prodigia, ut apud Liv. 37, 4, 4. *cælo ſereno interdiu obſcurata lux eſt.* & 38, 36, 3. ſicut contrà, *nocte interluxiſſe*, & *inter noctem lux orta*, apud eundem Liv. 29, 14, & 23, 29. 2 Pompejus. 3 Somnio. Hinc *imaginari* pro ſomniare apud auctores. Somnium hoc Pompejanum refert etiam Plut. Cæſ. cap. 61. & Obſequens c. 124. *Ipſe Pompejus pridiè pugnæ ſibi viſus in theatro ſuo ingenti plauſu excipi.* 4 Nigro & funebri colore ſc. amiculo. Virg. *Rejice, ne maculis infuſcet vellera pullis.* Juv. *Pullati proceres*, id eſt, atrâ veſte induti. Omen illud præcipuè infauſtum & ferale, præſertim apud Rom. qui pullis non utebantur, niſi in luctu vel reatu. Idem obtigit M. Craſſo bello Parthico: huic enim *pullum traditum eſt paludamentum; cùm in prælium exeuntibus album, aut purpureum dari ſoleret:* referente Val. Max. 1, 6, 11. 5 Primam aciem, quæ poſt Velites remanet, eò quod ipſi pugnam reverâ incipiant: nam Velitum præludium magis, quam pugna, eſſe videbatur. 6 Signa ineundæ pugnæ data. 7 Initium pugnandi facientis. 8 Is cum omnia ſtipendia impleviſſet, ſpontè iterùm militans, animo ſuo & virtute magnum ad victoriam momentum attulit. Scribit de eo Lucanus: *Dî tibi non mortem, quæ cunctis pœna paratur, Sed ſenſum poſt fata tuæ dent Craſtine morti. Cujus torta manu commiſit lancea bellum, Primaque Theſſaliam Romano ſanguine tinxit.* 9 Lancea. Sic Æn. 12, 460. annotatus eſt *Tolumnius augur, Primus in adverſos telum qui torſerat hoſtes.* Al. *dictum* legunt: hoc enim pro omine annotarunt Plut. Pomp. c. 117. & ipſe Cæſar de bel. civ. 3, 91. cujus verba, quod & ea Craſtini fuiſſe videntur, adſcribam. *Faciam hodiè, imperator, ut aut vivo mihi, aut mortuo gratias agas.* Nam hoc vel præcipuè pertinet ad alacritatem, quàm modò Cæſaris militibus tribuerat auctor. 10 Ardorem. 11 Inſolentiâ vulneris, forma non uſitata. Sic *Novi generis edictum*, ſuprà 3. 21, 25. 12 Præ ſe ferebat, manifeſte oſtendebat. 13 Prœlii. Sic ſuprà 1, 18, 8. 14 Neutrò inclinante victoria, & neuter eſſet ſuperior. 15 Effuſus, emiſſus. 16 Parte, anguio, latere aciei. *Cornua* enim in prœlio dicuntur aciei partes, ab utroque latere prominentes. In exercitu enim eſt *dextrum & ſiniſtrum cornu*, & quod inter utrumque eſt, dicitur *media acies.* Unde Ter. in Fun. *In* medium hùc agmen *cum victi, Donax, tu Simalio in* ſiniſtrum cornu, *tu Siriſce in* dextrum. 17 Eruptionem feciſſet.

1 ſigno

[1] signo dato, Germanorum cohortes tantum in effusos equites fecêre impetum, ut illi esse pedites, hi venire [2] in
49 equis viderentur. Hanc [3] stragem fugientis equitatus, [4] levis armaturæ ruina comitata est. Tunc terrore latius [5] dato, turbantibus invicem copiis, reliqua strages quasi una manu facta est: [6] nec ulla res magis exitio fuit, quàm
50 ipsa exercitus magnitudo. [7] Multus in eo prœlio Cæsar fuit, [8] mediusque inter Imperatorem & [9] militem. Voces quoque [10] obequitantis exceptæ, altera cruenta, sed docta, & ad victoriam efficax, [11] *Miles faciem feri:* altera ad [12] jactationem composita; *Parce civibus:* cum

1 Ineundi prœlii. 2 Insidentes equis. Sic in equis candidis *conspecti Castor & Pollux*, supra 1, 11, 4. Intelligere videtur pedites Germanos, qui inter equites prœliari consueverant. Vide Cæs. de Bel. Gal. lib. 1, & 7. 3 Cladem. 4 Leviter armatorum. 5 Facto. 6 Sen. de vita beata cap. 13. *Non est bonum, quod magnitudine laborat suâ.* Hæc ipsa magnitudo obfuit Carthaginensibus, ut Florus prodidit supra 2, 1, 34. Hæc Xerxi, quod Demaratus Lacedæmonius prædixerat, cujus verba sunt apud Sen. lib. 4. de Benef. cap. 31. *Ipsam illam, quâ sibi placeret, multitudinem, indigestam & gravem, metuendam esse ducenti: immotica nunquam regi posse; nec diu durare, quicquid regi non potest.* 7 Assidnus, diligens, vehemens, sive ut loquitur Tac. lib. 3. H. cap. 17 *nullum qui constantis ducis, aut fortissimi militis officium omisit.* Ita Ovid. Trist. 4, 10, 128. *in toto* plurimus *orbe legor.* Sal. Jug. 96, 3. *ad vigilias* multus *esse.* & 84, 1. *tùm verò* multus *atque ferox instare.* Cic. Offic. 2, 18. multus *in laudandâ magnificentiâ.* 8 Imperatoris & militum munere fungens. Sic Catilina *strenui militis, & boni Imperatoris officia simul exequebatur.* Sal. Cat. 60, 3. & Vespasianus apud Tac. H. 2, 5, 1. 9 Milites. 10 Circumequitantis Cæsaris. 11 Milites, faciem ferite, id est, fœdate, vulnerate. Nonnulli putant id jussisse Cæsarem, quia in Pompeji exercitu erant juvenes tenelli ac formosi, quasi speraverat illos, veritos ne vultus sui deformarentur, in fugam se conversuros. Verùm alii eò factum id esse putant, ut noti vultus ferro turbarentur, neve quis suis, si agnovisset, parceret, eòque pugnandi ardor senesceret. Quod & Lucanus intellexit, apud quem milites sic Cæsar alloquitur: *Sed dum tela micant, non vos pietatis imago Ulla, nec adversâ spectati fronte parentes Commoveant, vultus gladio turbate verendos.* Alii denique credunt, hanc pugnandi formam in quibuslibet prœliis efficacem esse, cùm hoc modo, dum vitantur vulnera, facies avertatur, eòque motus crescat, & adversariis repercutiendi facultas adimatur: quò pertinet oculorum esse præcipuam homini curam; quos ideò natura quoque diligentissimè muniverit. Ideò Tac. G. 43, 11. *primi in omnibus prœliis oculi vincuntur.* Aliud etiam Cæsaris propositum arguere videtur Lucan. 7, 318. *nec cædere quisquam Hostis terga velit:* q. d. non in fugientes, sed resistentes pugnandum. 12 Gloriationem. Valdè premit famam Cæsaris, tanquam hæc imitamenta clementiæ fuerint, & mera simulatio. Interim negari non potest, in hostes, quamtumvis acerrimos, extitisse clementissimum.

ipse

51 ipſe [1] ſequeretur. [2] Felicem utcunque in malis Pompejum; ſi eadem ipſum, quæ exercitum ejus, fortuna [3] traxiſſet? Superſtes [4] dignitatis ſuæ vixit, ut cum majore dedecore per Theſſalica [5] Tempe equo fugeret, ut unâ naviculâ [6] Lesbon [7] applicaretur: pulſus [8] Hedris in deſerto Ciliciæ ſcopulo, fugam in [9] Parthos, Africam,
52 vel Ægyptum [10] agitaret; ut denique in [11] Peluſio littore, [12] imperio [13] viliſſimi regis, conſiliis [14] ſpadonum, &, ne quid malis deſit, [15] Septimii [16] deſertoris ſui gladio trucidatus, ſub oculis [17] uxoris ſuæ liberorum-
53 que moreretur. Quis non peractum eſſe cum Pompejo crederet bellum? [18] at quin acriùs multò atque vehe-
54 mentius Theſſalici [19] incendii cineres recaluêre. Et in Ægypto quidem adverſus Cæſarem ſine [20] partibus bel-
55 lum. Quippe cum Ptolomæus, Rex Alexandriæ, [21] ſummum civilis belli ſcelus peregiſſet, [22] fœduſque amicitiæ cum Cæſare, medio Pompeji capite ſanxiſſet; ultionem [23] tanti viri Manibus quærente fortuna, cauſa non
56 defuit. Cleopatra, [24] Regis ſoror, affuſa Cæſaris geni-

1 Perſequeretur eos. 2 Hùc pertinet locus Ciceronis de Orat. 3. de L. Craſſo, cujus mortem aliquantò maturiorem in ſumma felicitate ponit. *Non vidit flagrantem bello Italiam, non ardentem invidiâ Senatum, non ſceleris nefarii Principes civitatis reos, non luctum filiæ, non exilium generi*, &c. Vide ſimilem locum apud Ovid. Faſt. 6, 185. 3 Involviſſet, in ſocietatem aut partes ſuas traduxiſſet. 4 Exiſtimationis, reputationis. 5 Theſſaliæ loca, amne irrigua, cujus ripæ gramine viridi, amœniſſimiſque veſtiuntur arboribus. Undè quælibet loca amœna, nemora præſertim atque aquas habentia, *Tempe* vocamus. 6 Inſulam in mari Ægæo, Æolicarum urbium Metropolim. 7 Appelleretur: ut apud Juſtin. 2, 4, 21. *Igitur cùm Hercules ad littus Amazonum* applicuit, &c. & 2, 2, 2. *Et, cùm colloquendi copiam non haberet, quò* applicituri erant, &c. 8 Al. *ut pulſus Syedris deſerto Ciliciæ ſcopulo.* 9 Regionem Parthorum. Sic Juſt. 12, 3, 1. *Hæc cùm nunciata* in Parthis *Alexandro eſſent*, &c. 10 Deliberaret. 11 Peluſi oppidi in extrema Ægypti ora. 12 Juſſu. 13 Ptolomæi. 14 Eunuchorum. Pompeji cædem ſuaſerat Theodorus Chius, mercenarius Rhetoricæ magiſter, Deducitur *ſpado* ἀπὸ τῆ σπᾶν, id eſt, à *trahendo*, quia *trahuntur* & debilitantur genitalia, non penitùs tolluntur, ſed enervantur quibuſdam inſtrumentis, ut virilia agere non poſſint. 15 Tribuni militum: de quo Cæſar de Bel. Civ. 3, 104. & Cic. fam. ep. 8, 8, 12. 16 Ex exercitu Pompeji. 17 Corneliæ. 18 Atqui. 19 Belli aut cladis. Eodem ſimili de incendio utitur ſuprà 3, 5, 14. 20 Factionibus. *Partes* enim propriè dicuntur unius Reipublicæ, in factiones ſciſſæ, cives. 21 Pompeji necem. 22 Ars peſſimorum hominum, calamitatibus aliorum benevolentiam ſibi conciliare. 23 Tam clari. 24 Ptolomæi.

bus,

Digitized by Google

bus, partem regni repoſcebat. [1] Aderat puellæ [2] forma, & quæ duplicaretur ex illo, quòd talis paſſa videbatur [3] injuriam: [4] odium ipſius Regis, qui Pompeji cædem, [5] partium fato, non Cæſari, dederat: haud dubie idem in ipſum auſurus, ſi expediſſet. [6] Quam ubi Cæſar reſtitui juſſit in regnum, ſtatim ab eiſdem percuſſoribus Pompeji [7] obſeſſus in regia, quamvis [8] exigua manu, ingentis exercitus molem mira virtute ſuſtinuit. Ac primum ædificiorum proximorum, atque [9] navalium [10] incendio, infeſtorum hoſtium tela [11] ſubmovit; mox in pæninſulam Pharon [12] ſubitus evaſit: indè [13] depulſus in maria, mira felicitate ad proximam claſſem enatavit: relicto quidem in fluctibus [14] paludamento, ſeu [15] fato, ſeu [16] conſilio, ut illud ingruentibus hoſtium telis ſaxiſque peteretur. Tandem receptus à [17] claſſicis ſuis, undique ſimul hoſtes adortus, debellata perfida gente, [18] juſta [19] generi Manibus [20] dedit:

57 58 59 60

1 Patrocinabatur Cleopatræ, cauſam illius agebat. Nam *adeſſe* dicebantur cauſarum patroni: ut apud Luc. 3, 11, 2. *Piſoni, patronos petenti, M. Lepidus & L. Piſo, & Livenejus Regulus* adfuere. Sic *adeſſe dolori* apud Sen. Ovid. de Arte 3, 531. *jus qui profitebitur*, adſit. 2 Pulchritudo: in qua quantum patrocinii ſit, lege Juſtin. 12, 7, 9. Tac. 11, 51, 6 *Formoſæ facies muta commendatio eſt*, ait P. Syrus. Zeno dixit *formam eſſe vocis florem.* Theophraſtus appellavit *ſilentem fraudem.* Ariſtoteles, *rem quavis epiſtolâ efficaciorem.* 3 Injuriam miſerationem, & indè favorem conciliare, notat etiam Florus noſter infrà 4, 4, 4. *Anguſtum ætate & injuriâ favorabilem.* 4 Al. *tùm*, ſive *jam odium*: dicit enim Cleopatræ patrocinio fuiſſe formam, injuriam, tùm odium Regis. 5 Factionis, alterius diſſentientis civitatis membri fortunæ, quæ fati decreto deſtinata eſt, id eſt, qui Pompeji cædem propter fatum partium, non propter Cæſarem fecerat. 6 Cleopatram. 7 Caſum hunc, totumque illud bellum luculenter deſcripſit Cæſar fine Bellorum civilium, & Hirtius. 8 Exiguis copiis, exiguo exercitu. 9 Locorum, in quibus ſtant, vel fieri ſolent naves. Virg. *Diripiuntque rates alii* navalibus. 10 Quo inſtructiſſima illa Ptolomæi Philadelphi bibliotheca conflagravit. Cùm enim claſſis Cæſaris ab hoſtibus diriperetur, facibus eos ſubmovere coactus eſt; ideòque in tali rerum ſtatu pretioſa & vilia non diſtinguntur. Habet enim locum illa excuſatio, quam pro ſe affert Nabarzanes apud Curt. 6, 16. *Nihil eſt mortalibus ſpiritu carius; amore ejus ad ultima propulſus, ea magis ſum ſecutus, quæ coëgit neceſſitas, quàm quæ optabam.* 11 Repulit. 12 Subitò, repente. 13 Al. *delapſus.* 14 Indumento ſeu veſte imperatoriâ. 15 Neceſſitate. 16 Propoſito. 17 Scilicet *militibus*, qui in navibus merent; alias *ſocii navales* appellantur. 18 Exequias funebres, inferias. *Juſta* enim dicuntur exequiæ quæ mortuis impenduntur, ita dicta quòd *jure* fierent his, qui de nobis viventes benè meriti fuerant. 19 Pompeji. 20 Fecit, celebravit.

Digitized by Google

quippe & Theodotus [1] magiſter, [2] auctorque totius belli, & ne [3] virilia quidem portenta, Pothinus atque Ganymedes, diversâ per mare & terras fugâ & morte conſumpti. [4] Regis ipſius [5] corpus obrutum limo reper-
61 tum eſt in aureæ loricæ [6] honore. [7] In Aſiâ quoque novus rerum motus à Ponto: planè quaſi [8] de induſtriâ [9] captante fortunâ hunc Mithridatico regno exitum, ut à Pompejo [10] pater, à Cæſare [11] filius vinceretur.
62 Rex Pharnaces [12] magis diſcordiæ noſtræ fiduciâ, quàm virtutis ſuæ, infeſto in Cappadociam [13] agmine rue-
63 bat: ſed hunc Cæſar aggreſſus, [14] uno, &, ut ſic dixerim, non toto prœlio, obtrivit; [15] more fulminis, quod uno eodemque momento [16] venit, percuſſit, abſceſſit. Nec vana de ſe prædicatio eſt Cæſaris; [17] *antè*
64 *victum hoſtem eſſe, quàm viſum.* Sic cum exteris: at [18] in Africâ cum civibus multò atrocius, quàm in [19] Pharſaliâ.

1 Ptolomæi pueri præceptor, id eſt, qui eum quacunque in re inſtituebat. Virg. Æn. 5, 669. *nec examines poſſunt retinere* magiſtri. Fuit autem Samius, arte Rhetor. Plut. Pomp. c. 127. Hunc poſteà Brutus cruci affixit. Idem ibid. c. 133. 2 Suaſor. Sic ſupra 1, 9, 1. 3 Eunuchi, qui virilitatem ſola facie aut veſtitu mentiebantur, virilibus exſectis. *Ambigui mares* vocantur eunuchi Claudiano in Eutrop. 1, 461. *Portenta* verò appellat, id eſt, homines prodigioſè ſceleratos. 4 Ptolomæi. 5 Cadaver. 6 Decore, ornamento. Res alias ſatis periculoſa, ducem, prœlium committentem, in ornamentis ſuis conſpici; tamen & illam utilitatem habet, ut, ſi quid ſecùs accidat, ejus cadaver inter cætera poſſit agnoſci & dignè ſepeliri. 7 Hanc hiſtoriam ſcribunt Suet. Cæſ. c. 35. Plut. Cæſ. c. 73. Eutrop. l. 6. c. ult. Epit. Liv. 113. 8 Data opera. Similis obſervatio in Juſt. 11, 15, 2. 9 Per illecebras alias-ve artes venante, ſeu petente. 10 Mithridates. 11 Pharnaces. 12 Hoc vult Suetonius Cæſ. 35, 5. cùm inducit Pharnacem *occaſione temporum bellantem.* Vide ſupra 3, 5, 4. 13 Exercitu. 14 Simile ſupra 1, 7, 11. *uno, ac ne hoc quidem juſto prœlio opprimitur,* 15 Inſtar fulminis. Sic Val. Max. 1, 7, 6. ext. *Dionyſium fortuna, vel ut fulmen aliquod, otio ac tranquillitati injecit.* Hoc ſimili plerique Poëtarum & Oratorum celeritatem repræſentant. 16 Alludit ad titulum illum trium verborum, quem Julius Cæſar Pontico triumpho inter pompæ fercula prætulit, VENI, VIDI, VICI. Suet. in Cæſ. 37, 4. Eſt autem elegans loquendi modus, quo eâdem verborum celeritate res percurritur, qua geſta eſt. Tale eſt illud Velleji l. 2. c. 7. *Ego vix crediderim, tam maturè tantam urbem crevisse, floruisse, concidisse, resurrexisse.* Ovid. Faſt. 3, 21. *Mars videt hanc, viſamque cupit, potiturque cupitâ.* 17 Suet. loco citato ita rem narrat: *Pontico Triumpho inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulum, VENI, VIDI, VICI: non acta belli ſignificantem, ſicut cæteris, ſed celeriter confecti notam.* 18 Bellum in Africa contra cives à Cæſare geſtum ſcribunt Hirtius ſingulari commentario. Liv. Ep. 113, & 114. Plutarch. Cæſ. cap. 74, &c. 19 Regione ad Pharſalum: aut forſan ipſa urbe.

Hùc

Hùc reliquias partium [1] naufragarum quidam furores æſtus expulerat : nec reliquias diceres, ſed integrum bellum. [2] Sparſæ magis, quàm oppreſſæ vires erant.
65 [3] Auxerat [4] ſacramentum ipſa clades [5] Imperatoris : nec [6] degenerabat ducum ſucceſſio : quippe ſatis [7] amplè ſonabant in Pompejani nominis locum Cato & [8] Scipio. Acceſſit [9] copiis Mauritaniæ Rex Juba, videlicet ut la-
66 tiùs vinceret Cæſar. Nihil ergo inter Pharſaliam, & Thapſon, niſi quod [10] amplior, eòque acrior Cæſarianorum impetus fuit, indignantium poſt Pompejum creviſſe bellum. Denique, quod aliàs nunquam, antè [11] imperium ducis, [12] ſuâ ſponte ſigna [13] cecinerunt.
67 Strages à Jubâ cœpit : ejus elephanti bellorum rudes, & nuper à ſilva, conſternati ſubito [14] clangore : ſtatim & exercitus [15] in fugam, [16] & duces [17] fortiùs, quàm ut fugerent, [18] non inconſpicua tamen morte omnium. [19] Jam Scipio nave fugiebat : ſed aſſecutus eum hoſtibus,

1 Victarum. 2 Hæc itidem ex Lucano 8, 273. *Sparſit potius Pharſalia noſtras, Quàm ſubvertit, opes.* Ideòque duci ſollicitè curandum, ut victis ſemel hoſtibus acriter inſtet, nec vires eorum denuò coaleſcere patiatur. Et hoc eſt *ſcire victoriâ uti*, quod ignoratum, aut neglectum Annibali, Carthaginem perdidit. 3 Imò ſtimulabat illa libertas, quæ armis Cæſarianis peti videbatur. Nunquam enim facile quieſcunt, qui pro libertate pugnant; quod ipſe Florus noſter dicit ſupra 3, 10, 4. 4 Scilicet *militiæ*, id eſt, neceſſitatem, quâ ad bellum gerendum adigebantur. Sic ſupra 2, 6, 23. 3, 10, 2. 3, 18, 9. 5 Pompeji. 6 A genere Pompeji deflectebat. 7 Amplum & magnum locum habebant. 8 Socer Cnæi Pompeji. 9 Exercitui Pompejano ſeu Catonis & Scipionis. 10 Major. Al *amplior hic hoſtium exercitus ; eòque acrior*, &c. nam hoc arguunt ſequentia : *poſt Pompejum creviſſe bellum.* Aliter iſta comparatio inter Pharſaliam & Thapſon non conſtat. 11 Mandatum. 12 *Dubitante Cæſare, atque militum ſtudio cupiditatique reſiſtente, ſibique, eruptione pugnari, non placere clamitante, & etiam atque etiam aciem ſuſtentante, ſubitò dextro cornu, injuſſu Cæſaris, tubicen à militibus coactus canere cœpit.* Ita Hirtius de bel. Afric. cap. 82. 13 Cantu tubarum erecta ſunt. Vide ſupra 2, 6, 60. 14 Sono tubarum. 15 Scilicet *ſe conjicit.* 16 Q. d. duces fugiſſe quidem, ſed non ut cuperent effugere, verùm ut ſuo arbitratu morerentur. Al. *nec duces fortiùs, quàm ut fugerent* : nam hoc dicit Florus, & exercitum fugiſſe, & duces ipſos; hos autem fugæ fœditatem emendaſſe decoro exitu. 17 Scilicet *egerunt.* Sic ſupra 2, 15, 17. *Quantò* fortiùs *fœmina, & uxor ducis*, ſcilicet *egit ?* 18 Non ingloriâ, non ignobili, id eſt, gloriosâ, nobili. 19 Al. *Nam*, ut cohæreat præcedentibus, & reliquis etiam Jubæ, Petrejo, Catoni, poſſit applicari : reſpondet enim præcedenti propoſitioni ; *non inconſpicuâ tamen morte omnium.*

gladium per [1] viſcera [2] exegit: & *ubi* [3] *eſſet*, [4] quodam [5] requirente, [6] reſpondit hoc ipſum; [7] *Benè ſe habet*
69 *Imperator.* [8] Juba cùm ſeſe recepiſſet in [9] regiam, [10] magnificè epulatus, poſtero die cum [11] Petrejo, fugæ comite, [12] ſuper menſas & pocula interficiendum ſe ei præbuit: [13] ille & regi ſuffecit, & ſibi: cum interim [14] ſemeſi in medio cibi, & [15] parentalia fercula
70 regio ſimul Romanoque ſanguine madebant. Cato non interfuit bello: [16] poſitiſque apud [17] Bagradam caſtris, [18] Uticam, velut altera Africæ [19] clauſtra, ſervabat. Sed accepta [20] partium clade, nihil cunctatus, [21] ut ſapiente dignum erat, [22] mortem etiam lætus [23] acci-
71 vit. Nam poſtquam filium comiteſque ab amplexu dimiſit, in nocte [24] lecto ad lucernam Platonis libro, qui immortalitatem animæ docet, paululum quievit: tum circa primam vigiliam ſtricto gladio revelatum ma-
72 nu pectus ſemel iterumque percuſſit. Auſi poſt hoc

1 Præcordia ſua. 2 Egit, adegit. De hujus Scipionis interitu præter alios lege Val. Max. 3, 2, 13. & Sen. ep. 24. 3 Imperator Scipio. 4 Ex Cæſarianis militibus. 5 Inter egante, quærente. 6 Ipſe Scipio. 7 Incolumis eſt & ſalvus: quia dedecus deditionis morte effugit. 8 Mauritaniæ Rex. 9 Al. *regnum*: nam bellum in provincia geſtum erat. 10 Hunc morem animadvertimus ſupra 2, 18, 12. 11 Duce Pompejano. 12 In menſis & poculis, id eſt, inter edendum & bibendum. Curt. 7, 4, 7. *rebellaturus* ſuper menſa *Alexandrum.* 13 Conſentit Liv. Epit. 114. *Petrejus Jubam, ſeque interemit.* 14 Semi comeſti. 15 Miſſus ciborum ad exequias pertinentes. 16 Cùm caſtra locaſſet. 17 Fluvium, qui præter Uticam labitur. 18 Africæ oppidum; ubi Cato ſibi mortem conſcivit: undè *Uticenſis* dictus eſt. 19 Anguſtias, per quas in Africam iter eſt. 20 Sociorum, qui erant factionis ſuæ. 21 Laudat Florus Catonis αὐτοχειρίαν ſive fortitudinem in conſciſcenda ſibi morte, quam, ut Auguſtinus de Civitate Dei lib. 1. verè & doctè declarat, nemo meritò laudaverit. Non enim penes nos eſt, animam, quam Deus cuſtodiendam nobis, donec eam evocaverit, dedit, pro libitu ejicere; neque qui ſe ipſum necat, immunis eſt homicidii, neque fortitudinis, ſed puſillanimitatis eſt argumentum, ne duriora patiantur, leviora ſubire. De hoc Cæſar dictare ſolitus erat, invidiſſe gloriæ ſuæ, quod ſub ejus eſſe noluiſſet imperio: nam is erat Cato, qui niſi liber, & cum dignitate vivere potuiſſet, quem Ut icenſes honore ſepulturæ decoraunt. 22 De interitu Catonis lege Val. Max. 3, 2, 14. Cic. Off. 1, 31. & Tuſc. Quæſt. 1, 30. & alibi ſæpè Catonem egregiè extollit Lucan. 9, 601. Horat. 2, 1, 24. Hirt. de bello Afric. c. 88. & Plutarch. in Cat. cap. 89, &c. Sæpiſſimè meminit ejus facti cum eximiis elogiis Seneca. 23 Sibi conſcivit. 24 Libros ſapientum legiſſe jam morituros, conſtat ex hiſtoriis.

1 virum

[1] virum medici violare [2] fomentis : ille paſſus [3] dum
abſcederent, [4] reſcidit plagas : ſecutaque [5] vis ſanguinis
73 [6] moribundas manus in ipſo vulnere reliquit. Quaſi non
eſſet uſquam dimicatum, ſic [7] arma rurſus & [8] partes :
quantòque Africa [9] ſuprà Theſſaliam, tantò Africam
74 ſuperabat [10] Hiſpania. [11] Plurimum quantum favoris
[12] partibus dabat [13] fraternitas ducum : & pro uno duos
[14] ſtare Pompejos. Itaque nuſquam atrocius, nec tam
75 [15] ancipiti Marte [16] concurſum eſt. Primum in ipſo
[17] oſtio Oceani Varus [18] Didiuſque legati conflixêre :
ſed acrius fuit cum ipſo mari, quàm inter ſe navibus
bellum : ſiquidem velut [19] furorem civium [20] caſtigaret
76 Oceanus, utramque claſſem naufragio cecidit. [21] Qui-
nam ille horror, cum eodem tempore fluctus, pro-
cellæ, viri, naves, [22] armamenta confligerent? Adde
ſitus ipſius formidinem; [23] vergentia in unum, hinc
Hiſpaniæ, indè Mauritaniæ littora : mare & [24] inteſti-
num, & externum : imminenteſque Herculis [25] ſpecu-
las: cum omnia undique ſimul prœlio, & tempeſtate ſævi-
77 rent. Mox circa obſidiones urbium utrimque diſcurſum
eſt : [26] quæ miſeræ inter hos atque illos duces ſocietatis
78 Romanæ pœnas dabant. Omnium poſtrema certaminum
[27] Munda : hîc non [28] pro cætera felicitate, ſed anceps,

1 Catonem. 2 Medicamentis vulnerum dolorem mitigantibus : utuntur eo ſenſu Livius & Tacitus. 3 Donec diſcederent. 4 Rurſus aperuit jam coaleſcentia vulnera. Hoc ſenſu *Vulnera interdùm ipſa curatione* reſcinduntur. 5 Multitudo. 6 Morientes, morti vicinas. 7 Bella. 8 Factiones. 9 Superavit Theſſaliam, ſc. appatatu & crudelitate belli. 10 Bellum hoc ſ ribuut Plut. Cæſ. c. 79 Latè Hirtius ſingulari commentario. Appian. de bel. civ. l. 2. Val. Max. 7, 6, 5. 11 Helleniſmus, πλεῖσον ὅσον : ſic *ninium quantum*, *mirum quantum*, *immane quantum*, & ſimilia apud alios uſurpata. 12 Factionibus. 13 Nam Cnæus & Sextus Pompejus duces fratres erant. Vivebat igitur Pompejus in filiis. 14 Adeſſe. 15 Neutrò inclinante victoria. 16 Dimicatum eſt. 17 Introitu. 18 Legatus Cæſaris. 19 Bellum civile. 20 Cæderet, puniret. Eadem phraſis ſuprà 3, 10, 17. 21 Quæ-nam illa veneratio cum metu juncta? 22 Navium inſtrumenta Al. *elementa*. 23 Propè concurrentia. 24 Mediterraneum. Græci τὴν ἔσω θάλασσαν appellant. 25 *Columnas* vocat ſuprà 1, 6, 38. 26 Vide ſuprà 3, 22, 8. 27 Oppidum Hiſpaniæ, apud quod ultimum bellum à Cæſare geſtum eſt. De hac civitate, & bello, ibi à Cæſare geſto, Lucan. 1, 40. *ultima funeſtâ concurrant prœlia Mundâ*. 28 Secundum, juxta cæteram felicitatem.

& diu [1] triſte prœlium: ut planè videretur neſcio quid
79 [2] deliberare fortuna. Sanè & ipſe ante aciem mœſtior
non [3] ex more [4] Cæſar: ſive reſpectu fragilitatis humanæ: ſive nimiam proſperorum [5] ſuſpectam habens continuationem: vel eadem timens, [6] poſtquam idem
80 eſſe cœperat, quod Pompejus. Sed in ipſo prœlio, quod nemo unquam meminerat, cùm diu pari Marte acies [7] nihil aliud quàm occiderent, in medio ardore pugnantium ſubitò ingens inter utroſque ſilentium:
81 quaſi [8] conveniſſet. [9] Noviſſimè illud inuſitatum Cæſaris oculis nefas, poſt quatuordecim annos probata veteranorum manus gradum retrò [10] dedit: quod etſi nondum fugerat, apparebat tamen [11] pudore magis,
82 quàm virtute, reſiſtere. Itaque [12] ablegato equo, ſimilis furenti, [13] primam in aciem procurrit. Ibi [14] prenſare fugientes, [15] confirmare: per totum denique agmen
83 oculis, manibus, clamore [16] volitare. Dicitur in illa

1 Periculoſum. 2 Sic apud Liv. 21, 44, 10. *fortuna dubitat.* 3 Secundum, juxta conſuetudinem ſuam. 4 Cujus alias vigori mirabilique hilaritati milites in rebus dubiis innitebantur. 5 Suſpectans, diffidens. Forſan, enim ut cæteri gentiles, metuebat. Nemeſin, perpetuam comitem lætarum rerum. 6 Poſtquam ad idem imperii gloriæque culmen aſcenderat, eòque pervenerat, ut jam totius Orientis & Africæ victor eſſet, ac neminem parem haberet, ſicut anteà Pompejus Romanorum haud dubiè clariſſimus & potentiſſimus fuerat, ideòque æquari ſibi Cæſarem impatienter ferens, bellum civile excitarat. Et ſanè timendi cauſam habuit; *Maximæ* enim *cuique fortunæ minimè credendum eſt*, ait Annibal apud Liv. 30, 30, 19. Sic Alexander *illam ipſam fortunam, quâ aſpirante res tam proſperè geſſerat, verebatur.* Curt. 3, 8, 10. Quomodo & ejus pater Philippus, rebus ex voto fluentibus, dicitur veneratus fortunam, ut quam minimo incommodo felicitatem iſtam lucret. Adde ſupra 3, 12, 7. & 4, 2, 8. 7 Tantùm. 8 Ex pacto complacuiſſet. Sic ſupra 2, 14, 1. & infra 4, 7, 14. 9 Ad extremum. 10 Fecit, id eſt, loco pulſa eſt, retroceſſit, pedem retulit. Id autem timoris erat indicium. 11 Al. *pudorem magis, quàm virtutem, reſiſtere.* 12 Dimiſſo equo, quo ſcilicet *exæquato periculo militibus animus amplior eſſet*, ut ait. Sal. in Cat. cap. 59. 13 In partem illam aciei, quæ proximè hoſtem eſt. 14 Comprehendere ut maneant. Vide Val. Max. 3, 2, 19. Eſt autem hoc orantis maximè, Tac. 2, 31, 2. *Prenſare* enim proprie de ſupplicibus dicitur, & candidatis, cùm magiſtratum aliquem ambientes, ſuffragatorum manus prehendunt. Lucan. 7, 574. de eodem Cæſare: *Ipſe manu ſubicit gladios, ac tela miniſtrat, Promovet ipſe acies, impellit terga ſuorum: Verbere converſa ceſſantes excitat haſta.* 15 Robur atque animum addere. 16 Diſcurſare.

pertur-

perturbatione & [1] de extremis agitasse secum, & ita [2] manifesto vultu fuisse, [3] occupare manu mortem vellet: [4] nisi cohortes duarum quinque per transversam aciem actæ, quas Labienus periclitantibus castris
84 subsidio miserat, fugæ speciem præbuissent: hoc aut & ipse credidit, aut dux [5] callidus arripuit in occasionem: & quasi [6] in fugientem invectus, simul & [7] suorum erexit animos, & hostes perculit: [8] nam hi dùm se putant vincere, fortius sequi; Pompejani dùm fugere
85 credunt suos, fugere cœperunt. Quanta fuerit hostium cædes, ira, rabiesque victoribus, sic æstimari potest: hoc à prœlio profugi cùm se Mundam recepissent, & Cæsar obsideri statim victos imperasset, ex congestis cadaveribus agger [9] effectus est, quæ pilis jaculisque confixa inter se tenebantur: fœdum etiam inter barba-
86 ros! Sed videlicet victoriam desperantibus Pompeji liberis, Cnæum prœlio profugum, crure saucio deserta & [10] avia petentem, Cesonius apud Lauronem oppidum consecutus, pugnantem (adeò nondum desperabat) in-
87 terfecit. Sextum fortuna in Celtiberiam interim abscon-
88 dit: [11] aliisque post Cæsarem bellis reservavit. Cæsar in patriam victor invehitur. Primum [12] de Gallia triumphum transmiserat Rhenus, & Rhodanus, & ex auro captivus Oceanus. Altera [13] laurus Ægyptia: tunc in [14] ferculis [15] Nilus, [16] Arsinoë, & ad [17] simulacrum ignium

1 De nece, de conscisccndâ sibi morte deliberasset ut fieri solet in inusitatis. 2 Vultu aperte præ se tulisse. 3 Prævenire, præcipere, priusquam inferatur ab inimicis. Hoc sensu, *Occupare ferrum*, infra 4, 11, 9. *Occupare* enim est prævenire, priorem aliquid facere. Ita Curt. 8, 6, 7. *Cùm aprum telo* occupasset, *quem Rex ferire destinaverat.* 4 En! quam levis occasio tantæ victoriæ. Sapienter ipse Cæs. l. 1. de bel. civ. *In bello, parvis momentis sæpè magni casus intercedunt.* 5 Prudens, solers. 6 Fugientem persecutus. 7 Milites suos animavit. 8 *Bellum plerumque opinione gubernatur*, ut testatur Cic. Philip 5: Nam verba sunt Liv. 34, 2, 3.) *sæpè vana pro veris maxime in bello valuere: & credens se aliquid auxilii habere, perinde atque haberet, ipsa fiduciâ & sperando atque audendo servatus est.* Virg. Æn. 5, 31. *Hos successus alit; possunt, quia posse videntur.* 9 Confectus est, exstructus est. Vide Val. Max. 7, 6, 5. Hirt. de bello Hispan. cap. 32. in princ. 10 Loca invia, per quæ iri non potest. 11 Ad alia bella, quæ referuntur infra 4, 8. 12 Ex. 13 Triumphus. 14 Simulacris victarum urbium, fluviorum, montium, &c. quæ ferebantur in triumpho. Sic Suet. Cæs. c. 37. *Ferre* de triumpho semper ferè dicitur apud veteres. 15 Ægypt. fluvius. 16 Ptolomæi filia. 17 Exemplum, similitudinem.

ardens [1] Pharus. Tertius de Pharnace [2] currus, &
89 Ponto. Quartus Jubam & Mauros, [3] & bis ſubactam oſtendebat Hiſpaniam, Pharſalia, & Tharpſos, & Munda [4] nuſquam: & [5] quantò majora erant, de quibus
90 non triumphabat! Hic [6] aliquando finis [7] armis fuit: reliqua pax incruenta: penſatumque clementia bellum. Nemo cæſus [8] imperio [9] præter Afranium: [10] ſatis ignoverat ſemel: & Fauſtum Syllam: didicerat [11] generos timere: [12] filiamque Pompeji cum patruelibus ex Sylla:
91 [13] hîc poſteris cavebatur. Itaque non ingratis civibus, omnes unum in principem [14] congeſti honores: circa

1 Inſula in medio mari. In eâ turris eſt ingens, in quâ noctu accenſæ faces, navigantium curſum regebant. 2 Triumphus: quod curru deaurato triumphator veheretur. Sic infrà 4, 12, 53. 3 Bis à Cæſare Hiſpaniam ante hanc de Pompeji liberis victoriam eſſe ſubactam conſtat; ſemel cum Luſitaniam poſt urbanam præturam vicit, coactus triumphum dimittere, ut præſens conſulatum peteret. Iterùm cum Afranium & Petrejum, legatos Pompeji, itidem Varronem exercitibus exuiſſet. 4 Sc. *viſebantur*. Rationem reddit ſupià 3, 22, 10. *Victores duces externum id magis, quàm civile bellum, videri voluerunt, ut triumpharent.* 5 Sc. ipſis civibus, ipſis Romanis. Senſus eſt: Cæſaris triumphum plus honoris habuiſſe, quod civium clades non oſtentarit: quomodo apud Tac. 3, 76, 5. in funere Junæ *præfulgebant Caſſius atque Brutus, eò ipſo, quòd effigies eorum non viſebantur.* 6 Tandem. 7 Bellis. 8 Juſſu Cæſaris. 9 Imò *ne hos quidem voluntate ipſius interemptos putant.* Suet. Cæſ. cap. 75. 10 Diod. Sic. *Qui ob delicta non reſipiſcunt, omninò puniendi ſunt.* Nihil igitur peccavit Cæſar, ſi juſſit interfici, qui veniam antè imperaram, iteratâ rebellione, corrupernnt. 11 *Generos Cæſaris* vocat, Pompejum primò generum ipſius Cæſaris, deinde Pompeji ipſius generum Fauſtum Syllam, qui duxerat filiam generi Cæſaris, & ita erat progener Cæſaris. Vide Suet. Cæſ. cap. 27. Neptim enim Cæſar uxorem habebat, filiam Pompeji; ideò vocat *generos* Pompejum & Fauſtum Syllam. Pompejo filia Cæſaris nupſerat, Fauſto Syllæ neptis ejuſdem Cæſaris. Utrique igitur *generi* dicuntur Cæſaris, quamvis de Sylla minùs propriè, qui potiùs progener eſſet. 12 In Floro noſtro aut verbum (*conſervavit*) in contextu prætermiſſum eſt, aut diverſus abit ab Hirtio, qui Cæſarem *Pompeiæ Fauſti Syllæ conjugi, ejus liberis reliquiſque rebus omnia incolumia conceſſiſſe ſcribit* Duæ autem fuerunt Pompejæ, altera Pompeji Magni filia, L. Cornelii Syllæ Fauſti conjux, altera Sexti Pompeji filia, Magni neptis, L. Scribonii conjux. Intelligere videtur Florus Sexti filiam, quòd addit, *eam patruelis habuiſſe ex Syllâ:* ubi abutitur vocabulo *patruelium*, atque ita dicit, quos, propriè debuiſſet *conſobrinos*. Hæc igitur mens Flori: neminem juſſu Cæſaris occiſum eſſe, præter Afranium & Fauſtum Syllam, & hujus liberos cum conſobrina Pompeja, ſive Pompejam, Sexti Pompeji filiam cum conſobrinis ſuis, qui erant Fauſti Syllæ filii. 13 Id eſt, ſuſtulit domum Syllæ, ne ſc. ex illo genere ſupereſſent, qui aliquando bellum civile inſtaurarent, contra partes Cæſarianas inſurgendo. 14 Collati. Lege Dionem lib. 44.

templa

Digitized by Google

templa imagines: in theatro [1] distincta radiis corona: [2] suggestus in curia: [3] fastigium in domo: [4] mensis in cœlo: ad hoc [5] pater ipse patriæ perpetuusque Dictator: [6] novissimè, dubium an ipso volente, oblata [7] pro
92 Rostris ab Antonio Consule [8] regni insignia. Quæ omnia velut [9] insulæ in [10] destinatam morti victimam congerebantur. Quippe clementiam principis vicit invidia: gravisque erat liberis ipsa beneficiorum potentia.
93 Nec diutiùs dilatio [11] donata est: sed Brutus & Cassius, aliique [12] patricii consenserunt in cædem principis.
94 Quanta vis [13] fati! [14] manaverat latè conjuratio: [15] libellus etiam Cæsari datus: eodem die nec [16] perlitare centum victimis potuerat: venit in curiam tamen

1 Constabat ex duodecim radiis emicantibus ex aurea lamina, eaque lamina sic imponebatur capiti, ut diadema. Hùc respicit Lucan. *cui tempora circum Aurati bis sex radii fulgentia cingunt.* 2 Cippus modicæ altitudinis, in quo statueretur sella aurea. 3 Fastigium quoddam refert Plutarchus ædibus Cæsaris, quasi honoris causa & majestatis, ex Senatus auctoritate impositum fuisse, quod Calpurnia, uxor ejus per somnium eâ nocte, quæ cædem ejus præcedebat, collabi, maritumque in gremio suo confodi deflebat. 4 Julius mensis, qui anteà Quintilis erat, ex nomine Cæsaris dictus est. 5 Magna laus est principis, ut, *pater patriæ* vocetur, quasi populos suos non terrore, non armis, non præsidiis militaribus, tanquam subditos, sed humanitate, benevolentia, pietate, tanquam filios regat. Primus omnium hoc cognomen Cicero meruit; Catilinæ conjuratione detecta, & urbe incendio liberata. Plut. Cic. c. 31. Juv. 8, 44. Tunc enim civitas omnis Ciceroni, quacunque iter faceret, gratulans, illum *servatorem patriæ*, *illum conditorem urbis*, *illum optimum consulem* vocitabant. Post hunc idem cognomen Augusto universa civitas repentino maximoque consensu detulit. Sed cùm id præ modestia non recepisset, ineunti paulò post Romæ spectacula, non decreto Senatus, neque acclamatione populari, sed per Valerium Messalam, id mandantibus cunctis rursus delatum est. Multis præterea Imperatoribus hoc cognomen, sed adulatione potiùs, blanditiisque, quàm meritis, & vera gloria, inditum est. Tandemque eò deventum fuit, ut semper in theatris imperatorem populus & *dominum*, & *patrem patriæ* appellaret. 6 Ad extremum. 7 In vel ante Rostra. i. editum illum locum ante Curiam, undè edicta publica, & ad populum verba fiebant. 8 Cùm Cæsar pro Rostris in aurea sella sedens, amictus toga purpurea, spectaret Lupercos, Antonius Consul unus è Lupercis ad sellam accessit, & capiti ejus diadema lauro circumposita imposuit, quod Cæsar cum plausu populi rejecit. 9 Fasciæ in modum diadematis, à quibus dependent vittæ ab utraque parte. 10 Notus est mos insulis ornandi victimas. 11 Data. 12 Patrum progenies. Al. *Patres*: al. *parricidæ* legunt. 13 Potestatis illius, quæ res humanas inevitabili sorte disposuit. 14 Emanaverat. 15 Sc. index conjurationis sive insidiarum: quem legere Cæsar neglexit. Simile quid Archiæ, Thebarum tyranno accidit Nam super convivium allatam epistolam, quæ indicium conjurationis haberet, rejecit, cum voce ἡῖς αὔριον τὰ πράγματα, id est, *in crastinum seria*. Sed crastinum non vidit. Nam ea nocte à Pelopida cæsus est. Plut. in Pelop. 16 Perfectè litare, sacrificium absolvere. Gel. *Si res divinæ factæ, ritèque* perlitatæ essent.

95 expeditionem [1] Parthicam meditans : ibi in [2] curuli ſedentem eum Senatus [3] invaſit, tribuſque & viginti vulneribus 4 ad terram datus eſt. Sic ille, qui terrarum orbem civili ſanguine impleverat, tandem ipſe 5 ſanguine ſuo curiam implevit.

1 In Parthos. 2 Sc. *ſellâ*, quâ ipſe, Ædilis curulis officio dùm fungebatur, utebatur. Fuit autem ſella eburnea, quâ in publico & privato loco ſedendi cauſa utebantur. Vide ſuprà 1, 5, 5. & 1, 13, 10. 3 Aggreſſus eſt. 4 Confoſſus eſt. 5 Adeò vere Juv. 10, 112. *Ad generum Cereris ſine cæde & vulnere pauci Deſcendunt Reges, & ſicca morte tyranni.*

CAP. III.

[1] *Cæſar Auguſtus.*

1 POpulus Romanus, Cæſare & Pompejo trucidatis, rediiſſe in ſtatum priſtinæ libertatis videbatur : & [2] redierat, [3] niſi aut Pompejus liberos, aut Cæſar hæ-
2 redem reliquiſſet : vel, quod utroque pernicioſius fuit, 4 ſi non collega quondam, mox æmulus Cæſarianæ potentiæ, fax & turbo ſequentis ſæculi, ſuperfuiſſet 5 An-
3 tonius. Quippe dùm 6 Sextus paterna repetit ; trepidatum toto mari : dùm Octavius mortem 7 patris ulciſci-
4 tur, iterùm fuit 8 movenda Theſſalia : dùm Antonius 9 varius ingonio, aut ſucceſſorem Cæſaris indignatur Octavium, aut amore Cleopatræ 10 deſciſcit in Regem : 11 nam aliter ſalvus eſſe non potuit, niſi confugiſſet
5 ad ſervitutem. Gratulandum tamen in tantâ perturbatione eſt, quòd potiſſimum ad Octavium Cæſarem

1 Caput iſtud tertium quaſi procemium eſt ad Cæſaris Auguſti res geſtas : cujus ſi quis in unum *Tantarum ſperet curnulos advolvere, rerum, Promptiùs imponet glaciali Pelion Oſſæ.* Geſta autem Octavii Auguſti ſcribunt Liv. à l. 116. ad finem uſque operis. Appian. de bel. civ. l. 1, 3, 4. & 5. Suet. in ejus vita. Plut. Cæſ. Cic. Anton. Bruto. Val. Max 1, 7, 1. & 7, 6, 6. Sex. Aurelius. Sextus Ruffus. Eutrop. l. 7. 2 Redintegrat. 3 Exponit cauſas conclamatæ libertatis publicæ. 4 Aliud impedimentum libertatis, *Antonius.* 5 Hujus elogia præclara & multa lege apud Cic. in Philippicis. 6 Pompejus. 7 Adoptivi ſc. Cæſaris. 8 Turbanda. Vide infra 4, 7, 6. 9 Inconſtans, mutabilis. 10 Rex fit ex Imperatore Romano. Sic, *in monſtrum deſciverat*, infrà 4, 11, 3. Uſurpatur autem ita verbum hoc, cùm aliquis in pejus mutatur, ut *degenerare*. Romanis autem Regis nomen exoſum erat. 11 Freinshemius legit, *deferenda fuit populo libertas, nam aliter ſalvus*, &c.

Au-

Auguſtum [1] ſumma rerum rediit : qui ſapientia ſua atque
6 ſolertia, perculſum undique & perturbatum [2] ordinavit imperii corpus. Quod ita haud dubiè nunquam coïre &
7 conſentire potuiſſet, niſi [3] unius præſidis nutu, quaſi animâ & mente regeretur. Marco Antonio, Publio
8 Dolabellâ Conſulibus, imperium Romanum jam ad Cæſares transferente fortunâ, varius & multiplex civitatis motus fuit : quodque in annuâ cœli converſione fieri ſolet, ut [4] mota ſidera tonent, ac [5] ſuos flexus tempeſtate ſignificent ; ſic [6] cum [7] Romanæ dominationis, [8] id eſt, humani generis converſione, [9] penitus intremuit, omnique genere diſcriminum, civilibus, terreſtribus ac navalibus bellis, omne imperii corpus
10 agitatum eſt.

1 Summum arbitrium. Intelligit autem Monarchiam Auguſti, ſive metum unius Principis abſolutum imperium. 2 Conſtituit totum imperium. 3 Eadem prope verba Tac. 1, 12, 4. *Unum eſſe Reip. corpus, atque unius animo regendum.* 4 Motus Sol. Sic Plin. Panegyr. c. 29. *quod terra genuit, quod ſidus aluit, quod annus tulit.* Et c. 80. *velociſſimi* ſideris *motus, omnia inviſere.* 5 Suas revolutiones. 6 Al. *in.* 7 Romani imperii. 8 Vana opinio Romanorum, ſub Imperatoribus præcipuè, ſpiritus adeò inflaverat ut crederent ſe totius orbis dominos, cùm ſane modicam ejus partem obtinerent. Sic Florus noſter ſuprà Præfat. 2. *qui res Rom. legunt*, generis humani *facta diſcunt.* 9 Non mirum : cùm *omnes mutationes Rerumpubl. eadem, fugam, aliaque hoſtilia portendunt*, ut ait Sal. in Jugurth. 10 Motum, concuſſum eſt.

CAP. IV.

1 *Bellum Mutinenſe.*

1 PRima civilium motuum cauſa [2] teſtamentum Cæſaris fuit, cujus [3] ſecundus hæres Antonius prælatum ſibi Octavium [4] furens, [5] inexpiabile contra adop-

1 Bellum Mutinenſe ſcribunt Liv. l. 15, 118, 119. Appian. de bel. civ. l. 3. p. 588. Plut. Antonio c. 22. Cicero in Philippicis. Suet. Auguſto 2, 10 &c. Ovid Met. 15, 822. & Faſt. 4, 623. Octavius à Senatu contra Antonium, Reipublicæ hoſtem, Imperator declaratus, exercitum Antonii ad Mutinam profligat : Decimum Brutum Mutinæ obſeſſum liberat : undè & hoc bellum *Mutinenſe* à *Mutinâ* dictum fuit. 2 Teſtamentum Cæſaris, L. Piſone ejus ſocero poſtulante, invito Senatu, ad populum recitatum fuit, antequam Cæſaris cadaver in foro cremaretur. 3 Qui hæredi inſtituto ſubſtituitur. Secundi hæredes ideò poſt primos adſcribebantur, ut ſi quid illis primis humanitùs accidiſſet, tunc ſecundi ſuccederent. 4 Supra modum excandeſcens. 5 Implacabile.

2 tionem acerrimi [1] juvenis ſuſceperat bellum. Quippe cùm intrà decem & octo annos tenerum, [2] obnoxium, & [3] opportunum injuriæ juvenem videret, ipſe [4] plenæ ex [5] commilitio Cæſaris dignitatis, [6] lacerare furtis hæreditatem, ipſum inſectari probris, cunctis [7] artibus [8] cooptationem Juliæ [9] gentis [10] inhibere non deſineret;
3 denique ad [11] opprimendum juvenem, palam arma moliri: & jam parato exercitu in [12] Ciſalpinâ Galliâ reſiſtentem moribus ſuis Decimum Brutum obſidebat: Octavius Cæſar, [13] ætate & injuriâ [14] favorabilis, & nominis majeſtate, quod ſibi induerat, revocatis ad arma veteranis, [15] privatus (quis crederet?) Conſulem aggreditur: obſidio Mutinæ liberat Brutum. [16] An-
5 tonium exuit caſtris. Tùm quidem etiam manu pulcher apparuit: nam cruentus & ſaucius aquilam, à moriente [17] ſignifero traditam, ſuis humeris in caſtra referebat.

2 Auguſti. Decreverat Senatus, ne quis Auguſtum *puerum* diceret, ne majeſtas tanti imperii diminueretur. Virg. ſæpè Octavium *juvenem* nominat, ut Ecl. 1, 44. *Hîc illum vidi* juvenem: & Georg. 1, 500. *Hunc ſaltem everſo* juvenem *ſuccurrere ſæclo Ne prohibete.* Lege Cic. Philip. 4, & 5. 2 Obligatum ſeu addictum. Ter. *Tum uxori* obnoxius *ſum.* Ita Liv. 41, 45, 3. Ovid. Am. 2, 2, 17. 3 Cui facilè injuria inferri poterat. Ita de Atherbale Sal. Jug. 9, 3. 4 Adultæ, perfectæ. 5 Belli ſocietate. Ita Juſtin. 5, 10, 3, & 11, 5, 3. 6 Hæreditatem enim Cæſaris expilavit. Vellejus 2, 60, 5. ſcribit ſeſtertium ſepties millies depoſitum à Cæſare ad ædem Opis, ab Antonio fuiſſe occupatum. 7 Fraudibus, inventis callidis. 8 Adoptionem. 9 Familiæ. 10 Impedire. 11 Al. *deprimendum.* 12 Tota olim Gallia in tres partes diviſa eſt, Togatam ſive Ciſalpinam, quæ Alpibus Italiæque antiquo limite Rubicone flumine terminatur, & Comatam ſive Tranſalpinam (quæ iterum in Belgicam, Celticam, & Aquitanicam dividitur) & Braccatam, quæ erat Narbonenſis Romanorum provincia. 13 Juvenilis ætas in tantum favorabilis eſt, ut etiam in delictis mitiùs puniendis ejus habeatur ratio. 14 Gratioſus ac favoris plenus apud omnes. 15 Privato conſilio & privata impenſa. 16 Antonii caſtra occupavit. 17 Aquilifero.

CAP.

Digitized by Google

CAP. V.

[1] *Bellum Perusinum.*

1 ALterum bellum [2] concitavit agrorum divisio, quos Cæsar veteranis in castris, pretium militiæ, per-
2 solvebat. Semper alias Antonii [3] pessimum ingenium [4] Fulvia, gladio cincta virilis militiæ, uxor [5] agitabat. Ergo [6] depulsos agris colonos incitando, iterum in arma
3 ierat. Hic verò jam non privatis, sed totius Senatus suffragiis [7] judicatum hostem Cæsar aggressus, intra Perusiæ muros [8] redegit, compulitque ad extrema deditionis, [9] turpi & [10] nihil non experta fame.

1 Hoc bellum scribunt Liv. lib. 126. Suet. Aug. cap. 14. & 15. Appian. de bel. civ. lib. 5. Eutrop. 7, 1. Plin. 7, 11. Bellum Perusinum, & cætera ab Augusto gesta bella explicat Propert. 2, 1. & Lucan. 1, 41. Lege quæ de Augusto scribit Virg. Æn. 6, 791. 2 Excitavit. 3 Hic enim est Antonius testimonio Vel. 2, 74, 2. *vitiorum fratris conscrs, sed virtutum, quæ interdum in illo erant, expers.* 4 De tali muliere Juvenal. Sat. 6, 253. *Quem præstare potest mulier galeata pudorem, Quæ fugit à sexu?* 5 Impellebat, instigabat. 6 Qui coacti erant cedere veteranis, quibus agri isti distributi erant. 7 Hoc eam habebat vim, ut, qui *hosti* judicatus esset, omnia jura & beneficia perderet civitatis Romanæ; deindè, ut ejus bona publicarentur: tertiò, ut ipse quæreretur puniendus more majorum; quòd explicat Suet. Ner. c. 49. Denique adversus hostem judicatum omnia licebant, perindè atque in hostem alienigenam. Cic. Philip. ult. 8 Compulit. 9 Turpem faciente, Sic Virg. Æn. 6, 276. *turpis egestas.* Sic *obscœnam famem* dixit idem Poëta Æn. 5, 367. 10 Omnia, quidvis.

CAP. VI.

[1] *Triumviratus.*

1 CUm solus etiam [2] gravis paci, gravis Reipublicæ esset Antonius, quasi ignis [3] incendio Lepidus

1 Cum Antonius, Lepidus, Cæsar, se Reipublicæ constituendæ causa Triumviros in quinquennium renunciassent, proscriptione ac cæde inimicorum civium Respublica convulsa est laceratague. Ciceronis caput jussu Antonii præcisum inter duas manus pro Rostris positum est. Exponunt hoc capite contenta Liv. Lib. 119. & 120. Plutarch. Antonio cap. 24. Bruto cap. 39. Cicerone cap. 67. Appi. de bel. civ. lib. 3. & 4 Suet. Aug. cap. 12, 13. & 27. Eutrop. 7, 1. Plin. 7, 45. 2 Inimicus, infestus. 3 Bello, motui Antoniano,

accessit.

acceſſit. [1] Quid contra duos exercitus neceſſe fuit
2 venire in cruentiſſimi fœderis ſocietatem? [2] Diverſa omnium nota incendia. Lepidum divitiarum cupido, quarum ſpes ex [3] turbatione Reipublicæ: Antonium ultiones de his, qui ſe hoſtem judicaſſent: Cæſarem inultus pater, & [4] Manibus ejus graves Caſſius
3 & Brutus [5] agitabant. In hoc velut fœdus pax inter tres duces componitur. Apud Confluentes inter Peruſiam, & Bononiam [6] jungunt manus, & [7] exercitus conſalutant. Nullo bono [8] more Triumviratus invaditur: oppreſſaque armis Republicâ, redit Syllana [9] proſcriptio: cujus atrocitas nihil in ſe minus habet,
4 quàm numerum centum quadraginta Senatorum. [10] Exitus [11] fœdi, truces, miſerabiles, toto terrarum orbe fugientium: pro quibus quis pro dignitate reus ingemiſcat, cùm Antonii Lucium Cæſarem avunculum ſuum, Lepidus Lucium Paulum ſuum fratrem [12] pro-
5 ſcripſerit? Romæ capita cæſorum proponere in Roſtris [13] jam uſitatum erat: verum ſic quoque civitas lacrymas [14] tenere non potuit, cum [15] reciſum Ciceronis

1 Al. *cui*: ut ſenſus ſit, duobus ex diverſa parte exercitibus ſtantibus, neceſſe fuiſſe Lepido, utpote debiliori, venire in ſocietatem. Al. *contrarios exercitus*, ut indigneturr eos, qui nuper hoſtes erant, aliter non potuiſſe ſocietatem inire, quam in perniciem civium. Al. denique. *Quid unus contra duos exercitus? Itaque neceſſe fuit venire in cruentiſſimi fœderis ſocietatem*: ſic ut ſupra 4, 2, 29. *Quid enim una poſt quinque legiones? Itaque ultrò cedente Varione*, &c. 2 Al. *Diverſa omnium vota*. Al. *Diverſa omnium nota ingenia*; q. d. ſatis conſtat, quam diverſa fuerint omnium ingenia & cupiditates. 3 Perturbatione. Vide Tac. 5, 3, 5. & H. 1, 21, 1. 4 Credebantur enim occiſorum Manes ultione placari, quod tangit Juſt. 16, 1, 16. Hinc intelligendum illud Virgilii Æn. 10, 519. *in crinis quos immolet umbris*. Obſervabant autem imprimis, ut, ſi fieri poſſet, ad tumulos ipſos occiſorum mactarentur; quòd ſc. nullum gratiorem umbris liquorem ſpargi poſſe crederent, quam inimicorum ſanguinem. Sic Pyrrhus Polyxenam ferit *paterni vertice in buſti*. Æn. in Troadibus 1151. Sic L. Cæſar jugulatus ad buſtum Vari. Val. Max. 9, 2, 2. & Marius Prætor ad buſtum Catuli, ſupra 3, 21, 27. 5 Impellebant, inſtigabant. 6 Integratæ amicitiæ ſignum. 7 Adde Tacit. H. 2, 42, 3. Liv. 7, 42, 5. 8 Exemplo. Videtur alluſum ad exemplum Cæſaris patris, Pompeji, & Craſſi de quibus ſuprà 4, 2, 12. 9 Publicatio. 10 Proſcriptorum. 11 Miſerabiles, atroces, ſævi. 12 Per ſcriptum prævium morti, ubicunque reperirentur, addixerit? 13 Lucan. 7, 315. *Et caput hoc poſitum roſtris*, &c. Vide ſuprà 3, 21, 14. 14 Continere. Sic *tenere ora*, apud Virg. Æn. 2, 1. *riſum*, apud Horat. de Arte 5. 15 Amputatum.

[1] caput [2] in illis ſuis Roſtris videretur, nec aliter ad vi-
6 dendum eum, quàm ſolebat ad audiendum, concurre-
retur. [3] Hæc ſcelera in Antonii Lepidique tabulis. Cæſar
percuſſoribus patris contentus fuit. Hæc quoque [4] niſi
multa fuiſſet, etiam juſta cædes haberetur.

1 Juvenalis dicit, non caput ſolum, ſed etiam dextram manum abſciſſam fuiſſe Ciceroni, quod eâ Philippicas in Antonium ſcripſerat. Dicit enim Sat. 10. *Ingenio manus eſt & cervix caſa, nec unquam ſanguine tanſidici maduerunt roſtra puſilli.* De hujus interitu lege præter ſupradictos Val. Max. 1. 4, 5, 5, 3, 4. Juv. Sat. 10, 118. 2 Pro illis ſuis Roſtris, loco præ aliis conſpicuo: ut, undè in Antonium verba faciens auditus fuerat, ibi caput ejus inter duas manus conſpiceretur. 3 Hæ proſcriptiones virorum illuſtrium. Ita Sen. Nat. Quæſt. 6, 23. de rebus Alexandri: *Nihil tam magnum erit, quàm ſcelus Calliſthenes*, nempè occiſus. 4 Nam etiamſi juſta puniendi cauſa ſit, præſtat ignoſcere, cùm magna delinquentium copia eſt, aut paucorum ſaltem ſupplicio contentum eſſe, quàm acrioribus remediis, ac ipſa mala ſunt, civitatem labefactare.

CAP. VII.

1 *Bellum Caſſii & Bruti.*

1 2 BRutus & Caſſius ſic Cæſarem, quaſi [3] Tarquinium
Regem, [4] depuliſſe regno videbantur: ſed liber-
tatem, quam maximè reſtitutam voluerunt, illo ipſo
2 [5] parricidio perdidêre. Igitur cæde perfectâ, cùm vete-
ranos Cæſaris, nec immeritò, timerent: ſtatim è curiâ
in Capitolium confugerunt. Nec illis ad ultionem decrat

1 Bellum Caſſii & Bruti ſcribunt Liv. l. 121, 122, 123, 124. Plutarch. Anton. cap. 27. & Brut. cap. 54. Ap. de bel. civ. lib. 4. Val. Vax. 1, 5, 7. & 8, 5, 1, 11, 9, 9, 2. Eutrop. 7, 1. Suet. Aug. cap. 13 Lucan. 2, 234. 2 Republica utcunque per triumviros ordinata, M. Antonius & Cæſar Octavianus in Græciam contra Brutum & Caſſium proficiſcuntur; fit prœlium in campis Philippicis: ibi Caſſius ſibi errore dum ſuos fugere, qui vicerant, opinatur, caput præſecari jubet. Brutus etiam poſt paucos dies altero prœlio victus, exorato Stratone ut ſe gladio confoderet, vitam finivit. 3 Tarquinium Superbum, Regum Romanorum poſtremum, qui à Junio Bruto regno, ut tyrannus, expulſus eſt. 4 Sed valdè iſti decepti fuerunt, ut ex progreſſu patebit. Sapientius T. ille Q. Flaminius cenſebat, Nabidem tyrannum Lacedæmone relinquendum eſſe, quod ſinè gravissimâ ruinâ totius civitatis opprimi non poſſet. Plutarch. in ejus vitâ 5 Homicidio: quia, quem ex S. C. Patrem patriæ ſuperiori anno cognominaverant, eundem in Senatu occiderint. Teſtatur etiam Suetonius placuiſſe populo, ut Idus Martiæ *Parricidium* dicerentur: ſcilicet quia ii patrem patriæ eo die in Senatu occidiſſent, quos ipſe hoſtes paulo antè ſervaverat.

animus:

3 animus: [1] sed ducem non habebant. [2] Igitur cùm appareret, quæ strages Reipublicæ immineret, displicuit ul-
4 tio [2] cum Consulis [3] abolitione decretâ. Ne tamen [4] publici doloris oculos ferrent, in provincias ab illo ipso, quem occiderant, Cæsare datas, Syriam & Macedoniam, concesserunt. Sic vindicta Cæsaris [5] dilata po-
5 tiùs, quàm oppressa est. Igitur ordinatâ magis, ut poterat, quàm ut debebat, in Triumviros Republica, relicto ad Urbis [6] præsidium Lepido, Cæsar cum Antonio
6 in Cassium Brutumque [7] succingitur. Illi comparatis ingentibus copiis, [8] eandem illam, quæ [9] fatalis Cnæo Pompejo fuit, [8] arenam [10] insederant. Sed nec tùm
7 [11] imminentia cladis destinatæ signa latuêre. Nam & [12] assuetæ cadaverum pabulo volucres, castra quasi jam [13] sua circumvolabant: & in aciem prodeuntibus obvius

1 Ducibus enim repertis, moventur quicunque *non benevolentiâ continentur, resumpturi arma, ubi metus abscesserit.* Tac. H. 4, 76, 11. 2 Al. *Ciceronis consilio abolitione decreta.* Al. meliùs, *consensu Consulis.* Per *Consulem* intelligunt Antonium. Verum quidem, auctorem ἀμνηστίας fuisse Ciceronem; sed tamen cùm decerneretur, consensus aderat ipsius Antonii. Cic. Phil. 1. cap. 1. 3 Ἀμνηστία, id est, *oblivione actorum sive injuriarum.* Sic apud Suet. Tib. 4, 3. & Val. Max. 4, 1, 4. ext. quæ Atheniensium exemplo, & consensu etiam Antonii, ut diximus, fuit decreta, sed ab eodem mox abolita, simulac amoto metu, securus ad ingenium redire poterat. 4 Populi, plebis: plebs enim irritata ad percussorum domos facibus è rogo raptis contendebat. Cæsaris mortem vindicatura. 5 Submota. Ita Justin. 9, 6, 8. 6 Defensionem, custodiam. 7 Expeditionem sumit. Deducto loquendi usu à militibus, quorum erat *cingi.* 8 Eundem illum locum, ubi civile bellum commissum fuerat. Sic suprà 4, 7, 8. Philippos, urbem Macedoniæ, intelligit, ubi hoc prœlium committum est: undè & hoc bellum *Philippense* vocatur. Virg. Georg. 2, 490. *Romanas acies iterùm vidêre Philippi.* Ovid. Met. 15, 824. *Æmathiique iterùm madefient cæde Philippi.* *Arenam* translatitiè vocat campos Philippicos, in quibus depugnatum est: quia locus, ubi gladiatores committebantur, arena ideò inspergebatur, ut ne ipsi sanguinis sui, dùm digladiantur, lubricitate lapsarent. 9 Exitio Cn. Pompeji immutabili necessitate destinata fuit. Sic supra 3, 15, 4 Fatale *Capitolium Gracchis*, & 2, 15, 12. fatale *nomen Scipionum Africæ.* Sic *fatalis locus* extat apud Justin. 12, 2, 14. & 12, 13, 3. ita *fatale munus*, apud eundem 13, 4, 24. 10 Occupaverant. 11 Al. *imminentis cladis destinata signa.* 12 Vultures præcipuè, qui præsagio quodam naturali, biduo aut triduo convolare eò solent, ubi cadavera sunt futura, ut Plinius testatur. 13 Propria, quæ affectu sua fecerant; Liv. 22, 16, 4. *Nec Annibalem fefellit, suis se artibus peti.*

Æthiops

8 Æthiops nimis apertè [1] ferale ſignum fuit. Ipſique Bruto per noctem, cùm allato lumine [2] ex more aliqua ſecum [3] agitaret, [4] atra quædam imago ſe obtulit: &, *quæ eſſet*, interrogata; *Tuus*, *inquit*, [5] *malus genius*. Hoc 9 dixit, & ſub oculis [6] mirantis evanuit. Pari in meliora præſagio in Cæſaris caſtris omnia aves, victimæque [7] promiſerant; ſed nihil illo [8] præſentius, quòd [9] Cæſaris medicus ſomnio admonitus eſt, *ut Cæſar caſtris* 10 *excederet*, *quibus capi imminebat*: ut factum eſt. [10] Acie namque commiſſa, cùm [11] pari ardore aliquamdiu dimicatum foret: & quamvis [12] duces non eſſent præſentes, quorum [13] alterum [14] corporis ægritudo, [15] illum metus & ignavia [16] ſubduxiſſent, [17] ſtaret tamen pro [18] partibus invicta fortuna & [19] ultoris, [20] & qui vindicabatur: primùm adeò anceps fuit, & par utrimque diſcrimen, ut exitus prœlii docuit. Capta ſunt

1 Funeſtum, exitiale omen. Nam abominantur Æthiopem propter colorem nigrum, qui funebris eſt. Nam lugentium veſtis nigra & fuſca, quæ Varroni dicitur *amiculum nigellum*: ut contra color candidus lætitiæ & felicitatis index. Spartianus in Severo auctor eſt, Æthiopis occurſum & vocem illam, *Totum fuiſti*, *totum vicisti*, *jam Deus eſto victor*, mox quaſi fatalem illius Imperatoris mortem ſubſecutam. 2 Juxta conſuetudinem ſuam. 3 Deliberaret. 4 Nigrum aliquod ſpectrum. 5 Additque, *Apud Philippos iterùm me videbis*: tùm ille imperterritus; *videbo*, inquit. Verùm idem ſpectrum, ſed mutum, ſe Bruto in Philippis obtulit, pridie quam ultimo prœlio Brutus ſuperaretur. Sic Caſſio Parmenſi, cùm, fractis Antonii rebus, fugiſſet Athenas, paucis poſt diebus Octavii juſſu perituro apparuit homo immanis, niger & ſqualidus, qui ſe malum illius genium eſſe affirmavit. 6 Bruti. 7 Portenderant, ſcilicet *victoriam*. 8 Quod certiùs demonſtraret faventes Deos. 9 Artorius. Cæſar ex valetudine imbecilliore in caſtris decumbebat, ſed eâ medici denuntiatione admonitus, in aciem ſe recepit, quæ res ipſi ſaluti fuit: nam, captis forte caſtris, Brutiani milites Auguſti Cæſaris tentorium ingreſſi, lecticam ejus, in quâ illum cubantem putabant, gladiis transfixerunt, aſſeverantes Bruto, cui gladios cruentatos oſtendebant, ipſum quoque Cæſarem à ſe confoſſum eſſe. Vide Plutarch. Ant. cap. 28. Ap. de bel. civ. lib. 4. Vel. 2, 70, 4. Val. Max. 1, 7, 1. 10 Prœlio enim incepto, cùm confligeretur. 11 Æquali vehementia, ſtudio, impetu. 12 Cæſar & Antonius. 13 Cæſarem. 14 Morbus. Utitur hac Phraſi Curt. 3, 5, 10. 15 Antonium. Plutarch. Ant. cap. 28. *Sunt qui ſcripſerunt*, *non interfuiſſe prœlio Antonium*, *ſed poſt pugnam conſectandis jam hoſtibus ſuis*, *ſupervenisſe*. Adde eundem Bruto, cap. 51. 16 Paulatim ſubtraxiſſent. 17 Militaret. 18 Factionibus. 19 Cæſaris Octavii, qui necem patris ultum ibat. 20 Id eſt, ejus fortuna, qui vindicabatur, ſcilicet Julii Cæſaris.

hinc

11 hinc Cæsaris castra, inde Cassii. [1] Sed quantò efficacior est fortuna, quàm virtus! & quàm verum est, quod moriens [2] efflavit [3] non *in re, sed in verbo tantùm esse*
12 *virtutem!* Victoriam illi prœlio error dedit. Cassius [4] inclinato cornu suorum, cùm captis Cæsaris castris, rapido impetu [5] recipientes se equites videret, fugere arbi-
13 tratus, evadit in [6] tumulum: indè pulvere & strepitu, etiam nocte vicinâ, [7] eximentibus gestæ rei sensum, cùm [8] speculator quoque [9] in id missus, [10] tardius renunciaret;
11 transactum de partibus ratus, [12] uni de proximis [13] au-
14 ferendum præbuit caput. Brutus [14] cum in Cassio etiam suum animum perdidisset, ne quid ex [15] constituti fide
16 resignaret (ita enim [17] par supersesse bello [18] conve-

1 Sc. in externis. Nam in hominum fortuna nihil potest, cùm is semel habitum virtutis adeptus est. Hinc plerique veterum virtutem in cœlum efferunt, & fortuna semper superiorem faciunt cum eâdem congressam. Quam magnificè Sal. in procem. Jug. *Animus, ubi ad gloriam virtutis viâ grassatur, abundè pollens, potensque & clarus est, neque fortunâ eget; quippe quæ probitatem, industriam, aliasque bonas artes neque dare, neque eripere cuiquam potest.* 2 Effudit. Videtur singulariter usus hoc verbo auctor, quasi voluisset dicere, simul cum animâ vocem hanc expirasse Brutum. 3 Ad hanc vocem alludere videtur Horat. Epist. 1, 6, 31. *Virtutem verba putas, ut lucum ligna?* Hanc ipsam Bruti vocem Alciatus Embl. 119. ita expressit: *Jamjam stricturus moribunda in pectora ferrum, Audaci hos Brutus protulit ore sonos: Infelix virtus, & solis provida verbis, Fortunam in rebus cur sequeris domizam?* Sed hujus tandem utilitatis est virtus gentilium, ut, cùm ad rem ventum est, nihil adferat cultoribus suis. Sed alia virtus in regneratis, & de quâ istud Flori dici non potest. 4 *In fugam nutans*, ut loquitur suprà 3, 10, 4. *Inclinata acies* sæpe apud Historicos. 5 Iter facientes non fugiendi gratia. 6 Editum collem. 7 Impedientibus, adimentibus. 8 Explorator, scilicet Titinius centurio. Val. Max. 9, 9, 2. 9 Propter id. 10 Quam Cassius sperabat. Nam Bruti equites, ut victores, Titinium mutuis amplexibus excipiebant, iisque officiis ejus reditum remorabantur. 11 Actum. 12 Pindaro scilicet quem ad hujusmodi necessitatem jam à Crassianâ clade secum ducebat. 13 Demendum, abscindendum. 14 Ita solet in partibus. Alterum alterius infortunium dejicit. 15 Pacti, Brutus & Cassius eo animo in hostem se ituros mutua fide antè prœlium receperant, ut aut vincerent, aut à victore sibi deinceps non metuerent: intelligebant enim, quod mortem sibi, nisi Deus ipsorum res secundaret, consciscerent. 16 Rescinderet Cic. pro Archiâ. 17 Id est, pariter. Ne videlicet altero defuncto, alter vita vellet frui. Vide Plutarch. in Bruto cap. 58. Al. *præsupersesse*, id est, potiùs quàm supersesse. Al. *uti neuter supersesset bello*, id est, uti neuter post prœlium, si fortuna contra voluntatem suam id dispensaret, viveret, sed uterque morte spontanea in libertatem sese assereret. 18 Complacuerat ex pacto.

nerat)

Digitized by Google

nerat) ipſe quoque uni comitum ſuorum [1] confodiendum præbuit latus. Quis ſapientiſſimos viros non miretur [2] ad ultimum non ſuis manibus uſos? niſi ſi hoc quoque ex perſuaſione defuit, ne violarent manus, ſed in [3] abolitione ſanctiſſimarum [4] piiſſimarumque animarum, judicio ſuo, [5] ſcelere alieno, uterentur.

1 Sic paulò antè, *auferendum prabuit caput.* 2 Poſtremò. Niſi fortè *ultimum* pro morte ponatur hoc loco, ſicut *Extrema*, ſuprà 4, 2, 83. 3 Morte quæſitâ. 4 Al. *pientiſſimarumque.* 5 Sic Darius apud Curt. 5, 12, 11. *Forſitan mireris, quòd vitam non finiam: alieno ſcelere, quam meo, mori malo.* Sed quomodo *ſcelere alieno* dicat, non capio: nam qui jubet & ſuadet, æquè eſt noxius, quàm qui facit.

CAP. VIII.

[1] *Bellum cum Sexto Pompejo.*

1 2 SUblatis percuſſoribus Cæſaris, ſupererat Pompeij 3 domus. 4 Alter juvenum in Hiſpaniâ 5 occiderat, 6 alter fugâ evaſerat: contractiſque infelicis belli reliquiis, cùm inſuper 7 ergaſtula armaſſet, Siciliam, Sar-
2 diniamque 8 habebat. Jam & claſſe medium mare 9 inſederat, ô quam diverſus à patre! Ille Cilicas exſtinxe-
3 rat: hic ſecum 10 piratas navales agitabat. Tanta mole belli penitùs in Siculo freto 11 juvenis oppreſſus eſt: magnique famam ducis ad 12 inferos ſecum tuliſſet, ſi nihil tentaſſet ulterius: niſi quod magnæ indolis

1 Quæ hoc capite continentur, ſcribunt Liv. 127, 128, 129. Suet. Aug. cap. 16. Eutrop. 7, 1. Plin. 7, 45. Horat. Epod. Od. 9. 2 Sextus Pompejus cum Siciliam & Sardiniam claſſibus teneret, latrociniis commercia impediebat, ita ut Romæ fame laboraretur. Cæſar inſana tempeſtate & aliquot naufragiis vexatus, tandem Pompejum proſligat, qui cum Aſiam ad rebellandum ſollicitaret, à Titio, Antonii legato, Mileti interfectus eſt. 3 Familia. Sic ſuprà 3, 8, 1. 4 Cn. Pompejus: de quo ſuprà 4, 2, 84. 5 Ceciderat, perierat. 6 Sextus Pompejus. 7 Servos ergaſtularios in arma concitaſſet. 8 Poſſidebat, retinebat. Sic ſuprà 4, 2, 12. 9 Occupaverat. 10 *Navales piratas* vocat claſſem Sexti Pompeji. Cum enim vulgo piratæ myopatronibus tantùm mare infeſtent: illi navibus & triremibus, ut in magna claſſe, infeſtum reddebant. 11 Pro homine quadraginta annorum. 12 Sepulchrum. Phraſis Sacræ quoque ſcripturæ uſitata, ut Gen. cap. 42. in fin.

1 ſignum

4 [1] ſignum eſt, ſperare ſemper. Perditis enim rebus profugit; Aſiamque velis petit, venturus ibi in manus hoſtium & catenas, & quod miſerrimum eſt fortibus viris,
5 ad hoſtium arbitrium ſub percuſſore moriturus. [2] Non alia poſt Xerxem miſerabilior fuga: quippe modò trecentarum quinquaginta navium dominus, cum ſex ſeptem-ve fugiebat, [3] extincto Prætoriæ navis lumine, [4] annulis in mare abjectis, [5] pavens atque reſpectans, & tamen non timens ne periret.

1 Argumentum. 2 Niſi fortè Pompeji patris. 3 Juſſit autem Pompejus lumen ſuæ navis exſtingui, ut ne noctu, quò fugeret, id indicaret. 4 Compedibus remigum quos abjici juſſit Pompejus, vel majoris ſtrepitus vitandi causâ, vel ut, libertate remigibus datâ, fideliores ſibi redderet. Nam *annulos* vocari compedes, docet illud Mart. Ep. 3, 29. *Has cum gemina compede dedicat catenas, Saturne, tibi Zoilus* annulos *priores*. & Ep. 11, 38. Annulus *iſte tuis fuerat modò cruribus aptus*. Hinc Apul. ſervis *pedes annulatos* tribuit. 5 Videmus hic egregiam luctam in animis non benè compoſitis. Metuunt & ſperant. Pompejus pavebat & reſpectabat, qui ſeſe perſequebantur; & tamen non metuebat, id eſt, adhùc benè ſperabat, & in Antonio ſalutem ſuam collocabat.

CAP. IX.

1 *Bellum Parthicum duce Ventidio.*

1 [2] QUamvis in Caſſio & Bruto [3] partes ſuſtuliſſet; in Pompejo totum partium nomen [4] aboleſſet; nondum tamen ad pacis ſtabilitatem [5] profecerat Cæſar, cum [6] ſcopulus, & [7] nodus, & [8] mora publicæ

1 Hoc bellum ſcribunt Liv. l. 127. & 128. Plut. Ant. cap. 44. Juſt. 42, 4, 7. Eutrop. 7, 2. Val. Max. 6, 9, 9. 2 Ventidius Baſſus, Antonii legatus, Labienum Parthorum Imperatorem, Pacorumque, Regis Orodis filium, occidit, & Syriam recipit: atque eâ victoriâ Craſſi & Saxæ cladem à Parthis acceptam iiſdem reponit. 3 Factiones. 4 Pro *abolevijſet*, id eſt, deleviſſet, extinxiſſet. 5 Aſſecutus erat quod conferret ad ſtabilem pacem. 6 Præcipitium, naufragium, ad quod ſecuritas publica alliſa naufragium faceret, ſicut navigia in veris ſcopulis. Ita Piſonem & Gabinium *voragines, & ſcopulos Reip.* vocat Cic. in Piſon. cap. 18. ſicut & *ſcopulum patrimonii*, & *Voraginem bonorum*, de Orat. 3, 40. *ſcopulum libidinis*, de Orat. 2, 37. Sic Petronius Pompejum vocat *piratarum ſcopulum*: & apud Val. Max. 3, 7, 9. *L. Caſſii tribunal ſcopulus reorum dicebatur*. Vide quæ nos ibid. 7 Qui publicam ſecuritatem impediret, quaſi nodus obnexus. 8 Per quem ſtabat, ne publica ſecuritas reduceretur.

ſecu-

2 ſecuritatis ſupereſſet Antonius. [1] Nec ille defuit vitiis, quin periret: imò omnia expertus [2] ambitu & luxuriâ, [3] primùm hoſtes, deindè cives, tandem etiam terrore
3 ſui ſæculum liberavit. Parthi clade Craſſianâ altiùs animos erexerant, [4] civileſque populi Romani diſcordias læti acceperant: itaque ut prima [5] aſſulſit occaſio, non dubitaverunt & erumpere, ultrò quidem invitante [6] La-
4 bieno: qui miſſus à Caſſio Brutoque ([7] quis furor ſceleruum!) ſollicitaverat hoſtes in auxilium: & illi, [8] Pacoro duce, regio juvene, [9] diſſipant Antoniana præſidia.
5 [10] Saxa [11] legatus, ne veniret in poteſtatem, à gladio ſuo impetravit. Denique ablatâ Syriâ, [12] emanabat latius malum, [13] hoſtibus [14] ſub auxilii ſpecie [15] ſibi vincentibus; niſi [16] Ventidius, & hic [17] legatus Antonii, incredibili felicitate & Labieni copias, ipſumque Pacorum, & omnem Parthicum equitatum, toto inter [18] Oron-
6 tem & [19] Euphratem [20] ſinu latè [21] cecidiſſet. Viginti amplius millium fuit: nec ſinè conſilio [22] ducis: qui ſimulato metu adeò paſſus eſt [23] hoſtem [24] caſtris ſuccedere, [25] donec abſumto jactus ſpatio, adimeret uſum

1 Hoc eſt, adfuit, juvit vitia, ideſt, ipſe facilem de ſe præbuit victoriam, cum vitiis eſſet immerſus & coopertus. 2 Ambitione. 3 Talis modus loquendi eſt apud Tac. 1, 47, 4. *primò prudentes, deinde vulgum, diutiſſimè provincias fefellit.* 4 Hor. Ep. 7. *Sed ut, ſecundùm vota Parthorum, ſuâ Urbs hæc perîret dexterâ.* 5 Oſtenſa, oblata eſt. 6 Labieni ſuperioris filio. Lege Ep. Liv. 127. & Vel. 2, 78, 2. 7 Sic ſuprà 1, 7, 7. (*quæ ſuperbia!*) 2, 6, 30. (*ô pudor!*) infrà 4, 12, 24. (*ô ſecuritas!*) & alias paſſim. 8 Regis Orodis filio. 9 Removent, diſpellunt, expellunt 10 *Decidius Saxa* vocatur Ep. Liv. 127. 11 Vicarius Antonii. 12 Pro *emanaſſet*. Sic alibi *erat*, pro *eſſet*, *redierat*, pro *rediiſſet*. 13 Parthis. 14 Sic & ſuprà habuimus 3, 21, 22. *ſub ſpecie partium ſe vindicant Samnitum duces.* 15 In ſuam utilitatem. Ita *bellum Samniticum populus Romanus* ſibi *geſſit.* 16 Lege Val. Max. 6, 9, 9. Hic primus Romanorum Parthos ſuperavit. Victoriæ hujus Parthicæ meminit Juſtin. 42, 4, 6. Horat. Od. 3, 6. Plutarch. Ant. cap. 44. 17 Saxa vicarius Antonii. 18 Syriæ fluvium, juxtà Seleuciam in Syriacum mare defluentem. 19 Armeniæ majoris fluvium. 20 Terra fluminibus iſtis intercepta. 21 Profligaſſet, occidiſſet. 22 Ventidii baſſi. 23 Parthos. 24 Propè accedere ad caſtra: eâdem ſignificatione eſt, quâ verbum *Subire.* 25 Romani duces ideò nonnunquam hoſtes propiùs accedere paſſi ſunt, ut, intra jactum telorum conſiſtentes, ſagittarii minùs interrent periculi, & ut ad gladios, quibus præcipuè pollebant Romani, eò citiùs deveniretur.

ſagitta-

7 ſagittarum. [1] Rex fortiſſimè dimiçans [2] cecidit. Mox [3] circumlato ejus per urbes, quæ deſciverant, capite, Syria ſinè bello recepta. Sic Craſſianam cladem Pacori cæde [4] penſavimus.

1 Pacorus. 2 Interfectus, cæſus eſt. Virg. Cadit *& Ripheus juſtiſſimus unus, Qui fuit in Teucris, & ſervantiſſimus æqui.* 3 Ita ſcribit Cic. Phil. 2. Trebonii cervicibus abſciſſum caput, juſſu Dolabellæ, geſtatum fuiſſe in pilo. Variis de cauſis amputata virorum inſignium capita circumlata, aut alò miſſa fuêre: præſertim autem in fidem victoriæ, & terrorem hoſtium. Exempla ſunt quamplurima, ut in capite M. Antonii oratoris, quod in Marii menſis expoſitum: ſuprà 3, 21, 14. Aſdrubalis, quod ante Annibalis caſtra projectum. Liv. 27. Decimi Bruti, quod ad Antonium miſſum eſt. Cæſetii Rufi, quod ad Antonium triumvirum delatum eſt. Val. Max. 9, 5, 4. Ciceronis, quod in Roſtris expoſitum, ſuprà 4, 6, 5. Craſſi, quod ad Regem Parthorum reportatum, ſuprà 3, 11, 11. Cyri quod *in utrem humano ſanguine repletum conjici regina* Tamyris *juſſit.* Juſtin. 1, 8, 13. Euryali, quod *arrectis in haſtis præfixêre Rutuli.* Virg. Æn. 9, 465. Goliathi, quod *David attulit in Jeruſalem.* 1. Reg. 17, 54. C. Gracchi, quod ad coſ. relatum *percuſſoribus auro penſatum eſt*, ſuprà 3, 15, 6. Inducionari, quod ad Cæſarem relatum, ſuprà 3, 10, 8. Nicanoris, quod Judæi *ſuſpenderunt contra Jeruſalem.* Maccab. 2, 7, 47. Niſi, quod *arrectis in haſtis præfixerunt* Rutuli. Virg. Æn. 9, 465. Octavii Coſ. quod *pro Roſtris expoſitum*, ſuprà 3, 21, 14. Olofernis, quod Judæi *ſuſpenderunt ſuper muros* Bethuliæ. Judith. 14, 7. Lege & Virg. Æn. 12, 511. Similis mos Scytharum apud Herod. 4, 54. De Thracibus eſt ſuprà 3, 4, 2. 4 Compenſavimus. Eòque magis, ſi, quod ſcribit Eutrop. lib. 7. interfectus eſt, *eo ipſo die, quo olim Orodes, Perſarum Rex, per ducem Surenam Craſſum occiderat.*

CAP. X.

1 *Bellum Parthicum cum Antonio.*

1 2 EXpertis invicem Parthis atque Romanis, cùm Craſſus atque Pacorus utrimque virium mutuarum [3] do-

1 Auctores hiſtoriæ ſunt Ep. Liv. 130. Plutarch. Ant. cap. 49. Juſtin. 42, 5, 3. Eutrop. 7, 1. M. Antonius nulla juſtâ de cauſa in Parthos arma movet: mens ejus amoribus Cleopatræ adhùc implicita, omnia boni imperatoris conſilia corrumpit; quippe tempeſtiviùs ad eam reditum accelerans. Quare exercitu ejus, dùm ſe turpiter recipere coactus eſt, variâ clade ad tertiam uſque partem attrito, Parthorumque inſultu laceratio, tandem fœda fuga per Armeniam in Syriam revertitur, & ſe Cleopatræ amplexibus recreat. 2 Benè Cæſar monuit Pompejum de bel. civ. 3, 10. hoc unum eſſe tempus de pace agendi, dùm ſibi uterque confideret, & pares ambo viderentur. 3 Signa, argumenta dediſſent, id eſt, docuiſſent.

Digitized by Google

cumenta feciſſent, [1] pari rurſus reverentiâ [2] integrata amicitia: & quidem ab ipſo fœdus Antonio cum [3] Rege
2 percuſſum. Sed immenſa vanitas hominis, dùm [4] titulorum cupidine, [5] Araxem & Euphratem ſub imaginibus ſuis [6] legi concupiſcit; neque cauſa, nec conſilio, ac ne [7] imaginariâ quidem belli indictione, quaſi hoc quoque [8] ex arte ducis eſſet, obrepere; relicta repente
3 Syria in Parthos [9] impetum facit. Gens præter armorum fiduciam callida, ſimulat trepidationem, & in campos [10] fugam: hic ſtatim quaſi victor ſequebatur: cùm ſubitò nec magna hoſtium manus, ex improviſo, & jam infeſſos via, ſub veſpere, velut [11] nimbus erupit, &
4 miſſis undique ſagittis duas legiones operuerunt. Nihil acciderat [12] in comparationem cladis, quæ in poſterum diem imminebat, niſi interveniſſet Deûm miſeratio. [13] Unus ex clade Craſſiana Parthico habitu [14] caſtris adequitat, & [15] ſalute Latinè data, cum fidem ipſo feciſſet, quid immineret, edocuit: *jam affuturum cum omnibus copiis* [16] *Regem:* [17] *irent retrò, peterentque montes:*

1 Hoc eſt, ut neuter populus in ſuperiori conditione cauſaque poneretur. Poſteà tamen ſub Auguſto videntur Parthi hoc genus fœderis admiſiſſe, ut ipſi in eo inferiori conditione eſſent. Lege Tac. An. 12, 10, 4. 2 Renovatum fœdus. 3 Phraate, Parthorum rege. 4 Honorum, geſtorum, laudis ac dignitatis. Tituli adſcribebantur ſtatuis. Unde Ovid. Ep. 2, 68. *Inter & Ægidas mediâ ſtatuaris in urbe: Magnificus titulis ſtet pater ante ſuis.* Valer. Max. 8, 5, 6. de Servilio: *Majorum ſuorum titulis Iſaurici cognomen adjecit.* 5 Armeniæ majoris fluvium, cum Euphrate orientem. 6 Al. *ſibi.* 7 Qualicunque, non ſolemni belli denunciatione. 8 Al. *arte ducis præriperet.* 9 Impetum dat, irruit. 10 Proprio quodam gentis hujus inſtituto: de quâ Juſt. 41, 2, 7. *Sæpè etiam fugam ſimulant, ut incautiores adverſùm vulnera inſequentes habeant.* Hinc Virg. Georg. 3, 30. dixit: *Fidentemque fugâ Parthum, verſiſque ſagittis.* Atque de hac fugæ ſimulatione capiendum illud Propertii, 1, 8, 54. *Parthorum aſſutæ tela remiſſa fugæ.* Quibus adde Lucan. 8, 376. Plut. Craſſo. c. 46. Hac in re artifices Numidæ, de quorum rege Maſiniſſa vide Liv. l. 29. c. 34. Hoc aſſutæ fugæ genus tribuit etiam Theſſalis Curt. 3, 11, 26. Hoc ſtratagemate toti etiam exercitus circumventi. Vide Tac. An. 2, 11, 3. 11 Denſus imber. *Nimbus* eſt ventus cum pluvia: eſt etiam denſitas nubis in tempeſtate obſcurâ. 12 Si comparetur cladi. 13 Mardus, captivus Craſſianus, hujus conſilii auctor dicitur. 14 Antonii. 15 Cùm ſalutaſſet Antonium verbis Latinis. 16 Phraatem, Parthorum regem. 17 Ne multitudine circumfunderentur. Conſtat enim, patentes campos vel imprimis vitandos iis, qui multitudinem hoſtis timent. Quâ ratione commotus Parmenio apud Curt. 3, 7, 9. Alexandro regi ſuo deliberanti de loco, ubi cum Darii immenſis copiis prœlio congrederetur, inſtillat, *planitiem ipſis campoſque eſſe vitandos: ubi circumiri, ubi anciputi acie opprimi poſſent.*

ſic

sic quoque hostem fortasse non [1] *defore*: atqui ita secuta est
6 minor [2] vis hostium quàm imminebat. Adfuit tamen; deletæque reliquæ copiæ forent, nisi urgentibus telis in modum grandinis, [3] quadam sorte, quasi [4] docti, [5] procubuissent in genua [6] milites, & elatis super capita
7 scutis, cæsorum speciem præbuissent. Tùm Parthus arcus [7] inhibuit: deinde Romani cùm se rursus extulissent, adeò res miraculo fuit, ut unus ex barbaris [8] miserit vocem; *Ite & benè valete, Romani: meritò vos* [9] *victores* [10] *fama gentium* [10] *loquitur, qui Parthorum telæ*
8 [11] *fugistis.* Non minor ex aqua posteà, quàm ab [12] hostibus, clades: infesta primum siti regio: tum quibusdam [13] Salmacidis fluvius infestior: [14] novissimèque jam ab invalidis & avidè hauriebatur: cum noxiæ etiam
9 dulces fuêre. Mox & [15] ardores per Armeniam; & nives per Cappadociam; & utriusque cœli subita mutatio
10 pro pestilentia fuit. Sic vix tertia parte de sedecim [16] legionibus reliqua; cum [17] argentum ejus passim dolabris concideretur; & subindè inter moras mortem [18] à gladiatore suo efflagitasset [19] egregius Imperator: tan-

1 Defuturum. 2 Multitudo. 3 Quodam oraculo, responso Dei. Horat. *Dictæ per carmina sortes.* 4 Moniti, jussi. Sic *docta consilia, docta dicta, docti doli*, frequenter apud Comicos. 5 Testudine facta, *elatis* (ut sequitur) *super capita scutis*, quibus se suosque ab hostium sagittis protexerunt. 6 Romani. 7 Remisit. Romani enim ita testudine protecti subsidentes, opinionem hosti præbuerant, veluti confecti vulneribus concidissent, qui, positis arcubus, contos sumpserunt, atque accurrerunt. Romani magno multoque armorum fragore se mutuò cohortati, prosiluerunt, atque primos pilis exceptos confodiunt, & universos in fugam conjiciunt. 8 Emiserit vocem, id est, elocutus sit. 9 Al. *victores gentium fama loquitur.* 10 Fama fert, fama est. 11 Al. *fudistis.* 12 Parthis. 13 Al. *Salinacidas*, voce ex *sale* & *acido* composita. Idem Alexandri militibus evenit, qui fugientem Bessum ad amnem usque Oxum fuerant persecuti. Monuerat Romanos Mardus, ut ab aquis noxiis & ab herbâ, quæ in ripâ frequens crescebat, abstinerent: verùm illorum multi siti & fame pœnè enecati, cùm suadenti non auscultarent, insaniâ correpti fuerunt, quam brevi post mors excipiebat. 14 Ad extremum. 15 Æstus. 16 Antonii scilicet. 17 Hoc non solùm de Argento Antonii factum, sed quicquid auri, argenti, pretiosi fuit in toto ejus exercitu, id omne ab ipsis ejus militibus direptum est, & concisum; ipsique interfecti plerique qui haberent: ut Plutarch. Ant. cap. 64. narrat. 18 Rhamno. Multi rebus suis extremis, mortem à servis flagitarunt: ut Cassius & Brutus suprà 4, 7, 13, & 14. 19 Antonius.

dem

dem [1] perfugit in Syriam : ibi incredibili quadam mentis vecordiâ ferocior aliquantò factus est : quasi vicisset, qui evaserat.

CAP. XI.

[1] *Bellum cum Antonio & Cleopatrâ.*

[1] FUror Antonii, [2] quatenus per [3] ambitum non [4] interierat, luxu & libidine exstinctus est. Quippe post Parthos, cum exosus arma in otio ageret, captus amore [5] Cleopatræ, quasi benè gestis rebus, in regio se sinu refi-
[2] ciebat. Hæc mulier Ægyptia, [6] ab ebrio Imperatore pretium [7] libidinum [8] Romanum imperium petit. Et promisit
[3] Antonius : quasi [8] facilior esset Partho Romanus. Igitur dominationem [10] parare, nec tacitè : sed patriæ, nominis, togæ, fascium oblitus, totus in monstrum illud ut

1 Al. *profugit.* 1 Quæ hîc scribuntur, habentur à Liv 130. & tribus sequentibus. Plut. Ant. Suet. Aug. c. 17, & 18. Eutrop. 7, 1. Val. Max. 3, 8, 8. Vel. 2, 84. Antonius Cleopatræ amoribus dementatus, ad vilissimi mancipii obsequia se demittit, & in Regem barbarum degenerat. Amoris impotentia & opum licentia victus, Cleopatræ Romanum imperium promittit. Ea contumelia irritatus populus Romanus bellum Cleopatræ per Fecialem indicit. Antonius cum Cleopatra totum Orientem contra Cæsarem, Cæsar occidentem contra Antonium a mat. Pugnatur proelio navali ad Actium : fugiens Cleopatra, secum in fugam Antonium rapit. Cæsar victor post annum in Ægyptum profectus ; Antonium aliquot proeliis debellat : ille sibi manus infert, & Cleopatra sibi necem aspidis irritatæ morsu conscivit. 2 Quia, quoniam. 3 Ambitionem. 4 Al. *interierat.* Pendent hæc omnia ex dictis supra 4, 5, 1. 5 Ægypti Reginæ, sororis & uxoris Ptolomæi utrimi, mulieris impudicissimæ : & deinde ab Antonio juliæ uxoris loco habitæ. 6 Ebriositas illa creberrimè ei exprobrabatur à Cicerone, Pulcherrimè Sen. Ep. 83. *M. Antonium magnum virum & ingenii nobilis, quæ alia res perdidit, & in externos mores ac vitia non Romana traxit, quam ebrietas, nec minor vino Cleopatræ amor.* 7 Congressuum Venereorum. Sic Propert. 2, 16, 1. *Rumpat ut assiduis membra libidinibus.* 8 Propert. 3, 9. *Conjugis obscœni pretium Romana poposcit Mænia, & addictos in sua jura patres.* Ovid. Met. 15, 826. *Romanique ducis conjux Ægyptia tædæ Non benè fisa cadit : fractisque erit illaminata, Servitura suo Capitolia nostra Canopo.* Item Fast. 1, 709. Idem scribit Horat. Carm. 1, 37. Propert. 2, 1, & 4, 6. Juv. Sat. 2, 107. Virg. Æn. 8, 675. 9 Facilius posset vinci. 10 Pro *parabat.* Est hæc Enallage modorum apta narrationibus *inter vigiles* ; qualis illa apud Sal. Jug. 100. *Cos. omnia* providere, *apud omnes* adesse, laudare, increpare merentes, &c.

mente, ita [1] animo quoque, & [2] cultu [3] desciverat. Aureum in manu baculum; ad latus [4] acinaces; purpurea vestis ingentibus [5] obstricta gemmis; [6] diadema aderat, ut [7] Reginâ Rex ipse frueretur. Ad primam novorum motuum famam Cæsar à Brundisio trajecerat, [8] ut venienti bello occurreret: [9] positisque in Epiro castris, [10] Leucadem insulam, [11] montemque Leucaten, & [12] Ambracii [13] sinus [14] cornua, infesta classe [15] succinxerat. Nobis quadringentæ [16] ampliùs naves; ducentæ non minùs [17] hostium; sed numerum magnitudo pensabat. Quippe [18] à senis in novenos remorum

1 Al. *amictu*: ut sequentia volunt, *purpurea vestis ingentibus obstricta gemmis*: ad cultum referunt ista alia. *Aureum in manu baculum*, &c. Vult igitur eum mentem suam, quæ patriæ charitatem, mores, disciplinam pridem exuerat, etiam externis indiciis, amictu nempe cultuque testatum. 2 Habitu, vestitu, ornatu. Ægrè in Alexandro Persicas vestes tulerunt Macedones. 3 Mutatus erat, degenerarat. Vide supra 4, 3, 4. 4 Gladius Persicus. 5 Alligata, adstricta. 6 Corona regia. 7 Cleopatra. 8 Cogitabat illud Senecæ: *Oriens adhuc extinguenda mali vis: vehementius contra inveterata pugnandum est.* Cui vicinum est illud Persii 3, 63. *Helleborum frustrà, cùm jam cutis ægra tumebit, Poscentes videar: venienti occurrite morbo.* Et illud Cic. Philip. 8. *Omne malum nascens facilè opprimitur, inveteratum fit plerumque robustius.* Sapienter itaque Antipater apud Justin. 12, 1, 9. bellum Lacedæmoniorum *in ipso ortu oppressit.* Nam (ut ait Curt. 6, 3, 17.) *parva sæpè scintilla contempta, magnum excitavit incendium.* 9 Collocatis castris, id est, cùm castrametatus esset in Epiro, regione Græciæ, in quâ olim Pyrrhus regnavit. 10 Est *Leucas*, nomen declinatum ut *Pallas*, insula Epiri. Est ejusdem insulæ urbs *Leucas*, & *Leucas* quoque ejusdem loci promontorium. 11 Leucadis insulæ. 12 *Ambracia* urbs est Epiri, quæ sinui maximo, cui propinqua est, nomen dedit. 13 Recessus, ubi mare terris utrimque abscedentibus, quasi in gremium admittitur. 14 Extremitates! Sic mox, *Ægypti Cornua.* Ita *utrumque portus cornu.* Cæsar apud Cic. ad Atticum 9, 17. Ita *Cornu tribunalis.* Tac. 1, 75. *Cornua comitii.* Plin. 34, 6, 6. 15 Insederat & muniverat. 16 Al. *non minas.* 17 Antoniacarum navium. 18 Plutarch. Ant. cap. 83. auctor est, à trinis in denos. Stadius ex Plinio Flori locum considerat hoc pacto, cujus hæc sunt super hunc locum verba: Quinqueremis Caji (de quâ Plinius) remigum quadringentorum remis impellebatur. Utrumque ergo latus navis ducentos remiges habebat, quos si per quinque distribuemus (unde nomen est *quinqueremi*) quadraginta remiges singula sedilia occupabunt, & ea sedilia *ordines* remigum aut remorum dicuntur. Navibus itaque nomen non erat à *remorum*, quibus impellebantur, multitudine, sed ab *ordinum* numero, qui in alterutro latere sedilibus suis distinguebatur: sic *novenis remorum ordinibus* dicebantur instructæ naves, quarum tabulati latera in novem sedilia distributa erant, & singulis ordinibus remigum numerus ex Imperatoris jussu imponebatur, vel pro arte gubernatorum, vel scientiâ remigum, vel mole navium,

1 ordi-

[1] ordinibus, ad hoc [2] turribus, atque tabulatis allevatæ, caſtellorum & urbium ſpecie, non ſinè [3] gemitu maris, & labore ventorum ferebantur: quæ quidem [4] ipſa moles [6] exitio fuit. Cæſaris naves à triremibus in ſenos non ampliùs ordines [5] creverant. Itaque habiles in omnia, quæ uſus poſcebat, ad impetus & recurſus [6] flexuſque capiendos, illas graves, & ad omnia [7] præpeditas, ſingulas plures adortæ, [8] miſſilibus ſimul, tùm [9] roſtris, ad hoc [7] ignibus jactis, ad arbitrium diſſipavêre. Nec ulla re magis hoſtilium copiarum apparuit magnitudo, quàm poſt victoriam. Quippe immenſa claſſis, [10] naufragio belli facto, toto mari [11] ferebatur: Arabumque & Sabæorum, & mille aliarum gentium Aſiæ ſpolia; purpuram aurumque in [12] ripam aſſiduè [13] mota ventis maria [14] revomebant. [8] Prima [15] dux fugæ Regina, cum [16] aurea puppe, veloque purpureo, [17] ſe in [18] altum [19] dedit. Mox ſecutus

1 Sedilibus. 2 Machinis altioribus, ut in mari velut è muris pugnarent. *Turris* enim alioqui eſt machina altior, ex quibus in urbem jaciebantur tela: à *terrendis* hoſtibus dicta. Turribus etiam à prorâ & puppi fuiſſe Antonii naves inſtructas, ex Virg. Æn. 8. conſtat. 3 Statius Thebaid. 3, 595. *Quantus Tyrrheni* gemitus *ſalis?* 4 Vide ſuprà 2, 2, 34. Sic 4, 2, 49. Pompejo *nulla res magis exitio fuit, quàm ipſa exercitus magnitudo.* 5 Exſtructæ erant. 6 Curvationes, inflexiones faciendas ſeu peragendas. 7 Impeditas. Sic ſuprà 2, 8, 17. 8 Telis, quæ manu mittuntur. 9 Partibus navium exporrectis, & acuminatis, ex ære, ferrove in prorâ eminentibus. 10 Clade factâ. Sic *Naufragia ſua latiùs trahere*, ſuprà 1, 13, 19. Ita *Naufragæ partes*, id eſt, victæ, ſuprà 4, 2, 64. 11 Jactabatur, fluctuabat. Al. *ferebat Arabumque:* minùs recte: nam Florus vult, ſpolia iſta non claſſe, ſed illa jam diſſipata, incenſa, merſa, mari fuiſſe lata, idque ea fluctibus jactata velut evomuiſſe. Nam de claſſe non poſſet dici ferre eam ſpolia claſſicorum ſuorum; ſed ea ſunt *ſpolia*, quibus alios ſpoliavimus; ut hoc loco mare fecerat. Arabes autem & Sabæi erant in claſſe Antonianâ. Virg. Æn. 8, 706. *Omnis Arabs, omnes verterant tergà Sabæi.* 12 Littus: cum alioqui *ripæ* dicantur eſſe fluminum, *littora* maris. 13 Turbata. 14 Id eſt, ea hauſta reciprocabant, & ad littora rejiciebant. 15 Auctor fugæ Cleopatra: aut quia prima fugit, aut quia præcipua fuit. Ita Val. Max. 6, 1, 1. Dux *Romanæ pudicitiæ Lucretia.* Sic apud Cic. de Nat. Deor. 2, 41. *dux Nocturna.* Apud Liv. l. 2. *Cœlia* dux *agminis virginum.* Apud Juſt. *auctor urbis*, & *capra.* 16 Aureâ navi. Sic 2, 7, 7. Hoc vult Virg. Æn. 8, 677. his verbis: *auroque effulgere fluctus.* 17 Salmaſius illud *ſe* delendum putat. 18 Profundum maris. *Altum* enim *mare* eſt medium, cùm longius à terrâ recedimus: ibi enim aquæ conglobantur, & in convexi ſpeciem tumeſcunt. Virg. Æn. 1, 7. *Multùm ille & terris jactatus, & alto.* Vide Plin. 2, 65. 19 Vela dedit.

9 Antonius: ſed [1] inſtare veſtigiis Cæſar. Itaque nec [2] præparata in Oceanum fuga: nec munita præſidiis [3] utraque Ægypti cornua, [4] Parætonium atque [5] Peluſium, profuere: propè manu tenebantur. Prior ferrum [6] occupavit Antonius. Regina ad pedes Cæſaris [7] provoluta [8] tentavit oculos ducis fruſtrà. Nam [9] pulchritudo in-
10 fra pudicitiam principis fuit. Nec illa de vitâ, quæ offerebatur, ſed de parte regni [10] laborabat. Quod ubi deſperavit à principe, ſervarique ſe [11] triumpho [12] vidit, [13] incautiorem nacta cuſtodiam, in [14] Mauſoleum ſe
11 (ſepulchra Regum ſic vocant) recipit: ibi maximos, [15] ut ſolebat, induta cultus, [16] in differto odoribus ſolio, juxta

1 Immineabat veſtigiis, id eſt perſequebatur Antonium & Cleopatram victos in Ægyptum fugientes. 2 Debent autem hæc Nominativo caſu intelligi, referrique ad ſequens verbum *profuêre*: loquitur enim de machinatione Cleopatræ, quam exponit Plut. Ant. c. 89. 3 Utræque Ægypti extremitates, quas *Claſtra Ægypti* vocant Tac. H. 2, 82, 7. & Suet. Veſp. 7, 1. Vide paulò ſuperiùs. 4 Portus Ægypti. 5 Urbs Ægypti. 6 Prævenit, præcepit gladium, antequam ab hoſtibus inferretur. Vide ſuprà 4, 2, 53. 7 Dejecta. 8 Experta eſt utrùm & Cæſarem in amorem ſui pellicere poſſet, ut alios: *tentavit* igitur *oculos*, quod ſc. *ſint in amore duces*. Hinc illud Alexandri apud Plut. in vita ejus c. 36. *Magni dolores oculorum Perfides*. 9 Forma Cleopatræ minor caſtitate Auguſti fuit. Suprà 1, 3, 5. Intra gloriam *facinus Horatii*, id eſt, minus gloriâ; ubi vide notam. Hanc pudicitiæ palmam tetulit Alexander Magnus apud Curt. 2, 12, 15. ubi vide Freinshemium. Poſt hunc Scipio apud Val. Max. 4, 3, 1. 10 Anxia, ſollicita erat: quemadmodum dicimus, *De filii tui eruditione quòd* labores, *nihil eſt*. Sic, *Non laboro de hac re*, id eſt, non curo, neque anxius ſum. 11 Ad triumphum, id eſt, ut in triumphum duceretur. 12 Rectè *vidit*; Cæſar enim omnibus modis id contendebat: eâque re ſollicitè cuſtodiri juſſerat, ne ſibi manus inferret: quin etiam cùm illa cuſtodes fefellitſet, *Pſyllos* (populos Libyæ, quorum corpori ingenitum fuit virus exitiale ſerpentibus) *admovit, qui venenum ac virus exſugerent*. Suet. Aug. 17, 10. 13 Imprudentiores adepta cuſtodes. 14 *Mauſoleum* Mauſoli, regis Cariæ, ſepulcrum ab Artemiſia uxore exſtructum, tanta operis magnificentia, ut inter ſeptem orbis miracula fuerit numeratum. Ab operis hujus ſimilitudine ſepulchra omnia ſumptuoſiora, *Mauſolea* ſunt appellata. 15 Hæc verbas ſuppoſititia cenſet Freinshemius, ejiciendaque putat, eò quod Florus morem potiùs morituorum, quam Cleopatræ, exprimere voluerit. Antiquitùs enim ſolatium quoddam mortis habebatur, in pretioſiſſimis veſtibus mori, & ita quaſi ad tumulum componi: quem morem etiam Chriſtus Servator noſter non damnaſſe videtur: unctus enim à muliere, diſcipulis indignantibus, inquit, *prævenit ungere corpus meum in ſepulturam*. Adde ſupra 1, 13, 10. 16 Referto, repleto odoramentis loculo, ubi conduntur mortui. More exterorum ſive Orientalium Regum: de quo Freinshem. ad Curt. 10, 10, 13. Tac. 16, 6, 3. de Poppæâ Neronis: *Corpus non igni abolitum, ut Romanus mos: ſed Regum externorum conſuetudine differtum odoribus conditur*. Sic Alexandro mortuo, Ægyptii Chaldæique *purgavêre corpus, repletumque eſt odoribus aureum ſolium, & capiti adjecta fortunæ ejus inſignia*.

ſuum

ſuum ſe [1] collocavit Antonium : [2] admotiſque ad venas ſerpentibus, ſic [3] morte, quaſi ſomno, ſoluta.

1 De induſtria utitur funebri hoc verbo. 2 Ad venas brachii. Propert. 3, 9. *Brachia ſpectavi ſacris admorſa colubris. Et trahere occultum membra ſoporis iter.* Idem ſcribit Plut. Ant. quod fuerit hæc via mortis compendioſior. Arteriæ namque brachii ſtatim ducunt ad cor. 3 In mortem, quaſi in ſomnum, ſoluta, mortua. Ovid. Am. 2. El. 10. *Solvi* pro morì abſolutè dixit.

CAP. XII.

[1] *Bella adverſus gentes exteras.*

1 [2] HIc finis [3] armorum civilium : reliqua adverſus exteras gentes : quæ [4] diſtricto circa mala ſua im-
2 perio, diverſis orbis [5] oris emicabant. [6] Nova quippe pax : nec dùm aſſuetæ frenis ſervitutis tumidæ gentium inflatæque cervices, ab impoſito [7] nuper [8] ju-
3 go [9] reſiliebant. Ad Septentrionem converſa fermè [10] plaga ferocius agebat ; Norici, Illyrii, Pannonii, Dalmatæ, Myſi, Thraces & Daci, Sar-
4 matæ atque Germani. [11] Noricis animos dabant

1 Quæ hoc ultimo capite ſcribit Florus, habentur compendiosè à Suet. Aug. 20, & 21. Eutrop. 7, 2. & ſeqq. Quas gentes Auguſtus devicit, enumerat Virg. in fine octavæ Æneidos. Item Ovid. Met. 15, 129. Lege quæ ſcribit 2. Triſt. Horat. Carm. 4, 14, & 15. Lege Sextum Ruffum. Cæſar Octavianus gentem, quæ cis, intra, ultra Alpes in Septentrionem & ortum, itidem eam, quæ Danubii fontes, & utramque ejus ripam uſque ad oſtia ejus incolit, edomat, &c. Secutus deindè totius orbis felicitatem & amplitudinem Auguſti bellis civilibus poſt viceſimum annum finitis, pacatiſque gentibus omnibus, ipſe Janum Geminum poſt Numam regem tertium clauſit. 2 Ut Auguſtum totius orbis victorem demonſtraret, per partes colligit, quatuor terræ tractus victoria ejus edomitos recenſens. 3 Bellorum. 4 Diſtracto, diſtento. Vide ſupra 3, 5, 4. 5 Regionibus. 6 *Crudum adhùc ſervitium* appellat. Tac. 1, 8, 11. Vide ſupra 2, 17, 8. Et hùc pertinent verba Agrippæ apud Dionem : *Difficile eſt futurum, plebi noſtræ libertatem, in quâ tot annos vixit, adimere : arduum ſocios ſubditoſque partim antiquitus populari imperio rectos, partim à nobis ipſis libertate donatos, nunc in ſervitutem redigere.* Conſimilis eſt huic Alexandri ſententia apud Curt. 6, 3, 6. 7 Al. quam multis annis. Ita Plin. 35, 50. *fuit &* nuper, id eſt, ante annos plus minùs decem. Nam de Neronis temporibus loquitur, cùm ipſe ſub Veſpaſianis ſcriberet. 8 Servitute. Sic ſupra 2, 17, 8. 9 Retrocedebant. 10 Vultus. Ita ſuprà 4, 2, 72. 11 Cogitandum hiſce fuit, *nihil tam altè naturam conſtituiſſe quò virtus non poſſet emitti :* ſicut Alexander ait apud Curt. 7, 11, 10.

Alpes atque nives, quò bellum non poſſet aſcendere: ſed omnes illius [1] cardinis populos, Brennos, Senones atque Vindelicos, per [2] privignum ſuum Claudium Druſum [3] perpacavit. Quæ fuerit [4] callidarum gentium feritas, facilè vel mulieres oſtendêre; quæ deficientibus telis, infantes ipſos [5] afflictos humo in ora militum ad-
6 verſa [6] miſerunt. Illyrii quoque ſub Alpibus [7] agunt, imaſque valles earum, ut quædam quaſi [8] clauſtra, cuſtodiunt, [9] abruptis torrentibus impliciti: [10] in hos expe-
7 ditionem ipſe ſumpſit; fieique pontes imperavit. Hic ſe & aquis & hoſte turbantibus, cunctanti ad aſcenſum militi ſcutum [11] de manu [12] rapuit: & in via [13] primus, tunc agmine ſecuto, [14] cum Illyricus multitudine pontem ſuccidiſſet, ſaucius manibus ac cruribus, [15] ſpecioſior ſanguine, & ipſo periculo auguſtior, terga hoſtium percecidit. Pannonii duobus ſaltibus, ac tribus fluviis, Dravo, Savo, Hiſtroque vallabantur: populati proximos, intra ripas ſe recipiebant: in hos domandos [16] Vibium miſit: cæſi
9 ſunt in [17] utriſque fluminibus. Arma victorum non [18] ex more belli cremata: ſed capta ſunt, & in [19] profluentes

1 Juſtinus *plagam cœli* vocat 42, 3, 2. Expeditionis hujus meminerunt Vel. 2, 95. Horat. Carm. 4, 4, & 14. 2 *Privignus* eſt filius mariti ex alia conjuge, vel uxoris ex alio marito. *Privignus dictus*, inquit Feſtus, *quod prius, quàm mater ſecundo nuberet, eſt genitus. Pri enim veteres pro præ dixerunt.* 3 Planè tranquillos & pacatos reddidit. Plin. *Quos uſque ad mare ſuperum* perpacavit. 4 Vocem illam *callidarum* ſuſpectam habet Salmaſius, eò quòd nihil minùs conveniat barbaris & feris gentibus, quam callidita: & pretereà cùm nihil ſequatur, aut callidè aut doloſè ab illis factum; ſed meræ feritatis & barbariæ facinus. Ideòque alii legunt *Alpinorum.* 5 Illiſos terræ. 6 Conjecerunt, ingeſſerunt. 7 Degunt habitant. 8 Anguſtias, per quas in regionem iter eſt. 9 Præcipitibus rivis circumdati, cincti. Vide ſuprà 2, 3, 4. 10 Contra Illyrios apparatum belli Cæſar ſuſcepit. Nota obiter *ſumere* & *mandare expeditionem* eſſe oppoſita: nam *mandare expeditionem*, eſt committere ducibus; *ſumere*, per ſe id agere, & ipſum proficiſci. Vide infra, 48. 11 Ex. 12 Eripuit. 13 Debet enim bonus dux partem laborum, in ſe primum recipere. 14 Al. *cùm lubricus pons multitudine ſuccidiſſet*; non à *cædo*, ſed à *cado*. 15 Maximè lætantur vulneribus ſuis, tanquam fortitudinis inſignibus, magni duces. Lege Sen. de Provid. cap. 4. 16 Freinshemius *Tiberium* legit. 17 Pro *utroque flumine.* Ita Liv. 23, 21, 4. *Reſponſum* utriſque, *non eſſe undè mitterentur.* 18 Juxta conſuetudinem. 19 Fluvios præterlabentes conjecta.

data·

data : ut cæteris, qui reſiſtebant, victoria ſic nuncia-
10 retur. Dalmatæ pleramque [1] ſub ſilvis agunt : indè in
11 latrocinia promptiſſimi. Hos jam quidem [2] Marcius in-
cenſa urbe Delminio quaſi [3] detruncaverat : poſteà
12 [4] Aſinius Pollio gregibus, armis, agris multaverat ;
(hic [5] ſecundus orator) ſed Auguſtus perdomandos Vibio
mandat : qui [6] efferum genus fodere terras coëgit, au-
rumque venis repurgare : quod alioquin gens omnium
cupidiſſima, ſtudioſa diligentia [7] acquirit ; [8] ut illud in
13 uſus ſuos ſervare videatur. Myſi quàm feri, quàm tru-
ces fuerint, quàm [9] ipſorum etiam barbari barbarorum,
14 horribile dictu eſt. Unus ducum, ante aciem poſtulato
ſilentio, *Qui vos*, inquit, *eſtis* ? Reſponſum invicem :
Romani, gentium domini. Et illi, [10] *Ita*, inquiunt, *fiet, ſi*
15 *nos viceritis*. [11] Accepit [12] omen Marcus Craſſus. Illi
ſtatim [13] ante aciem immolato equo [14] concepêre vo-

1 In ſilvis degunt, verſantur, habitant. 2 Hic C. Marcius Figulus primò pulſus à Dalmatis, poſtea nec opinantes aggreſſus vicit, urbemque Delminium injecto igne, magna ex parte concremavit. 3 Exciderat, amputaverat. Appoſitè poſuit hoc auctor de Dalmatis, quibus Delminium, eorum caput, ereptum erat. Sic apud Paul. Diac. lib. 16. *detruncatus Oreſtes*. Eſt ergo in eo verbo, ut Stadius notat, egregia tranſlatio : ut enim homine capite truncato, ſenſuum omnium & motuum præſidium avulſum eſt, ita & Dalmatarum populo, exciſo Delminio regia urbe, vis omnis ablata. 4 Conſul enim Cn. Domitio fuit : quem de Dalmatis triumphaſſe Horatius teſtatur Carm. 2, 1. *Et conſulenti Pollio curiæ, Cui laurus æternos honores Dalmatico peperit triumpho.* 5 Al. *facundus orator* : certè bonus orator fuit Pollio. 6 Admodum ferum. 7 Inquirit. 8 In his verbis (ut verè judicat Freinshemius) nullus ſenſus, nec veſtigium adeò ſermonis Floriani eſt. Legerim itaque : *Ut illud in uſus ſuos*, id eſt, Auguſti, *ſervari videretur*. Senſus eſſet : juſſiſſe Auguſtum terras fodere, aurumque venis repurgare, ut avariſſima gens videret, non ſibi ſervaſſe in montibus aurum, ſed Auguſto ; ac Dalmatiæ montes non incolarum, ſed Romanorum uſibus, divites eſſe : quâ non potuit major pœna contingere hominibus rerum ſuarum cupidiſſimis. Statius Sil. lib. 4. Od. 7. ait *impalluiſſe* Dalmatas eruendo ex aurifodinis auro, id eſt, invidiſſe Dalmatas, cum viderent alios ex ſuis aurifodinis diteſcere. 9 Hoc eſt, adeò truces fuêre, ut ab ipſis barbaris pro barbaris haberentur. Similis locus apud Curt. 7, 3, 6. 10 Simile quid eſt apud Liv. 35, 14, 6. in colloquio Scipionis & Annibalis : *Quid-nam tu diceres*, inquit *ille, ſi me viciſſes*, &c. 11 Ratum habuit, non reſpuit ab ore prolatam futuræ rei pronunciationem. 12 In omen, loco ominis. Simile quid lege apud Tac. An. lib. 2. cap. 13. 13 Ante prœlium. Sic Lacedæmonii Reges Muſis immolarunt ante prœlium. Plut. Lycurgo cap. 39. 14 Animo & mente ſolum apprehenderunt, ſed verbis & voce non expreſſerunt. Vide ſuprà 1, 11, 7.

22 sed [1] quatenùs sciebat patrem suum Cæsarem, bis [2] trajecto ponte Rheno, quæsisse bellum; [3] in illius honorem concupiit facere provinciam: & [4] factum erat, si barbari tam [5] vitia nostra, quàm imperia, [6] ferre po-
23 tuissent. Missus in eam [7] provinciam [8] Drusus, primos domuit [9] Usipetes: indè Tenctheros [10] percucurrit, & Cattos. Nam Marcomanorum spoliis insignibus quendam [11] editum tumulum in tropæi modum excoluit. Indè validissimas nationes, Cheruscos Suevosque, &
24 Sicambros pariter aggressus est: qui viginti Centurionibus [12] incrematis, hoc velut [13] sacramento [14] sumpserant bellum, adeò certâ victoriæ spe, ut prædam [15] in antecessum [16] pactione diviserint. Cheruschi equos;
25 Suevi aurum & argentum; Sicambri captivos elegerant: sed omnia retrorsum. Victor namque Drusus equos, pecora, torques eorum, ipsosque, præda divisit, & vendidit: præterea in tutelam provinciarum,
26 præsidia atque [17] custodias ubique [18] disposuit; per Mosam flumen; per [19] Albim; per Visurgim. Nam per Rheni quidem ripam, quinquaginta amplius castella [20] direxit. Bonnam & Cesoniam [21] cum pontibus junxit,

1 Quia, quoniam. 2 Cùm transiisset. 3 Id est, ut ipse de conatu Cæsaris reverenter sentire, neque parentis gloriæ obtrectare videretur, noluit decedere provinciâ. Nam alioquin alter alterius acta decessione veluti damnabat. Sic Hadrianus livore in Trajanum decessit provinciis, trans Euphratem & Tigrim sitis, quas Trajanus Romano imperio adjecerat. 4 Factum fuisset. 5 Injurias nostras. 6 Pati. 7 Germaniam. 8 Nero, qui Augusti privignus, Tiberii Neronis frater erat. De hoc Ovid. 2. Trist. Virg. in fine 8. Æn. Horat. Carm. 4, 4. Drusi mortem longo simul & eleganti carmine deplorat Ovidius ad Liviam matrem scribens. 9 Germaniæ populos. 10 Suet. Ner. cap. 3. percucurrit *amplissimos honores*. Vide quæ notavimus suprà 4, 2, 33. 11 Tropæa enim non figebantur, nisi in eminentioribus locis, ut essent magis conspicua. Vide supra 2, 17, 16. 12 Concrematis. 13 Necessitate, quâ Germani ad bellum gerendum adigebantur. 14 Susceperant. 15 Ante justum tempus. Sic supra 3, 21, 20. 16 Pacto, convento. 17 Castella. 18 Collocavit. 19 Albis terminus erat imperii, aut potiùs nominis Romani: eum enim id temporis non transcenderant. 20 Disposuit. Sic fere Arnobius lib. 1. *per diversas artium disciplinarumque rationes ingenia* dirigunt. 21 Separatim hæc sunt intelligenda, Bonnam ponte junxit, & Cesoniam ponte junxit, id est, pontem & hic ædificavit & ibi. Sicut *committere*, suprà 1, 4, 2, uni *Tiberino* tribuitur.

27 classibusque firmavit. [1] Invisum atque [2] inaccessum [3] in id tempus [4] Hercynium saltum patefecit. [5] Ea denique in Germaniâ pax erat, ut [6] mutati homines, [7] alia terra; [8] cœlum ipsum [9] mitius [10] molliusque solito vi-
28 deretur. Denique [11] non per adulationem, sed ex meritis, [12] defuncto ibi fortissimo [13] juvene, ipsi, quod nunquam alias, senatus [14] cognomen ex provinciâ de-
29 dit. Sed [15] difficilius est [16] provincias obtinere, quam [17] facere: viribus parantur, jure retinentur. Igitur
30 breve id gaudium. Quippe Germani [18] victi magis, quam domiti erant: moresque nostros magis, quàm arma, sub Imperatore Druso [19] suspiciebant: post-
31 quam verò ille defunctus, Vari Quinctilii [20] libidinem ac [21] superbiam, haud secus quàm sævitiam, odisse cœpe-

1 Nunquàm anteà visum. 2 Quò non potuit accedi. 3 Usque ad. 4 Hercyniam silvam, Hercyninm nemus. 5 Talis. 6 Quædam quasi proverbialis locutio, de mutatione morum. Sic apud Liv. 25, 1, 5. *tanta religio, & ea magnâ ex parte externa, civitatem incessit, ut aut* homines, aut Dii repentè alii viderentur facti. 7 Tac. H. 1, 45, 1. *Alium crederes Senatum, alium populum.* 8 Aër ipse mitior, &c. 9 Clementius. 10 Mitius, temperatius. Sic *Molle cælum*, suprà 1, 16, 4. *Mollis regio*, suprà 3, 3, 13. 11 Fuerunt enim pleraque Senatus decreta post illud tempus adulatoria: sed nunc temporis nondùm invalnerat iste morbus, ut, qui gentem aliquam non bello modò, sed ne prœlio quidem vicerat, protinùs eam indueret nomini. Vide supra 1, 11, 6. 12 Scilicet *vita*, id est, mortuo ex fractura, equo super crus ejus collapso, tricesimo die quam id acciderat, inter Salam & Rhenum fluvios. Corpus ejus à Tiberio Nerone fratre Romam pervectum est, & in Augusti tumulo conditum. 13 Druso. 14 Appellatus enim fuit à Senatu *Germanicus*, Unde Ovid. Fast. 1, 597. *Et mortem, & nomen Druso Germania fecit.* Non autem ipsi tantum, sed simul etiam filiis datum est. Quemadmodum Britannici nomen & Claudio Imperatori & ejus filio. 15 Pauci enim audiunt Sallustianum illud Orat. 1. de Rep. ord. *Ut fabricata, sic virtutes parta, quàm magnâ inustriâ haberi decet, ne incuria deformentur, aut corruant infirmata.* Vel illud Ovid. de Arte 2, 21. *Non minor est virtus, quàm quærere, parta tueri: Casus inest illic; hic erit artis opus.* Eadem sententia est supra 2, 17, 8. ubi vide notam. 16 Regiones aliquas servare, retinere. 17 Perdomare, ut recipiat jugum. 18 Fabianus apud Sen. Suas. 1. *Memento, Alexander, matrem in orbe victo adhùc magis, quam pacato, relinquis.* 19 Reverebantur magis bonos Romanorum mores, quam vires & arma. Vide supra, 1, 26, 5. 20 Quia *Germani casta gens & severa*, ut scribit Tac. in Germ. cap. 18, 1. 21 Supra 1, 7, 4. *superbia crudelitate gravior est bonis.* Certè liberis hominibus nil gravius accidere potest, quàm superbus magistratus, sive (ut loquitur Ammianus) *nihil est tam inimicum, quàm ad ardua imperii supercilia etiam acerbitatem naturæ adjungi.*

sunt.

runt. Auſus ille [1] agere conventum : & in caſtris jus dicebat, [2] quaſi violentiam barbarorum & lictoris virgis,
32 & præconis voce poſſet inhibere : at illi, qui jam pridem rubigine oblitos enſes, inerteſque [3] mœrerent equos, ut primùm [4] togas, & ſæviora armis jura viderunt, duce [5] Arminio arma corripiunt : cum interim
33 tanta erat Varo pacis fiducia, ut ne [6] prædictâ quidem, & prodita per Segeſtem, unum principum, conjuratione
34 [7] commoveretur. Itaque [8] improvidum, & nihil tale metuentem improviſo adorti, cum ille ([9] ô ſecuritas!) ad [10] tribunal [11] citaret; undique invadunt, caſtra [12] ra-
35 piunt, [13] tres legiones opprimuntur. Varus [14] perditas res [15] eodem, quo Cannenſem [16] diem [17] Paulus, & [18] fa-

1 Celebrare conventum, id eſt, in loco deſignato ad certam diem provincialibus jus dicere. Sic Juſt. 12, 13, 3. quod *forum agere* Cicero dicit ad Attic. 5, 6. *forum inſicere* Virg. Æn. 5, 758. ubi & explicat, *jura dare*. *Auſus*, inquit, quia nullo exemplo hoc Varus fecit : imperium enim tantùm, id eſt, belli gerendi poteſtatem; nullam juriſdictionem habebat. Germania enim in provinciæ formam redacta erat: verùm ante provinciam ordinatam juriſdictio non mandabatur. 2 Q. d. ita direxiſſe Varum actiones ſuas, quaſi violentiſſimi hoſtes jure poſſent mulceri. 3 Al. *gemerent*. 4 Has enim ſumebant in juriſdictione, ſaltem advocati, cauſidici, & id genus. Hinc Apulejo fine lib. 10. appellantur *togati vultures*, quod litibus imminent, ut vultures cadaveribus : *togati*, ab uſu togæ. 5 Cheruſcorum principe, filio Segemeri. 6 Indicatâ. 7 Perturbaretur. Prorsùs ut Jul. Cæſ. ſupra 4, 2, 94. 8 Incautum, inconſideratum. 9 Al. *ad ſecures & ad tribunal*. 10 Locum excelſum, in quo reſidebat qui jus tribubus redderet. 11 In jus vocaret, adeſſe juberet, diem diceret. 12 Occupant, corripiunt. 13 Auguſtum, *hac* nuntiatâ *clade*, *adeò conſternatum ferunt* (verba ſunt Suetonii Aug. cap. 23.) *ut per continuos menſes barbâ capilloque ſummiſſo, caput interdùm foribus illideret, vociferans : Quintili Vare, redde legiones : diemque cladis quotannis mœſtum habuerit ac lugubrem.* 14 Afflictas. 15 Id eſt, ſecutus eſt exemplum Pauli, ac ſupereſſe noluit, exercitu occiſione occiſo. Ita ſupra 4, 2, 35. Curioni *pudor ſuaſit, ut amiſſam ſuâ temeritate exercitum morte ſequeretur.* 16 Cladem, aut pugnam decretoriam, quâ Annibal ad Cannas, vicum Apuliæ, Paulum Æmilium magnâ cum calamitate populi Romani ex Terentii Varronis conſulis temeritate ferè obtrivit : ubi 60. hominum millia à Pœnis cæſa fuiſſe traduntur. Ita Cic. pro Sextio, cap. 36. *Cimano atque Octaviano die.* Non abit illud Tac. Agr. 34, 5. *imponite quinquaginta annis magnum* diem. *Non fuit major ſub imperio Romano* dies, &c. ſupra 2. 6, 58. 17 Æmilius. 18 Morte, caſu. De Q. Vari morte Virgilium, ut eam impotentiùs ferentem, Horatius Ode 24. lib. 1. conſolatur.

36 to eſt & [1] animo ſecutus. Nihil illâ cæde per paludes,
37 perque ſilvas [2] cruentius: nihil [3] inſultatione barbarorum intolerantius, præcipuè tamen in [4] cauſarum patronos: aliis oculos, aliis manus amputabant: unius os ſutum, [5] reciſa prius linguâ, quàm [6] in manu tenens bar-
38 barus, *tandem*, inquit, [7] *vipera*, [8] *ſibilare deſiſte*. Ipſius quoque [9] conſulis corpus, quod militum pietas [10] humi abdiderat, effoſſum. Signa & [11] aquilas duas adhuc [12] barbari [13] poſſident: tertiam [14] ſignifer prius, quam in manus hoſtium veniret, [15] evulſit; merſamque intra [16] baltei ſui latebras gerens, in cruentâ palude ſic latuit.
39 Hac clade factum, ut imperium, quod in littore Oceani
40 non [17] ſteterat, in ripa Rheni fluminis [18] ſtaret. Hæc

1 Mentis propoſito. Recte notat Stadius, Pauli Æmilii caſum & Vari inique comparari. Paulus enim Varronis ſoliditatem ſequi coactus cum fortiter pugnaſſet, ex fundâ graviter ictus mori maluit, quam ut cladi ſuorum, aut temeritatis Varronianæ accuſator ſupereſſet; Varus & culpam ſuæ infelicitatis ex ſecuritate & ſocordiâ, quæ frequentiſſima ad calamitatem ſunt initia, inſtinet. 2 Sanguinolentius, crudelius. 3 Exagitatione, inſectatione Germanorum intolerabilius. Sic Tac. 3, 45, 5. Intolerantior *ſervitus iterum victis*. Hoc ſenſu uſus eſt Ovenus, acutus Epigrammatum ſcriptor: *Conjugio eſſe jugum non* intolerantius *ullum*. 4 Actionum, litium defenſores, id eſt, cauſidicos, advocatos. *Cauſa* enim aliquando forenſe vocabulum eſt, & ſignificat omnem actionem, quam in ſenatu, vel in foro habemus. Hinc *cauſam dicere*, id eſt, reum eſſe, & ſe defendere. *Cauſa cadere*, id eſt, cauſam amittere, & perdere litem. 5 Exciſa, extracta. 6 Manu comprehenſam tenens. 7 Ita vocabant cauſidicum ſive rabulam forenſem. Nam ita quoque de cauſidicis Apul. in Apologiâ: *Jam conceſſo quodam more rabulis id genus, quo ferinæ ſolent linguæ ſuæ virus alieno dolori locare. Ferinæ*, id eſt, viperinæ. Alii *Canes* appellant, uti Caſſium Severum Horat. 3. Epod. 6. & eorum *verba canina*, vel *caninam eloquentiam*. Ovid. in Ibin: *Jactat & in toto* verba canina *foro*. 8 Sibilum edere: quod ſerpentum proprium, hoc loco ad cauſidicos transfertur. 9 Id eſt, proconſulis. 10 Sepeliverat. 11 Signa ſive vexilla Romanæ legionis duo: nam vexilla Romana depictam aquilam habebant. Erat ergo *Aquila* aureum aquilæ ſimulacrum, haſtæ ſuffixum, quod à milite ferebatur, qui ob id *Aquilifer* dictus eſt. 12 Germani. 13 Imò ambas illas aquilas recepêre Romani. Tac. Ann. 1, 60, 5. 14 Aquilifer. 15 Extraxit: intelligitur enim aquila acumine quodam infixa fuiſſe haſtæ, qua portaretur. 16 Cingulo, ex quo gladius ſuſpenditur. 17 Non ſubſtiterat, ultrà non progreſſum fuerat. Sic Quintil. declam. 3. *Cæſis majorem terrarum partem victoris peregrata, tantùm in Mario* ſteterit. 18 Subſiſteret, ultrà non progrederetur. Hic & poſterioribus temporibus limes imperii Romani fuit, ut recte hic notat Freinshemius.

Digitized by Google

ad Septentrionem. Sub [1] Meridiano [2] tumultuatum magis, quam bellatum eſt. Muſulanios atque Gætulos accolas [3] Syrtium, [4] Coſſo duce compeſcuit: unde illi
41 [5] *Gætulici* nomen. Latiùs victoria patet. Marmaridas atque Garamantas [6] Curinio ſubigendos dedit. Potuit & ille redire *Marmaricus*; ſed [7] modeſtior in æſtimandâ
42 victoriâ fuit. Ad Orientem plus negotii cum Armeniis: hùc alterum ex Cæſaribus nepotibus ſuis miſit. Ambo fato breves: ſed alter inglorius. Maſſiliæ quippe [8] Lucius morbo ſolvitur: [9] in Syriâ Cajus ex vulnere, cùm
43 Armeniam ad Parthos ſe [10] ſubtrahentem recipit. [11] Armenios, victo rege Tigrane, [12] in hoc unum ſervitutis genus Pompejus [13] aſſueverat, ut rectores à nobis acciperent. Intermiſſum ergo jus per hunc recuperatum, non incruento, nec inulto tamen certa-
44 mine. Quippe Domnes, quem rex [14] Artaxatis præfecerat, ſimulatâ proditione, adortus virum [15] intentum libello, quem, ut theſaurorum [16] rationes conti-

1 Sc. *circulo*, id eſt, plaga ad meridiem converſa. Dicitur autem circulus ille *Meridianus* à *medietate* dièi, quia Sol, cùm in noſtro hemiſphærio eum attingit, apud nos atque omnes eos, qui ſub eodem Meridiano, Septentrionem Auſtrumve verſus poſiti, facit medium diei: ac rurſus medium noctis, cùm in inferiore hemiſphærio ad eundem pervenit. Hujus igitur potiſſimum officium eſt, medium diem, mediam noctem oſtendere. Suet. Aug. cap. 21. dicit, Auguſtum *alias item nationes male quietas ad obſequium revocaſſe.* 2 Vide ſupra 3, 19, 2. 3 *Syrtes* ſunt Africæ loca vadoſa & arenoſa, ideòque exitioſa navigantibus. Vide ſupra 2, 2, 31. 4 Cn. Cornelium Lentulum Coſſum cum L. Calpurnio coſ. fuiſſe in Annalibus Coſſ. ſcribitur. 5 A devictis *Gætulis*. 6 Hic dicitur eſſe ille *Curinius*, quem Lucas Euangeliſta Κυρήνιος vocat. 7 Quæ quidem modeſtia illis temporibus omnino requirebatur. Ab hac modeſtia ſocerum ſuum laudat Tac. Agric. cap. 8. *Nec Agricola unquam in ſuam famam geſtis exultavit; ſed ad auctorem & ducem, ut miniſter, fortunam referebat.* 8 C. & L. Cæſares erant Auguſti nepotes, ex M. Agrippa & Julia ejus filia. Utrumque adoptavit. 9 Res dubia, in Syriâ-ne an Lyciâ obierit C. Cæſar Auguſti filius adoptivus. Illud dicit Feſtus Ruſus & Florus noſter: illud Vellejus, Suetonius, & alii. 10 Subducentem. 11 Supra 3, 5, 27. 12 Facilè toleraut externum dominatum eæ gentes, quæ dominatui aſſuetæ, integram ſervitutem, nullis adſtrictam modis, aut legibus ferre queunt. 13 Aſſuefecerat. 14 *Artaxata* neutrius nomen & plurale, oppidum Armeniæ: quod ſupra 3, 5, 27. *caput ejus gentis* dictum eſt. 15 Ut conjurati Cæſarem Dictatorem. Sic Parmenio interficitur apud Curt. 7, 2. Domitianus apud Suet. in ejus vita cap. 17. 16 Supputationes, calculos. Sic apud Liv. 38, 55, 9. eſt *liber rationis*.

nentem,

nentem, ipſe porrexerat, [1] ſtrictus ac recreatus ex vul-
45 nere in tempus. Cæterum barbarus undique infeſto exercitu oppreſſus, gladio, & [2] pyrâ, in quam ſe percuſſus
46 immiſit, ſuperſtiti etiamnum Cæſaris [3] ſatisfecit. Sub Occaſu pacata ferè omnis [4] Hiſpania, niſi quam Pyrenæi [5] deſinentis ſcopulis inhærentem [6] citerior [7] alluebat Oceanus. Hic duæ validiſſimæ gentes, [8] Cantabri &
47 Aſtures, immunes imperii [9] agitabant. Cantabrorum & pejor, & [10] altior, & magis pertinax in rebellando [11] animus fuit; qui non contenti libertatem ſuam defendere, proximis etiam imperitare tentabant, [12] Vaccæoſque, & Curgonios, & Aurigonas crebris [13] in-
48 curſionibus fatigabant. In [14] hos igitur, quia vehementius agere nunciabantur, non [15] mandata expeditio, ſed [16] ſumpta eſt. Ipſe venit Sageſamam: caſtra poſuit: indè partito exercitu totam [17] in diem amplexus Cantabriam, [18] efferam gentem, [19] ritu ferarum quaſi [20] in-
49 dagine debellabat. Nec ab Oceano quies, quam infeſtâ claſſe ipſa quoque terga hoſtium cæderentur. Primùm adverſus Cantabros ſub mœnibus Belgicæ prœliatus eſt. Hinc fugâ in [21] eminentiſſimum Vinnium montem, [22] quem maria prius Oceani, quam arma Ro-

1 Vulneratus. 2 Rogo. 3 Civiliter ſumptum valet excuſare errorem, deprecari culpam, &c. ut omnis illa ſatisfactio in verbis videatur conſiſtere: noſter autem de pœnâ hoc accepit: ſicut & Juſtin. 15, 3, 9. 4 Geſta ab Auguſto in Hiſpania ſcribit Liv. l. 135. Juſt. 44, 5. Suet. Aug. capp. 20, & 21. Eutrop. 7, 2. Horat. Carm. 3, 14, 4, 5, 14, & 15. 5 Extremi finis. 6 Propior nobis. 7 Juxta fluit, allabitur. Sic Oceanus aut fluvii dicuntur urbes alluere, qui eas præterlabuntur. 8 Tarraconenſis Hiſpaniæ populi, quique nomen Oceano *Cantabrico* dederunt. 9 Habitant. 10 Major. 11 Spiritus, animoſitas. 12 Mediterraneos Hiſpaniæ Tarraconenſis populos cis Durium flumen. 13 Excurſionibus, impetu hoſtili. 14 Cantabros. 15 Juſſa, delegata, commiſſa ducibus. 16 Per ſe ſuſceptâ. Vide ſuprà 4, 12, 6. 17 Freinshemius legit *in aciem*, id eſt, ex eo loco, ubi caſtra poſuerat. 18 Admodum feram. 19 More. 20 Venatorio reti. Vide ſuprà 3, 6, 11. & 4, 2, 32. 21 Altiſſimum. 22 Similis locus ſuprà 4, 12, 4. *Noricis animos dabant Alpes atque nives, quò bellum non poſſet aſcendere.* Sed profectò gloriæ avidis nihil tam munitum, nihil tam altum, quò non aſcendere conentur. Egregie Gruterus: *Ut ſemel ambitioſus navem gloriæ ingreſſus eſt, non cogitat tempeſtates aut pericula; ſed mentis lumine jam intuetur portum, jam ſpei manu præmium occupat.*

mana

mana aſcenſura eſſe crediderant. Tertiò Arracillum
50 oppidum magnâ vi repugnat. Captum tamen poſtremò fuit. Medulli montis [1] obſidio (quem perpetua quindecim millium foſſa comprehenſum cinxit, undique ſimul adeunte Romano) poſtquam [2] extrema [3] barbari vident; [4] certatim igne, ferro [5] inter epulas, venenoque, quod ibi vulgò [6] ex arboribus taxeis, exprimitur, [7] præcepêre mortem: ſeque pars major à captivitate, quæ [8] videba-
51 tur, [9] vindicavêre. Hæc per [10] Antiſtium, [11] Furnium, Agrippam [12] legatos, hibernans in [13] Tarraconis mari-
52 timis Cæſar accepit. Ipſe præſens [14] hos deduxit montibus: [15] hos obſidibus aſtrinxit: hos ſub [16] corona jure
53 belli [17] venumdedit. Digna res [18] lauro, digna [19] curru ſenatui viſa eſt: [20] ſed jam Cæſar tantus erat, ut poſſet
54 triumphos contemnere. Aſtures per idem tempus in-

1 Obſidione. 2 Ultimam neceſſitatem. 3 Cantabri. Sic Romani vocabant omnes extra limites imperii ſui, Græcis exceptis: à quibus tamen ipſi viciſſim audierunt Barbari. 4 Cum certamine. 5 Suprà 2, 18, 12. 6 *Taxus* eſt arbor venenata; *Letale quippe baccis, in Hiſpaniâ præcipuè, venenum ineſt, Vaſa etiam viatoria, ex eâ vinis in Galliâ facta, mortifera fuiſſe compertum eſt. Hanc Seſtius eſſe in Arcadiâ tam præſentis veneni dixit, ut, qui obdormiant ſub eâ, cibum-ve capiant, moriantur. Sunt qui & taxica hinc appellata dicant venena, quæ nunc toxica dicimus.* Plin. 16, 10. Hoc veneni genere periit quoque Cativulcus, Eburonum rex, apud Cæſ. de bel Gal. 6, 31. 7 Anteceperunt, præoccupaverunt. Sic ſupra 3, 4, 9. & Ovid. Triſt. 3, 3. *Vel* præcepiſſet *mors properata fugam.* 8 Non enim erat. 9 Liberavere. 10 Velleius 2, 90, 7. Dio. lib. 53. 11 Dio. lib. 54. 12 Vicarios imperatoris, *lieutenants.* 13 *Tarracon* ſive *Tarraco* (vulgò *Tarragona*) Hiſpaniæ citerioris urbs olim clariſſima. 14 Vide ſupra 3, 5, 18. Idem legitur infra 59. Sic pater ejus Cæſar Dictator montis Herminii incolas in planitiem demigrare juſſerat, ne ſc. loco, ſua natura tuto, ad prædas agendas abuterentur. Idem conſilium fuit Pompeji, ſupra 3, 6, 11. 15 Nihil crebrius occurrit hoc conſilio. Imprimis autem liberos ſolebant dare, clariſſima pignora, & virgines. 16 Corona enim, quâ induebantur, ſignum erat captivorum venalium, quos jure belli milites cepiſſent. Cæſ. *Omni ſenatu necato, reliquos* ſub coronâ vendidit. 17 Vendidit, venales expoſuit. 18 Triumpho. Sic ſuprà 4, 2, 88. 19 Triumphos. Ita ſuprà 4, 2, 89. 20 Præſertim quod jam pervulgatus eſſet hic honor. Nam ita eſt: *Carum, quod rarum; & omnis honor multitudine compotum vilescit.* Liv. lib. 1. cap. 10. Quidni autem triumphos faſtidiat Auguſtus, cùm nec ipſis ducibus paulò poſt placuerint ornamenta triumphi, quod pluribus is honor communicatus eſſet. Vide Tac. An. lib. 13. cap. 53. Quid? quod ipſum imperium tandem eviluit. Hinc Piſo ille apud eundem Tac. H. 1. cap. 17. cùm Cæſar crearetur, nullum exultantis animi motum prodidit, *quaſi imperare poſſet magis, quam vellet.*

genti agmine à montibus ſuis deſcenderant. Nec temerè [1] ſumptus, [2] ut barbaris, impetus: ſed [3] poſitis caſtris apud [4] Aſturam flumen, [5] trifariam diviſo agmine, tria
55 ſimul Romanorum caſtra aggredi parabant. Fuiſſet & anceps, & cruentum, & utinam mutuâ clade certamen, tunc tam fortibus, tam ſubito, tam cum conſilio venientibus, niſi Tigræcini prodidiſſent: à quibus præmonitus Cariſius, cum exercitu adveniens [6] oppreſſit
56 conſilia: ſic quoque tamen non incruento certamine.
57 Reliquias fuſi exercitus validiſſima civitas [7] Lancia excepit: ubi adeò certatum eſt, ut cùm [8] in captam urbem faces poſcerentur, ægrè dux impetraverit veniam, [9] *ut victoriæ Romanæ* [10] *ſtans potiùs eſſet, quam incenſa,*
58 *monumentum.* Hic finis Auguſto bellicorum certaminum
59 fuit; idem rebellandi finis Hiſpaniæ. Certa mox fides, & æterna pax; [11] cùm ipſorum ingenio, in pacis partes promptiore; tùm conſilio Cæſaris, qui fiduciam montium timens, in quos ſe recipiebant, caſtra ſua, ſed quæ in plano erant, habitare & incolere juſſit. Ingentis eſſe
60 conſilii illud obſervari cœpit. Natura regionis circa ſe omnis aurifera; [12] miniique & [13] chryſocollæ, & alio-

1 Suſceptus. 2 Ut ſolent barbari, qui, ut eſt ſupra 3, 3, 5. *impetum pro virtute habent.* 3 Collocatis. 4 Unde nomen populo. 5 Tripartitò. 6 Impedivit, texit. Juſtino eſt *diſcutere*, 2, 15, 16. 7 Maxima Aſturiæ urbs. 8 Contra. 9 Argumentum magni ducis hoc eſt. Major igitur mihi P. Scipio Africanus, qui bello Punico ſecundo finem impoſuit, quam P. Scipio Africanus Æmilianus, ejus nepos, qui bello tertio. Sed & æternitate dignior M. ille Claudius Marcellus, de quo Cic. Act. 4. in Ver. cap. 2. *Urbem pulcherrimam Syracuſas, quæ cùm manu munitiſſima eſſet, tùm loci naturâ terrâ ac mari clauderetur, cùm vi conſilioque cepiſſet, non ſolum incolumem paſſus eſt eſſe, ſed ita reliquit ornatam, ut eſſet idem monumentum victoriæ, manſuetudinis, continentiæ.* 10 Salva urbs non diruta. 11 Q. d. Cæſar hoc conſilium excogitaverat, ut in plana deduceret monticolam illam gentem, & montium, in quos ſe recipiebant, fidentem præſidio: ut hoc perſuaderet facilius, ipſius gentis bono hoc cedere conſilium propter naturam regionis (quod conſilio caput fuit) auriferam atque aliorum metallorum feracem. 12 *Minium* pigmenti genus eſt laudatiſſimi coloris, quod in argentariis metallis cum argento-vivo inveniri ſolet. Ovid. 1. Triſt. El. 1. *Nec ruſulus* minio, *nec cæro charta notetur.* 13 Quam aurifices ſibi vendicant ad glutinandum aurum. Sunt & alia duo *chryſocollæ* genera pictoribus in uſu.

rum

rum [1] colorum ferax. Itaque [2] exerceri ſolum juſſit.
[3] Sic Aſtures & latentes in profundo opes ſuas atque
61 divitias, dùm aliis quærunt, noſſe cœperunt. Omnibus ad Occaſum & Meridiem [4] pacatis gentibus, ad Septentrionem quoque, [5] duntaxat intra Rhenum atque Danubium; item ad Orientem intra Taurum & Euphratem; illi quoque reliqui, qui immunes imperii erant, [6] ſentiebant tamen magnitudinem, & victorem gen-
62 tium populum Romanum reverebantur. [7] Nam & Scythæ miſêre legatos, & Sarmatæ, amicitiam petentes: [8] Seres etiam habitanteſque ſub ipſo ſole Indi, cum gemmis, & margaritis, elephantes quoque inter munera trahentes, nihil magis, quam [9] longinquitatem viæ imputabant, quam quadriennio [10] impleverant: & tamen ipſe hominum color ab alio venire [11] cœlo fateba-
63 tur. [12] Parthi quoque, quaſi victoriæ pœniteret, rapta
64 clade Craſſianâ ultrò ſigna retulere. Sic ubique [13] cuncta atque continua [14] totius generis humani aut pax fuit,

1 Pigmentorum, quibus colores inducuntur. Sic *Odores* infrà. 2 Coli, arari terram. 3 Verſutiſſimum conſilium hoc fuit, populos recens domitos à feritate ſic abducere, ut ex novo imperio maximam utilitatem ſperarent, & in poſterum ab omni bello abhorreant. 4 Subactis, domitis. Sic Præfat. 7. ſupra 4, 2, 1. Hoc ſenſu *Pacare ſylvas* Horat. Epiſt. 1, 2. 45. 5 Saltem. 6 Jam tùm Cicero: *Nulla gens eſt, quæ non aut ita ſubacta ſit, ut vix exſtet; aut ita domita, ut quieſcat; aut ita pacata, ut victoriâ noſtrâ, imperioque lætetur.* 7 Vide Suet. Aug. cap. 21. Liv. lib. 139. 8 Populi Scythiæ Aſiaticæ, à *Serâ* urbe ſic dicti, apud quos arbores ſunt, quæ non ſolùm folia, ſed lanam quoque proferunt tenuiſſimam. Virg. 9 Diſtantiam à Gaditano freto, quo legati ad Auguſtum venerunt, ad Orientem, Indos, Scythas atque Seres, ponit Plinius 6, 33. Ab ortu ad occaſum, id eſt, ab ipſius Indiæ extremitate uſque ad Herculis columnas, Gadibus ſacratas, octuagies quinquies centena, ſeptuaginta octo miſſia ſunt. 10 Finiverant, abſolverant. 11 Al. *ſole*, quia Indi ab ipſo ſolis ortu, & extremo oriente, venerant in occaſum extremum: Auguſtum enim Tarracone in Hiſpaniâ, quæ ultima terrarum verſus occaſum veteribus credebatur, legatio Indica & Scythica cum ſuæ gentis muneribus adoravit. 12 Cùm ad componendum Orientis ſtatum in Syriam perveniſſet Auguſtus, timore correptus Phraates, ne ſibi bellum inferretur, reſtituit quotquot ex Craſſi & Antonii clade inter captivos reſtabant milites: nec eo contentus, filios etiam ſuos quatuor & duas earum uxores illorumque filios obſides dedit. Phraatem autem hoc non Auguſti reverentia, ſed ut filium reciperet, ex pacto feciſſe indicat Dio fine lib. 53. Tacitus non metu Romanorum, ſed ſuis diffiſum, omnia Auguſto officia exhibuiſſe. 13 Al. *certa*: ut ſupra 59. 14 Et in hunc finem tendere debent omnium ſapientum Principum bella.

aut

aut [1] pactio. Aususque tandem Cæsar Augustus septingentesimo ab Urbe condita anno, [2] Janum Geminum claudere, bis ante se clausum: sub Numa rege: & victa primum Carthagine. Hinc conversus ad pacem, pronum in omnia mala, & in luxuriam fluens sæculum, [3] gravibus severisque legibus multis coercuit. Ob hæc tot facta ingentia 4 *Dictator perpetuus*, & 5 *Pater patriæ* dictus. Tractatum etiam in senatu, an quia [6] condidisset imperium, [7] *Romulus* vocaretur: sed sanctius & [8] reverentius visum est nomen [9] *Augusti*: ut scilicet jam tum, dum colit terras, ipso nomine & titulo [10] consecraretur.

1 Induciæ. 2 Jani Gemini templum ab Augusto tertiò fuisse clausum, postquam primum à Numa, iterùm post bellum Punicum primum pace toto imperio parta, clausum fuisset, constanter omnes testantur Annales. Dio scribit ab Augusto bis Jani templum clausum fuisse, semel post Actiacam victoriam: iterum postquam bellum Cantabricum & Germanicum fuisset relatum, gentibus iis devictis clausum esse. Vide suprà, 2, 3, 1. De hujus claudendi vel aperiendi templi ratione vide suprà 1, 2, 3. 3 Aliquas retractavit, quasdam ex integro sanxit: ex omnibus verò nullam majori cura exercuit, quam quæ de maritandis ordinibus lata fuit. Indictas ab illa pœnas imminuit posteà Severus; & eas quæ cælibatum castigabant, sustulit omninò Constantinus. 4 Augustus *Dictatoris* nomen nunquam tulit: vel ut invidiam nominis vitaret; vel quia Dictatoria potestas Antonia lege abrogata erat. Dictaturam enim, quam pertinaciter ei populus Romanus offerebat, tam constanter repulit, ut, cum populus eam magnâ vi etiam offerret, ipse genu nixus, dejecta ab humero toga, nudo pectore deprecatus sit. Paterculus, Suet. & alii. 5 Qua de causa sic appellaverint principes, suprà 1, 1, 15, & 4, 2, 91. Sic Poëtis Jupiter est *divûm pater, atque hominum Rex*, quod hosce severiori contineat imperio, mitius præsit illis. Eleganter igitur Ovid. Trist. 2, 31. ad Augustum: *Jure igitur genitorque Deûm, rectorque vocatur, Jure capax mundus nil Jove majus habet: Tu quoque cum patriæ rector dicare, paterque: Utere more Dei nomen habensque idem.* Et mox versu 181. *Parce pater patriæ: nec nominis immemor hujus Olim placandi spem mihi tolle tui.* Item Fast. 2, 127. 6 Perpolivisset, in talem splendorem produxisset, ut pro novo haberi possit. Sic suprà 1, 3, 1. & Justin. 18, 4, 1, & 19, 1, 1. 7 Sic Camillus apud Liv. 5, 49, 8. *Romulus, ac parens patriæ, conditorque alter urbis, haud vanis laudibus appellatur.* 8 Reverentia dignius, quod majorem reverentiam mereretur. Vide suprà 2, 11, 11. 9 *Augustus* appellatus est, non quod propriam aliquam eo nomine potestatem augeret, sed quod dignitatis splendorem illustraret: *Augusta* enim *loca religiosa, & in quibus auguratò aliquid consecratur, dicuntur, vel ab augendo, vel ab avium gestu.* Suet. Aug. cap. 7. *Augustus* namque Græcis est σεβαστὸς, id est, sanctus, & nominis instar colendus. 10 Inter Divos referretur.

FINIS.

EPI-

EPITOME ALTERA HISTORIÆ ROMANÆ:

Sive

Argumenta librorum T. Livii, etiam illorum, qui interciderunt, eodem Floro, ut vulgò volunt, auctore.

EPITOME HISTORIARUM T. LIVII

LIBRI I.

ADventus Æneæ in Italiam, & res ab eo gestæ: Ascanii regnum Albæ, & Silvii Æneæ, ac deinceps Silviorum regum, primo libro continentur. Numitoris filia à Marte compressa, nati Romulus & Remus: Amulius obtruncatus. Urbs à Romulo condita. Senatus lectus. Cum Sabinis bellatum. Opima spolia Jovi Feretrio lata. In curias populus divisus. Fidenates & Vejentes victi. Romulus consecratus. Numa Pompilius ritus sacrorum tradidit: Jano templum constituit: ejusque portam, pacatis omnibus circa populis, primus clausit: cum Dea Ægeria sibi congressus nocturnos esse simulans, feroces populi animos ad religionem perpulit: Tullus Hostilius Albanos bello petiit. Posthæc Tergeminorum pugna. Horatius absolutus. Metii Suffetii supplicium: Alba diruta: Albani in civitatem recepti: Sabinis bellum indictum. Ad postremum fulmine

Tullus

Tullus abſumptus eſt. Ancus Marcius cæremonias à Numâ inſtitutas renovavit : Latinis victis, & ad civitatem aſcitis, montem Aventinum aſſignavit : Politorium urbem Latinorum bello repetitam, quam priſci Latini occupaverant, diruit : pontem Sublicium in Tiberim fecit : Janiculum collem urbi addidit : fines imperii protulit : Oſtiam condidit. Regnavit annos XXXIII. Eo regnante, Lucumo, Damarati Corinthii filius, à Tarquiniis, Etruriæ civitate, Romam venit, & in amicitiam Anci receptus, Tarquinii nomen ferre cœpit, &, poſt mortem Anci, regnum excepit. Centum additis, patrum numerum auxit : Latinos ſubegit, circum deſignavit, ludos edidit : Sabinorum bello peritus, equitum centurias ampliavit. Tentandæ ſcientiæ cauſa Attii Navii auguris, conſuluiſſe fertur, an id, de quo cogitaret, effici poſſet : quod cum ille fieri poſſe reſpondiſſet, juſſiſſe eum novaculâ cotem præcidere, idque protinùs ab Attio factum. Sabinos præterea acie vicit : urbem muro circumdedit : cloacas fecit : occiſus eſt ab Anci filiis, cum regnaſſet annos XXXVIII. Succeſſit ei Ser. Tullius, natus ex captivâ nobili Corniculanâ ; cui puero adhùc in cunis poſito caput arſiſſe traditum eſt. Is Vejentes atque Etruſcos prœlio fudit. Cenſum primus omnium egit. Luſtrum condidit, quo cenſa octoginta millia eſſe dicuntur. Claſſes centuriaſque deſcripſit. Pomœrium protulit : Colles urbi, Quirinalem, Viminalem, Eſquilinumque adjecit. Templum Dianæ cum Latinis in Aventino fecit. Interfectus eſt à L. Tarquinio, Priſci filio, conſilio filiæ ſuæ Tulliæ, cum regnaſſet annos triginta quatuor. Poſt hunc L. Tarquinius Superbus, neque Patrum, neque populi juſſu, regnum invaſit : quo die ſcelerata Tullia per patris jacentis corpus carpentum egit. Armatos circa ſe ad cuſtodiam corporis ſui habuit. Turnum Herdonium fraude interemit. Bellum cum Volſcis geſſit : & ex eorum prædâ templum Jovi in Capitolio fecit. Terminus & Juventas non addixêre : quorum aræ moveri non potuerunt : Filii Sexti Tarquinii dolo Gabios in poteſtatem ſuam redegit. Hujus filiis Delphos profectis, & conſulentibus, quis eorum regnaturus eſſet Romæ, dictum eſt, eum regnaturum, qui primum matrem oſculatus eſſet. Quod reſponſum cum ipſi aliter inter-

interpretarentur. Junius Brutus, qui cum iis profectus erat, prolapsum se simulavit, & terram osculatus est: idque factum ejus eventum rei comprobavit. Nam cum imponenter se gerendo Tarquinius Superbus omnes in odium sui adduxisset; ad ultimum, propter expugnatam nocturna vi à Sexto, filio ejus, Lucretiæ pudicitiam, quæ, vocato patre ad se Tricipitino, & viro Collatino, obtestata, ne inulta mors ejus esset, cultro se interemit; Bruti operâ maximè expulsus est, cum regnasset annos viginti quinque. Tunc consules primum creati sunt, L. Junius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus.

EPITOME LIBRI II

BRutus jurejurando populum astrinxit, neminem regnare Romæ passurum Tarquiniorum. Collatinum collegam suum, propter affinitatem Tarquiniorum suspectum, coëgit consulatu se abdicare, & civitate cedere: bona regum diripi jussit: agrum Marti consecravit: qui Campus Martius nominatus est: adolescentes nobiles, in quibus suos quoque & sororis filios, quia conjuraverant de recipiendis regibus, securi percussit: servo indici, cui Vindicius nomen fuit, libertatem dedit: ex cujus nomine vindicta est appellata. Cum adversus reges, qui, contractis Vejentium & Tarquiniensium copiis, bellum intulerant, exercitum duxisset, in acie cum Arunte, filio Superbi, commortuus est: eumque matronæ annum luxerunt. P. Valerius consul legem de provocatione ad populum tulit. Capitolium dedicatum est. Porsena Rex Clusinorum, bello pro Tarquiniis suscepto, cum ad Janiculum veniisset, ne Tiberim transirer, virtute Coclitis Horatii prohibitus est: qui, dum alii pontem sublicium rescindunt, solus Etruscos sustinuit: &, ponte rupto, armatus se in flumen misit: & ad suos tranavit. Alterum accessit virtutis exemplum à Mucio: qui, cum ad feriendum Porsenam castra hostium intrasset, occiso scribâ, quem regem esse putabat, comprehensus, impositam altaribus manum, in quibus sacrificatum erat, exuri passus est: dixitque, tales trecentos esse conjuratos in mortem ipsius regis: quorum admiratione coactus

coactus Porſena pacis conditiones ferre, bellum omiſit, acceptis obſidibus : ex quibus virgo una Clœlia, deceptis cuſtodibus, per Tiberim ad ſuos tranavit : & cùm reddita eſſet Porſenæ ; honorificè remiſſa, equeſtrique ſtatuâ donata eſt. Ap. Claudius ex Sabinis Romam transfugit : ob hoc Claudia tribus adjecta eſt. Numerus tribuum ampliatus eſt, ut eſſent viginti una. Adverſus Tarquinium Superbum, cum Latinorum exercitu bellum inferentem, A. Poſthumius Dictator proſperè pugnavit apud lacum Regillum. Plebs, cùm proprer nexos ob æs alienum, Sacrum in montem ſeceſſiſſet, conſilio Menenii Agrippæ ſeditione revocata eſt. Idem Agrippa cùm deceſſiſſet, propter paupertatem publico impendio elatus eſt. Tribuni plebis quinque creati ſunt. Oppidum Volſcorum Corioli captum eſt virtute & operâ C. Marcii, qui ob hoc Coriolanus vocatus eſt. Tib. Atinius, vir de plebe, cùm in viſu admonitus eſſet, ut de quibuſdam religionibus ad Senatum perferret, & neglexiſſet, amiſſo filio, debilis factus, poſtea quam delatus ad Senatum lectica, eadem illa indicaverat, uſu pedum recepto, domum reverſus eſt. Cùm C. Marcius Coriolanus, qui in exilium erat pulſus, dux Volſcorum factus, exercitum hoſtium urbi Romæ admoviſſet, & miſſi ad eum primum legati, poſteà ſacerdotes fruſtrà deprecati eſſent, ne bellum patriæ inferret : Veturia mater, & Volumnia uxor impetraverunt ab eo, ut recederet. Lex agraria primùm lata eſt. Sp. Caſſius conſularis regni crimine damnatus eſt, necatuſque. Oppia virgo Veſtalis ob inceſtum viva defoſſa eſt. Cùm vicini hoſtes Vejentes, incommodi magis, quam graves eſſent, familia Fabiorum id bellum gerendum depopoſcit : miſitque in id trecentos ſex armatos : qui ad Cremeram ad unum ab hoſtibus cæſi ſunt : uno impubere domi relicto. Appius Claudius conſul, cum adverſus Volſcos contumaciâ exercitus malè pugnatum eſſet, decimum quemque militum fuſte percuſſit. Res præterea adverſum Volſcos, & Æquos & Vejentes, & ſeditiones inter Patres plebemque continet.

EPI-

Digitized by Google

EPITOME LIBRI III.

SEditiones de agrariis legibus factæ. Capitolium ab exulibus & ſervis occupatum, cæſis iis receptum eſt. Cenſus bis actus : priore luſtro cenſa civium capita centum quatuor & viginti millia ducenta quatuordecim, præter orbos, orbaſque : ſequenti, centum triginta duo millia quadringenta novem. Cum adverſus Æquos res malè geſta eſſet, L. Quintius Cincinnatus Dictator factus, cùm rure intentus ruſtico operi eſſet, ad id bellum gerendum accerſitus eſt. Is victos hoſtes ſub jugum miſit. Tribunorum plebis numerus ampliatus eſt : ut eſſent decem, trigeſimo ſexto anno à primis tribunis plebis. Petitis per legatos, & allatis Atticis legibus, ad conſtituendas eas proponendaſque Decem viri pro conſulibus ſine ullis aliis magiſtratibus creati, altero & trecenteſimo anno, quam Roma condita erat : & ut à regibus ad conſules, ita à conſulibus ad decemviros tranſlatum imperium. Ii decem tabulis legum poſitis, cùm modeſtè ſe in eo honore geſſiſſent, & ob id in alterum quoque annum eundem eſſe magiſtratum placuiſſet, cum complura impotenter feciſſent, magiſtratum noluerunt deponere, & in tertium annum retinuerunt : donec invicto eorum imperio finem attulit libido Ap. Claudii. Qui cum in amorem virginis incidiſſet, ſubmiſſo, qui eam in ſervitutem peteret ; neceſſitatem patri ejus Virginio impoſuit, rapto ex taberna proxima cultro, ut filiam interimeret, cum aliter eam tueri non poſſet, ne in poteſtatem ſtuprum illaturi veniret. Hoc tam magnæ luxuriæ exemplo plebs incitata, montem Aventinum occupavit, coëgitque Decemviros abdicare ſe magiſtratu : ex quibus Appius, & unus collegarum, qui præcipuè pœnam meruerant, in carcerem conjecti, cæteri in exilium acti. Res præterea contra Sabinos, & Volſcos, & Æquos proſperè geſtas continet : & parum honeſtum populi Romani judicium : qui judex inter Ardeates & Aricinos ſumptus, agrum, de quo ambigebatur, ſibi adjudicavit.

EPITOME LIBRI IV.

LEx de connubio Patrum & plebis à tribunis plebis, contentione magna, Patribus repugnantibus, perlata est. Tribuni militares. Aliquot annis res populi Romani domi militiæque per hoc genus magistratus administratæ. Item Censores tunc primum creati. Ager Ardeatinus Romani populi judicio ablatus, missis in eum colonis, restitutus est. Cum fame populus Romanus laboraret, Sp. Melius eques Romanus frumentum populo suâ impensâ largitus est: & ob id factum conciliata sibi plebe, regnum affectans, à C. Servilio Ahala, magistro equitum, jussu Quintii Cincinnati Dictatoris, occisus est: L. Minutius index bove aurata donatus est. Legatis Romanis à Fidenatibus occisis, quoniam ob Rempublicam occubuerant, statuæ in Rostris positæ sunt. Cornelius Cossus Tribunus militum, occiso Tolumnio rege Vejentium, opima spolia secunda retulit. Mamercus Æmilius Dictator, censuræ honore, qui antea per quinquennium gerebatur, anni & sex mensium spatio finito, ob eam rem à Censoribus notatus est. Fidenæ in potestatem redactæ, eòque coloni missi sunt: quibus occisis, Fidenates cùm defeciissent à populo Romano, à Mamerco Æmilio Dictatore victi sunt, & Fidenæ captæ. Conjuratio servorum oppressa. Posthumius, Tribunus militum, propter crudelitatem ab exercitu occisus est. Stipendium ex ærario tum primum militibus datum. Res præterea gestas adversum Volscos & Vejentes, Fidenates, & Faliscos, continet.

EPITOME LIBRI V.

IN obsidione Vejorum hibernacula militibus facta sunt: ea res cum esset nova, indignationem Tribunorum plebis movit, querentium non dari plebi nec per hiemen militiæ requiem. Equites tum primum equis suis merere cœperunt. Cum inundatio ex lacu Albano facta esset, vates, qui eam rem interpretaretur de hostibus, captus est. Furius Camillus Dictator decem annos obsessos Vejos cepit: simulachrum Junonis Romam transtulit: decimam partem prædæ

prædæ Delphos Apollini misit. Idem tribunus militum, cum Faliscos obsideret, proditos hostium filios parentibus remisit: statimque deditione factâ, Faliscorum victoriam justitiâ consecutus est. Cum alter ex Censoribus C. Julius decessisset, in locum ejus M. Cornelius suffectus est: nec id postea factum est: quoniam eo lustro à Gallis Roma capta est. Furius Camillus, cum ei dies à L. Apulejo tribuno plebis dicta esset, in exilium abiit. Cum Senones Galli Clausium obsiderent, & legati, à Senatu missi ad componendam inter eos & Clusinos pacem, pugnantes contra Gallos in acie Clusinorum stetissent; hoc facto eorum concitati Senones urbem infesto exercitu petierunt, fusisque ad Alliam flumen Romanis, cepêre urbem, præter Capitolium, in quod se juventus contulerat: majores natu cum insignibus honorum, quos quisque gesserat, in vestibulis ædium sedentes occiderunt: & cum per aversam partem Capitolii jam in summum evasissent, proditi clangore anserum, M. Manlii præcipue operâ dejecti sunt: coactis deinde propter famem Romanis descendere, ut mille pondo auri darent, & hoc pretio finem obsidionis emerent; Furius Camillus Dictator absens creatus, inter pendendum aurum cum exercitu venit; & Gallos post sextum mensem urbe expulit, ceciditque. Ædes Ajo Loquutio facta, quo loco ante urbem captam vox audita erat, adventare Gallos. Dictum est ad Vejos, migrandum esse, propter incensam & dirutam urbem: quod consilium Camillo auctore discussum est. Movit populum vocis quoque omen ex centurione auditæ, qui, cum in forum venisset, manipulariis suis dixerat, Sta miles, hic optime manebimus.

EPITOME LIBRI VI.

RES adversus Æquos, & Volscos, & Prænestinos, prospere gestas continet. Quatuor tribus additæ, Stellatina, Sabatina, Tromentina, N. Arniensis. M. Manlius, qui Capitolium à Gallis defenderat, cum obstrictos ære alieno liberaret, nexos exsolveret, crimine affectati regni damnatus; de saxo Tarpejo dejectus est: in cujus notam Senatus-

consultum factum, ne cui de Manliâ gente Marco cognomen esset. C. Licinius, & L. Sestius trib. pleb. legem promulgarunt, ut consules etiam ex plebe fierent, qui ex Patribus creabantur: eamque legem cum magnâ contentione, repugnantibus Patribus, cùm eidem tribuni plebis per quinquennium soli magistratus fuissent, pertulerunt; & primus ex plebe consul L. Sestius creatus est. Lata est altera lex, ne cui plus quingentis jugeribus agri liceret possidere.

EPITOME LIBRI VII.

Duo novi magistratus adjecti sunt; prætura & ædilitas curulis. Pestilentiâ civitas laboravit, eamque insignem fecit mors Furii Camilli: cujus remedium & finis cùm per novas religiones quæreretur, ludi scenici tunc primùm facti sunt. Cùm dies L. Manlio dicta esset à M. Pomponio tribuno plebis, propter delectum acerbè actum, & T. Manlium filium, relegatum sine ullo crimine; adolescens ipse, cujus relegatio patri objiciebatur, venit in cubiculum tribuni, strictoque gladio coëgit eum in verba sua jurare, non perseveraturum se in accusatione. Tunc omnia pretiosa missa sunt in patentem voraginem urbis Romæ: in eam Curtius armatus equo se præcipitavit, eaque expleta est. T. Manlius adolescens, qui patrem à Tribunitiâ vexatione liberaverat, contra Gallum provocantem aliquem ex militibus Romanis, in singulare certamen descendit, eique occiso torquem aureum detraxit: quem ipse posteà tulit, & ex eo Torquatus est nuncupatus. Duæ tribus additæ, Pomtina & Publicia. Licinius Stolo lege ab ipso latâ damnatus est, quòd plus quingentis jugeribus agri possideret. M. Valerius tribunus militum Gallum, à quo provocatus erat, insidente galeæ corvo, & unguibus rostroque hostem infestante, interemit, & ex eo Corvini nomen accepit: consulque proximo anno creatus est ob virtutem, cùm vigesimum tertium ageret annum. Amicitia cum Carthaginensibus juncta. Campani, cum urgerentur à Samnitibus bello, auxilio adversus eos à senatu petito: cum id non impetrarent, urbem atque agros populo Romano dedide-

diderunt: ob quam cauſam ea, quæ populi Romani facta eſſent, defendi bello adversùs Samnites placuit. Cùm ab A. Cornelio conſule exercitus in iniquum locum deductus, in magno diſcrimine eſſet, P. Decii Muris tribuni militum operâ ſervatus eſt: qui occupato collo ſuper id jugum, in quo Samnites conſederant, occaſionem conſuli in æquiorem locum evadendi dedit: ipſe ab hoſtibus circumſeſſus erupit. Milites Romani, qui Capuæ in præſidio erant relicti, cùm de eâ occupandâ urbe conſpiraſſent, & detecto conſilio, metu ſupplicii a populo Romano defeciſſent; per M. Valerium Corvinum Dictatorem, qui conſilio ſuo eos à furore revocaverat, patriæ reſtituti ſunt. Res præterea contra Hernicos, & Gallos, & Tiburtes, & Privernatos, & Tarquinienſes, Samnites, & Volſcos proſperè geſtas continet.

EPITOME LIBRI VIII.

LAtini cum Campanis defecerunt, & miſſis legatis ad ſenatum conditionem tulerunt, ut, ſi pacem habere vellent, alterum ex Latinis conſulem facerent. Quâ legatione perlatâ, Prætor eorum Annius de Capitolio ita prolapſus eſt, ut exanimaretur. T. Manlius conſul filium, quod contra edictum adverſum Latinos, quamvis proſperè pugnaſſet, ſecuri percuſſit. Laborantibus in acie Romanis, P. Decius, tunc conſul cum Manlio, devovit ſe pro exercitu: &, concitato equo, cùm in medios hoſtes ſe intuliſſet, interfectus, morte ſuâ Romanis victoriam reſtituit. Latini in deditionem venerunt. T. Manlio in urbem reverſo, nemo ex juventute obviam proceſſit. Minucia Virgo veſtalis, inceſti damnata eſt. Auſonibus victis, in oppidum ex iis captum Cales colonia deducta eſt. Item Fregellæ colonia deductæ ſunt. Veneficium complurium matronarum deprehenſum: quarum plurimæ ſtatim epotis medicaminibus perierunt. Lex de veneficio tunc primùm conſtituta. Privernatibus, cùm rebellaſſent, victis civitas data eſt. Palæpolitani, bello & obſidione victi, in deditionem venerunt. Q. Publicio, qui eos obſederat primò, & imperium prolatum, & pro conſule decretus triumphus. Plebs nexu

liberata eſt, propter Lucii Papirii creditoris libidinem, qui C. Publio debitori ſuo ſtuprum inferre voluerat. Cum L. Papirius Dictator reverſus in urbem ab exercitu eſſet propter auſpicia repetenda, Q. Fabius magiſter equitum, occaſione rei bene gerendæ invitatus, contra edictum ejus proſpere adverſus Samnites pugnavit. Ob eam cauſam, cum Dictator de magiſtro equitum ſupplicium ſumpturus videretur, Fabius Romam profugit: &, cum cauſâ parum proficeret, populi precibus donatus eſt. Res præterea contra Samnites proſpere geſtas continet.

EPITOME LIBRI IX.

TItus Veturius, & Sp. Poſthumius apud Caudinas Furcas, deducto in locum iniquum exercitu, cum nulla ſpes evadendi eſſet, fœdere cum Samnitibus facto, & ſexcentis equitibus Romanis obſidibus datis, ita exercitum abduxerunt, ut omnes ſub jugum mitterentur: iidemque, auctore Sp. Poſthumio conſule, qui in ſenatu ſuaſerat, ut eorum deditione, quorum culpâ tam deforme fœdus ictum erat, publica fides liberaretur, cum duobus tribunis plebis, & omnibus, qui fœdus ſpoponderant, dediti Samnitibus, non ſunt recepti: nec multo poſt fuſis à Papirio Curſore Samnitibus, & ſub jugum miſſis, receptiſque ſexcentis equitibus Romanis, qui obſides dati erant, pudor prioris flagitii abolitus. Tribus duæ adjectæ ſunt. Ap. Claudius Cenſor aquam Claudiam perduxit: viam ſtravit, quæ Appia vocata eſt: libertinorum filios in ſenatum legit. Ideoque, quoniam is ordo videbatur inquinatus indignis, ſequentis anni conſules in ſenatu legendo obſervaverunt, quemadmodum ante per proximos Cenſores obſervatum fuerat. Res præterea contra Apulos, Etruſcos, Umbros, Marſos, Pelignos, Æquos & Samnites, quibus fœdus erat reſtitutum, proſpere geſtas continet. Flavius Scriba, libertino patre natus, Ædilis Curulis fuit: per forenſem factionem creatus: quæ cum comitia & campum turbaret, & in iis propter nimias vires dominaretur, à Q. Fabio Cenſore in quatuor tribus reducta eſt. Eaque res Fabio Max. nomen dedit. In hoc libro mentio Alexandri Magni,

Digitized by Google

Magni, qui temporibus his fuit: & æſtimatis populi Romani viribus, quæ tunc erant, colligit, ſi Alexander in Italiam trajeciſſet, non tam facilem ei victoriam de populo Romano fore, quam de iis gentibus, quas ad Orientem imperio ſuo ſubjecerat.

EPITOME LIBRI X.

COloniæ deductæ ſunt Sora ac Alba. Carſeoli Marſi in deditionem accepti. Collegium augurum ampliatum eſt, ut eſſent novem, cum antea quaterni fuiſſent. Lex de provocatione ad populum, à Valerio conſule tunc tertium lata eſt. Duæ tribus adjectæ ſunt, Anienſis & Terentina. Samnitibus bellum indictum; & adverſus eos ſæpe proſpere pugnatum. Cum adverſus Etruſcos, Umbros, Samnites, Gallos, P. Decio & Q. Fabio ducibus, pugnaretur, Romanuſque exercitus in maximo eſſet diſcrimine, P. Decius, ſecutus exemplum patris, devovit ſe pro exercitu, & morte ſuâ victoriam ejus pugnæ populo Romano dedit. Papirius Cenſor, Samnitium exercitum, qui jurejurando obſtrictus, quo majore conſtantiâ virtutis pugnaret, in aciem deſcenderat, fudit. Cenſus actus eſt. Luſtrum conditum: cenſa ſunt civium capita ducenta ſexaginta duo millia & trocenta viginti duo.

EPITOME LIBRI XI.

CUm Fabius Gurges conſul male adverſum Samnites pugnaſſet, & ſenatus de removendo eo ab exercitu ageret, Fabius Maximus pater deprecatus hanc ſibi ignominiam, eo maxime ſenatum movit, quod iturum ſe filio legatum pollicitus eſt, idque præſtitit: ejus conſiliis & operâ filius conſul adjutus, cæſis Samnitibus triumphavit. C. Pontium Imperatorem Samnitium, ductum in triumpho, ſecuri percuſſit. Cum civitas peſtilentiâ laboraret: miſſis legatis, ut Æſculapii ſignum Romam ab Epidauro transferrent; anguem, qui ſe in navem eorum contulerat, in quo ipſum numen eſſe conſtabat, deportavêre: eoque in inſulam Tiberis egreſſo, eodem loco ſedes Æſculapio con-

ſecrata eſt. L. Poſthumius conſularis, quoniam, cùm exercitui præeſſet, operâ militum in agro ſuo uſus erat, damnatus eſt. Cum Samnitibus, pacem petentibus, fœdus quartò renovatum eſt. Curius Dentatus conſul, Samnitibus cæſis, & Sabinis, qui rebellaverant, victis, & in deditionem acceptis, bis in eodem magiſtratu triumphavit. Coloniæ deductæ ſunt, Caſtrum, Sena, Adria. Triumviri capitales tunc primùm creati ſunt. Cenſu acto luſtrum conditum eſt: cenſa ſunt civium capita ducenta ſeptuaginta tria millia. Plebs, propter æs alienum, & graves & longas ſeditiones, ad ultimum ſeceſſit in Janiculum: unde à Q. Hortenſio Dictatore deducta eſt; iſque in ipſo magiſtratu deceſſit. Res præterea contra Volſinienſes geſtas continet: item adverſus Lucanos, contra quos auxilium Thurinis ferre placuerat.

EPITOME LIBRI XII.

CUm legati Romanorum à Gallis Senonibus interfecti eſſent, bello ob id Gallis indicto, L. Cæcilius prætor cum legionibus ab iis cæſus eſt. Cùm à Tarentinis claſſis Romana direpta eſſet, Duumviro, qui præerat claſſi, occiſo, legati ad eos à ſenatu, ut de iis injuriis quererentur, miſſi, pulſati ſunt: ob id, bellum iis indictum eſt. Samnites defecerunt. Adverſus eos, Lucanos, & Bruttios, & Etruſcos, aliquot prœliis à compluribus ducibus benè pugnatum eſt. Pyrrhus, Epirotarum rex, ut auxilium ferret Tarentinis, in Italiam venit. Cùm in præſidium Rheginorum legio Campana cum præfecto Decio Jubellio miſſa eſſet, occiſis Rheginis Rhegium occupavit.

EPITOME LIBRI XIII.

VAlerius Lævinus conſul parùm proſperè adverſus Pyrrhum pugnavit: elephantorum maximè inuſitatâ facie territis militibus. Poſt prœlium, cùm corpora Romanorum, qui in acie ceciderant, Pyrrhus inſpiceret, omnia verſa in hoſtem invenit: populabunduſque ad urbem Romam proceſſit. C. Fabricius, miſſus ad eum a ſenatu, ut

Digitized by Google

ut de redimendis captivis ageret, fruſtrà, ut patriam deſereret, à Rege tentatus eſt: captivi ſine pretio remiſſi ſunt. Cyneas legatus à Pyrrho ad ſenatum miſſus, petiit, ut componendæ pacis causâ rex in urbem reciperetur: de quâ re cùm ad frequentiorem ſenatum referri placuiſſet, Ap. Claudius, qui propter valetudinem oculorum jam diu conſiliis publicis ſe abſtinuerat, venit in curiam, & ſententiâ ſuâ tenuit, ut id Pyrrho negaretur. Cn. Domitius Cenſor primus ex plebe luſtrum condidit: cenſa ſunt civium capita ducenta ſeptuaginta octo millia ducenta viginti duo. Iterum adverſus Pyrrhum dubio eventu pugnatum eſt. Cum Carthaginienſibus quartò fœdus renovatum eſt. Cùm C. Fabricio conſuli is, qui ad eum à Pyrrho transfugerat, polliceretur, ſe regi venenum daturum, cum indicio ad regem remiſſus eſt. Res prætereà contra Etruſcos, Lucanos, Bruttios, & Samnites, proſperè geſtas, continet.

EPITOME LIBRI XIV.

PYrrhus in Siciliam trajecit. Cum inter alia prodigia fulmine dejectum eſſet in Capitolio Jovis ſignum, caput ejus per aruſpices inventum eſt. Curius Dentatus, cum delectum haberet; ejus, qui citatus non reſponderat, bona primus vendidit. Pyrrhum iterum ex Siciliâ in Italiam reverſum vicit, & Italiâ expulit. Fabricius Cenſor P. Cornelium Rufinum conſularem ſenatu movit, quòd is decem argenti pondo facti haberet. Luſtro à Cenſoribus condito, cenſa ſunt capita civium ducenta ſeptuaginta unum millia ducenta viginti quatuor. Cum Ptolomæo, Ægypti rege, ſocietas juncta eſt. Sextilia virgo Veſtalis, damnata inceſti, viva defoſſa eſt. Coloniæ deductæ ſunt, Poſidonia, & Coſſa. Carthaginienſium claſſis auxilio Mamertinis venit: quo facto ab iis fœdus violatum eſt. Res prætereà contra Lucanos, Samnites & Bruttios feliciter geſtas, & Pyrrhi regis mortem continet.

EPITOME LIBRI XV.

VIctis Tarentinis pax & libertas data eſt. Legio Campana, quæ Rhegium occupaverat, obſeſſa, deditione fâctâ, ſecuri percuſſa eſt. Cum legatos Apolloniatium ad ſenatum miſſos quidam juvenes pulſaſſent, dediti ſunt Apolloniatibus. Picentibus victis pax data: coloniæ deductæ, Ariminum in Piceno, Beneventum in Samnio. Tunc primum populus Romanus argento uti cœpit. Umbri & Sallentini victi, in deditionem accepti ſunt. Quæſtorum numerus ampliatus eſt, ut eſſent octo.

EPITOME LIBRI XVI.

ORigo Carthaginienſium, & primordia urbis referuntur; contra quos, & Hieronem regem Syracuſanorum, auxilium Mamertinis ferendum cenſuit ſenatus. Cum de ea re inter ſuadentes, ut id fieret, diſſuadenteſque, contentio fuiſſet, tranſgeſſiſque tum primum mare equitibus Romanis, adverſus Hieronem ſæpius bene pugnatum. Petenti pax data eſt. Luſtrum à Cenſoribus conditum: cenſa ſunt civium capita ducenta nonaginta duo millia ducenta viginti quatuor. Decimus Junius Brutus munus gladiatorium in honorem defuncti patris edidit primus. Colonia Æſernia deducta eſt. Res præterea contra Pœnos & Volſcos proſpere geſtas continet.

EPITOME LIBRI XVII.

CN. Cornelius Conſul à claſſe Punicâ circumventus, & per fraudem, velut in colloquium evocatus, captus eſt. C. Duillius Conſul adverſus claſſem Pœnorum proſpere pugnavit, primuſque omnium Romanorum ducum, navalis victoriæ duxit triumphum: ob quam cauſam ei perpetuus honos habitus eſt, ut revertenti à cœna, tibicine canente, funale præferretur. L. Cornelius Conſul in Sardinia & Corſica contra Sardos, & Corſos, & Hannonem, Pœnorum ducem, feliciter pugnavit. Attilius Calatinus

Digitized by Google

nus Conſul, cum in locum iniquum, à Pœnis circumſeſſum temere duxiſſet exercitum, M. Calpurnii tribuni militum virtute & operâ evaſit: qui, cum trecentis militibus eruptione factâ, hoſtes in ſe converterat. Annibal, dux Pœnorum, victâ claſſe, cui præfuerat, à militibus ſuis in crucem ſublatus eſt.

EPITOME LIBRI XVIII.

ATtilius Regulus Conſul, victis navali prœlio Pœnis, in Africam trajecit, & ibi ſerpentem portentoſæ magnitudinis cum magnâ militum clade occîdit; &, cum aliquot prœliis bene adverſum Carthaginienſes pugnaſſet, ſucceſſorque ei à ſenatu proſpere bellum gerenti non mitteretur, id ipſum per literas ad ſenatum miſſas queſtus eſt: in quibus inter cauſas petendi ſucceſſoris, quod agellus ejus à mercenariis eſſet deſertus. Quærente deinde fortunâ, ut magnum utriuſque caſus exemplum in Regulo proderetur, accerſito à Carthaginienſibus Xantippo, Lacedæmoniorum duce, victus prœlio, & captus eſt. Res deinde à ducibus Romanis omnibus terrâ marique proſperè geſtas, deformavêre naufragia claſſium. Tib. Coruncanus, primus ex plebe Pontifex Maximus creatus eſt. P. Sempronius Sophus, Manius Valerius Maximus Cenſores, cum Senatum legerent, tredecim ſenatu moverunt: luſtrum condiderunt, quo cenſa ſunt civium capita ducenta nonaginta ſeptem millia ſeptuaginta nonaginta ſeptem. Regulus miſſus à Carthaginienſibus ad ſenatum, ut de pace, &, ſi eam non poſſet impetrare, de captivis commutandis ageret; jurejurando aſtrictus eſt, rediturum ſe Carthaginem, ſi commutari captivos non placuiſſet. Utrumque negandi auctor ſenatui fuit: & cum fide cuſtodiâ reverſus eſſet, ſupplicio à Carthaginienſibus de eo ſumpto, periit.

EPITOME LIBRI XIX.

CÆcilius Metellus, rebus adverſus Pœnos proſperè geſtis, ſpecioſiſſimum egit triumphum; tredecim ducibus hoſtium, & centum viginti elephantis in eo ductis. Clau-

dius Pulcher Consul contra auspicia profectus, jussis immergi pullis, qui cibari nolebant, infeliciter adversùs Carthaginienses classe pugnavit: & revocatus à senatu, jussusque Dictatorem dicere, Claudium Glauciam dixit, sortis ultimæ hominem: qui, coactus abdicare se magistratu, posteà ludos prætextatus spectavit. Attilius Calatinus primus Dictator extra Italiam exercitum duxit. Cum Pœnis captivorum commutatio facta est. Coloniæ deductæ sunt, Fregena, & in agro Sollentino Brundusium. Lustrum à Censoribus conditum est: censa sunt civium capita ducenta quinquaginta unum millia ducenta viginti duo. Claudia, soror Claudii, qui contemtis auspiciis malè pugnaverat, à ludis revertens, cùm turbâ premeretur, dixit, *Utinam frater meus viveret, iterùmque classem duceret!* ob eam causam mulcta ei dicta est. Duo Prætores tùm primùm creati sunt. Cæcilius Metellus Pontifex Maximus, A. Posthumium consulem, quoniam idem & flamen Martialis erat, cùm is ad bellum gerendum proficiscì vellet, in urbe tenuit, nec passus est à sacris recedere. Rebus adversus Pœnos à pluribus ducibus prospere gestis, summam victoriæ C. Luctatius consul, victâ ad Ægates insulas classe Pœnorum, imposuit. Petentibus Carthaginiensibus pax data est. Cum templum Vestæ arderet, Cæcilius Metellus, Pontifex Maximus, ex incendio sacra rapuit. Duæ tribus adjectæ sunt, Velina, & Quirina. Falisci cum rebellassent, sexto die perdomiti, in deditionem venerunt.

EPITOME LIBRI XX.

SPoletium colonia deducta. Adversus Ligures tunc primum exercitus promotus est. Sardi & Corsi, cum rebellassent, subacti sunt. Tutia, virgo Vestalis, incesti damnata est. Bellum Illyriis, propter unum ex legatis, qui ad eos missi erant, occisum, indictum est: subactique in deditionem venerunt. Prætorum numerus ampliatus est, ut essent quatuor. Galli Transalpini, qui in Italiam irruperant, cæsi sunt. Eo bello populus Romanus sui Latinique nominis, trecenta millia armatorum habuisse dicitur. Exercitibus Romanis tum primum trans Padum ductis, Galli

In-

Digitized by Google

Insubres aliquot prœliis fusi, in deditionem venerunt. M. Claudius Marcellus consul, occiso Insubrium Gallorum duce Viridomaro, opima spolia retulit. Istri subacti sunt: item Illyrii, cum rebellassent, domi in deditionem venerunt. Lustrum à Censoribus conditum est; quo censa sunt civium capita ducenta septuaginta millia ducenta tredecim. Libertini in quatuor tribus redacti sunt, cum antea dispersi fuissent; Esquilinam, Palatinam, Suburranam, Collinam. C. Flaminius Censor viam Flaminiam munivit, & circum Flaminium extruxit. Coloniæ deductæ, in agro de Gallis capto, Placentia & Cremona.

EPITOME LIBRI XXI.

IN Italiâ belli Punici secundi acta narrantur: & Annibalis Pœnorum ducis contra fœdus per Iberum amnem transitus: à quo Saguntum, sociorum populi Romani civitas, octavo mense capta est: de quibus injuriis missi legati ad Carthaginienses, qui quererentur: cum satisfacere nollent, bellum iis indictum est. Annibal, superato Pyrenæo saltu, per Gallias fusis Volscis, qui obsistere conati erant, ad Alpes venit: & laborioso per eas transitu (cum montanos quoque Gallos obvios aliquot prœliis repulisset) descendit in Italiam, & ad Ticinum amnem Romanos equestri prœlio fudit: in quo vulneratum P. Cornelium Scipionem protexit filius, qui Africani postea nomen accepit: iterumque exercitu Romano ad flumen Trebiam fuso, Annibal Apenninum quoque, per maximam militum vexationem propter vim tempestatum, transiit. C. Cornelius Scipio in Hispaniâ contra Pœnos prosperè pugnavit, duce hostium Magone capto.

EPITOME LIBRI XXII.

ANnibal, per continuas vigilias in paludibus oculo amisso, venit in Etruriam: per quas paludes quatriduo & tribus noctibus sine ullâ requie iter fecit. C. Flaminius consul, homo temerarius, contra auspicia profectus, signis militaribus effossis, quæ tolli non poterant, & ab

equo, quem conſcenderat, per caput devolutus, inſidiis ab Annibale circumventus, ad Thraſymenem lacum cum exercitu cæſus eſt. Sex millia quæ eruperant, fide ab Maharbale datâ, perfidiâ Annibalis vincta ſunt. Cum ad nuntium cladis Romæ luctus eſſet, duæ matres inſperato receptis filiis gaudio mortuæ ſunt. Ob hanc cladem ex Sibyllinis libris ver ſacrum votum. Cum deinde Q. Fabius Maximus Dictator, adverſus Annibalem miſſus, nollet acie cum eo confligere, ne contra ferocem tot victoriis hoſtem territum adverſis prœliis militem pugnæ committeret, & opponendo ſe tantummodo conatus Annibalis impediret: M. Minucius magiſter equitum, ferox & temerarius criminando Dictatorem, tanquam ſegnem, & timidum, effecit, ut populi juſſu ei imperium cum Dictatore æquaretur: diviſoque exercitu, cum in iniquo loco conflixiſſet, & in maximo diſcrimine legiones ejus eſſent; ſuperveniente cum exercitu Fabio Maximo, diſcrimine liberatus eſt: quo beneficio victus, caſtra cum eo junxit, & patrem eum ſalutavit: idemque facere milites juſſit. Annibal, vaſtatâ Campaniâ, inter Caſilinum oppidum & Calliculam montem à Fabio clauſus, ſarmentis ad cornua boum ligatis & incenſis, præſidium Romanorum, quod Calliculam inſidebat, fugavit: & ſic tranſgreſſus eſt ſaltum: idemque Fabii Maximi Dictatoris, cum circumpoſita ureret, agro pepercit, ut illum tanquam proditorem ſuſpectum faceret. Æmilio deinde Paulo & Terentio Varrone conſulibus & ducibus, cum maximâ clade adverſus Annibalem ad Cannas pugnatum eſt: cæſaque eo prœlio Romanorum quadraginta quinque millia, cum Paulo conſule & ſenatoribus octoginta; conſularibus atque prætoriis aut ædilitiis triginta. Poſt quam cladem, cum à nobilibus adoleſcentibus propter deſperationem, conſilium de relinquenda Italiâ iniretur, P. Cornelius Scipio tribunus militum, qui poſtea Africanus nuncupatus eſt, ſtricto ſuper capita deliberantium ferro, juravit ſe pro hoſte habiturum eum, qui in verba ſua non juraſſet: effecitque ut omnes, minime relictum iri à ſe Italiam, jurejurando aſtringerentur. Præterea trepidationem urbis & luctum, & res in Hiſpania meliore eventu geſtas continet. Opima, &

Floro-

Floronia, Veſtales virgines, inceſti damnatæ. Propter paucitatem vero militum, ſervorum octo millia armata ſunt: captivi, cum poteſtas eſſet redimendi, redempti non ſunt. Varroni obviam itum eſt, & gratiæ actæ, quod de Republ. non deſperaſſet.

EPITOME LIBRI XXIII.

CAmpani ad Annibalem defecere. Nuntius Cannenſis victoriæ Mago Carthaginem miſſus, annulos aureos à digitis occiſorum Romanorum detractos, in veſtibulo curiæ effudit: quos exceſſiſſe modii menſuram traditur. Poſt quem nuntium Hanno, ex Pœnis nobiliſſimus, ſuadebat ſenatui Carthaginienſium, ut pacem à populo Romano peterent: nec tenuit, obſtrepente Barchinâ factione. Cl. Marcellus prætor ad Nolam, eruptione adverſus Annibalem ex oppido facta, proſpere pugnavit. Exercitus Annibalis per hiberna Capuæ ita luxuriatus eſt, ut corporum viribus atque animorum enervaretur. Caſilinum à Pœnis obſeſſum, ita fame vexatum eſt, ut lora & pelles ſcutis detractas, item mures, eſſent; & nucibus per Vulturnum amnem à Romanis miſſis vixerint. Senatus ex equeſtri ordine hominibus centum nonaginta ſeptem ſuppletus eſt. L. Poſthumius Prætor à Gallis cum exercitu cæſus eſt. Cn. & P. Scipiones in Hiſpania Aſdrubalem vicerunt, & Hiſpaniam ſuam fecerunt. Reliquiæ Cannenſis exercitus in Siciliam relegatæ ſunt: ne recederent inde, niſi finito bello. Inter Philippum Macedonum regem, & Annibalem, ſocietas juncta eſt. Sempronius Gracchus conſul Campanos cecidit. Præterea in Sardinia feliciter à T. Manlio Prætore adverſus Pœnos Sardoſque res geſtas continet: à quo Aſdrubal dux, & Mago & Hanno capti. Claudius Marcellus Prætor, Annibalis exercitum ad Nolam prœlio fudit, & vicit: primuſque tot cladibus feſſis Romanis meliorem ſpem belli dedit.

EPI-

EPITOME LIBRI XXIV.

Hieronymus, Syracuſanorum rex, cujus avus Hiero amicus populo Romano fuerat, ad Carthaginienſes defecit: &, propter crudelitatem ſuperbiamque, à ſuis interfectus eſt. T. Sempronius Gracchus, proconſul, proſpere adverſus Pœnos & Hannonem ducem ad Beneventum pugnavit; ſervorum maxime operâ, quos liberos eſſe juſſit. Claudius Marcellus, conſul, in Sicilia, quæ prope tota ad Pœnos defecerat, Syracuſas obſedit. Philippo, Macedonum regi, bellum indictum eſt: qui ad Apolloniam nocturno prœlio oppreſſus, fugatuſque, in Macedoniam cum prope inermi exercitu perfugit: ad id bellum gerendum Valerius Prætor miſſus. Res præterea in Hiſpania à P. & Cn. Scipionibus adverſus Carthaginienſes geſtas continet. Syphax, rex Numidarum, in amicitiam aſcitus, & à Maſiniſsâ, rege Maſſyliorum, pro Carthaginienſibus pugnante, victus, in Hiſpaniam ad Scipionem cum maximâ manu tranſit contra Gades: ubi anguſto freto Africa & Hiſpania dirimuntur. Celtiberi quoque in amicitiam recepti: quorum auxiliis aſcitis, tunc primum mercenarium militem Romana caſtra habuerunt.

EPITOME LIBRI XXV.

P. Cornelius Scipio, poſtea Africanus, ante annos Ædilis factus eſt. Annibal urbem Tarentum, præter arcem, per Tarentinos juvenes, qui ſe noctu venatum ire ſimulaverant, cepit. Ludi Apollinares ex Marcii carminibus, quibus Cannenſis clades prædicta fuerat, inſtituti ſunt. A. Q. Fulvio & Ap. Claudio conſulibus, adverſus Hannonem, Pœnorum ducem, proſpere pugnatum eſt. T. Sempronius Gracchus, proconſul, ab hoſpite ſuo Lucano in inſidias deductus, à Magone interemptus eſt. Centenius Penula, qui centurio militaverat, cum petiiſſet à ſenatu, ut ſibi exercitus daretur, pollicituſque eſſet, ſi hoc impetraſſet, de Annibale victoriam; octo millibus acceptis, militum dux factus, conflixit acie cum Annibale, & cum exercitu cæſus eſt. Cn. Fulvius Prætor male adver-

Digitized by Google

verſus Annibalem pugnavit : in quo prœlio hominum ſexdecim millia ceciderunt : ipſe cum equitibus ducentis effugit. Capua obſeſſa eſt à Q. Fulvio & Ap. Claudio Conſulibus. Claudius Marcellus Syracuſas expugnavit anno tertio, & ingentem ſe virum geſſit : in eo tumultu urbis captæ, Archimedes intentus formis, quas in pulvere deſcripſerat, interfectus eſt. P. & Cn. Scipiones in Hiſpania tot tantarumque rerum feliciter geſtarum triſtem exitum tulerunt : prope cum totis exercitibus cæſi, anno octavo, quam in Hiſpaniam iverant : amiſſaque provinciæ poſſeſſio foret, niſi L. Marcii equitis Romani virtute, & induſtria, contractis exercituum reliquiis, ejuſdem hortatu, bina caſtra hoſtium expugnata eſſent. Ad triginta ſeptem millia cæſa : ex mille octingentis præda ingens capta. Dux Marcius appellatus eſt.

EPITOME LIBRI XXVI.

ANnibal ad tertium ab urbe Roma lapidem ſuper Anienem caſtra poſuit : ipſe verò cum duobus millibus equitum uſque ad ipſam Capenam portam, ut urbis ſitum exploraret, obequitavit : & cum per triduum in aciem utrimque exercitus omnis deſcendiſſet, certamen tempeſtas diremit : nam cum in caſtra rediiſſent, ſtatim ſerenitas erat. Capua capta eſt à Q. Fulvio, & Ap. Claudio Coſſ. Principes Campanorum veneno ſibi conſciverunt mortem. Cum ſenatus Campanorum deligatus eſſet ad palos, ut ſecuri feriretur : literas à ſenatu miſſas Q. Fulvius conſul, quibus jubebatur parcere, antequam legeret, in ſinu poſuit, & lege agi juſſit, & ſupplicium peregit. Cum in comitiis apud populum quæreretur, cui mandaretur Hiſpaniarum imperium ; nullo id volente ſuſcipere, P. Scipio, P. filius, qui in Hiſpania ceciderat, profeſſus eſt, ſe iturum, & ſuffragio populi conſenſuque omnium miſſus, Novam Carthaginem uno die expugnavit, cum ageret vigeſimum quartum annum ; videreturque divinâ ſtirpe creatus : quoniam & ipſe, poſteaquam togam acceperat, quotidie in Capitolio erat : & in cubiculo matris ejus anguis ſæpenumero videbatur. Res præterea in Sicilia geſtas continet, & amicitiam

citiam cum Ætolis junctam, bellumque gestum adversum Acarnanas, & Philippum Macedoniæ regem.

EPITOME LIBRI XXVII.

CN. Fulvius Proconsul cum exercitu ab Annibale ad Herdoneam cæsus est. Meliore eventu à Claudio Marcello consule adversus eundem ad Numistronem pugnatum est. Inde Annibal noctu recessit. Marcellus insecutus est, & subinde cedentem pressit, donec confligeret. Priore pugnâ Annibal superior fuit, Marcellus in sequenti. Fabius Maximus pater consul Tarentinos per proditionem recepit. In Hispania ad Betulam Scipio cum Asdrubale Amilcaris conflixit & vicit: inter alia captum puerum regalem eximiæ formæ ad avunculum Masiniſſam cum donis dimisit. Claudius Marcellus, T. Quintius Crispinus, consules, speculandi causâ egressi è castris, insidiis ab Annibale circumventi sunt. Marcellus occisus fuit, Crispinus fugit. Res præterea à P. Sulpicio Prætore adversus Philippum & Achæos gestas continet. Lustrum à Censoribus conditum est: censa sunt civium capita centum triginta septem millia centum & octo: ex quo numero apparuit, quantum hominum tot præliorum adversa fortuna populo Romano abstulisset. Asdrubal, qui cum exercitu novo transcenderat Alpes, ut se Annibali conjungeret, cum millibus hominum quinquaginta sex cæsus est, M. Livii consulis ductu; sed non minore opera Claudii Neronis consulis: qui cum Annibali oppositus esset, relictis castris, ita ut hostem falleret, electâ manu profectus, Asdrubalem circumvenit.

EPITOME LIBRI XXVIII.

REs in Hispania prosperè gestæ à Sullano Scipionis legato, & ab L. Scipione fratre adversus Pœnos, à Sulpitio proconsule, & ab Attalo Rege Asiæ adversus Philippum regem Macedonium pro Ætolis, referuntur. Cum M. Livio & Claudio Neroni consulibus triumphus decretus esset; Livius, qui in provincia sua rem gesserat, quadrigis invectus est: Nero, qui in collegæ provinciam, ut victoriam

ejus

Digitized by Google

ejus adjuvaret, venerat, equo eſt ſecutus: & in hoc habitu plus gloriæ reverentiæque habuit: nam & plus in bello, quam collega, fecerat. Ignis in æde Veſtæ negligentiâ virginis, quæ non cuſtodierat, extinctus eſt: virgo cæſa eſt flagro. P. Scipio in Hiſpania cum Pœnis debellavit, decimo quinto anno ejus belli, anno quinto poſtquam ierat: excluſique in totum poſſeſſione ejus hoſtibus, Hiſpaniam recepit: & à Tarracone in Africam ad Syphacem, regem Numidarum, duobus navigiis tranſvectus, fœdus junxit: Aſdrubal Giſgonis ibi cum eo in eodem lecto accubuit. Munus gladiatorium in honorem patris patruique Carthagini Novæ dedit: non ex gladiatoribus, ſed ex iis, qui aut in honorem ducis, aut ex provocatione in certamen deſcendebant: in quo reguli fratres de regno ferro contenderunt. Cum Aſtapa urbs ab Romanis oppugnaretur: oppidani liberos & conjuges rogo extructo occiderunt, & ſe inſuper præcipitaverunt. Ipſe Scipio, dum gravi modo implicitus eſſet, ſeditionem, in parte exercitus motam, confirmatus diſcuſſit: rebellanteſque Hiſpaniæ populos coëgit in deditionem venire. Et amicitia facta eſt cum Maſiniſsâ, rege Numidarum, qui illi auxilium, ſi in Africam trajeciſſet, pollicebatur: cum Gaditanis quoque poſt diſceſſum inde Magonis, cui ex Carthagine ſcriptum erat, in Italiam trajiceret. Romam reverſus, conſulque creatus: Africam provinciam petenti, contradicente Q. Fabio Maximo, Sicilia data eſt: permiſſumque ut in Africam trajiceret, ſi ex Republ. eſſe cenſeret. Mago, Amilcaris filius, à minore Baleari inſulâ, ubi hiemârat, in Italiam trajecit.

EPITOME LIBRI XXIX.

EX Sicilia C. Lælius in Africam à Scipione miſſus, ingentem prædam reportavit: & mandata Maſiniſſæ Scipioni exponit, conquerentis, quod nondum exercitum in Africam trajeciſſet. Bellum in Hiſpania finitum, victore Romano, quod Indibilis excitaverat, ipſe in acie occiſus. Mandonius, expoſcentibus Romanis, a ſuis deditus eſt. Magoni, qui in Gallia & Liguribus erat, ex Africa & militum ampla

ampla manus missa, & pecuniæ, quibus auxilia conduceret: præceptumque, ut se Annibali jungeret. Scipio à Syracusis in Bruttios trajecit, & Locros, pulso Punico præsidio, fugatoque Annibale, recepit. Pax cum Philippo facta est. Idæa mater deportata est Romam à Pessinunte, oppido Phrygiæ; carmine in libris Sibyllinis invento, *pelli Italiâ alienigenam hostem posse, si mater Idæa deportata Romam esset*: tradita autem est Romanis per Attalum regem Asiæ. Lapis erat, quem Matrem Deûm incolæ dicebant. Excepit P. Scipio Nasica, Cn. filius, ejus, qui in Hispania perierat, vir optimus à senatu judicatus; adolescens nondum quæstorius: quoniam ita responsum habebat: *ut numen id ab optimo viro reciperetur, consecraretur que.* Locrenses legatos Romam miserunt, qui de impotentia Q. Pleminii legati quererentur, quod pecuniam Proserpinæ abstulerat, & liberos eorum ac conjuges stupraverat, Pleminius, in catenis Romam perductus, in carcere mortuus est. Cum falsus rumor de P. Scipione proconsule, qui in Sicilia erat, in urbem perlatus esset, tanquam is luxuriaretur; missis ob hoc legatis à senatu, qui explorarent, an ea vera essent; purgatus infamiâ Scipio in Africam trajecit, senatus permissu. Syphax, acceptâ in matrimonium filiâ Asdrubalis Gisgonis, amicitiæ, quam cum Scipione ipse junxerat, renuntiavit. Masinissa, rex Masæsylorum, dum pro Carthaginiensibus in Hispania militat, amisso patre Galâ, de regno exciderat: quo per bellum sæpe repetito, aliquot prœliis à Syphace, rege Numidarum, victus, in totum privatus est: & cum ducentis equitibus exul Scipioni se junxit: & cum eo primo statim bello Hannonem, Amilcaris filium, cum amplâ manu interemit. Scipio, adventu Asdrubalis & Syphacis, qui prope cum centum millibus armatorum venerant, ab obsidione Uticæ depulsus, hiberna communivit. Sempronius consul in agro Crotoniensi prospere adversus Annibalem pugnavit. Lustrum à Censoribus conditum est: censa sunt civium capita ducenta quindecim millia. Inter Censores, Marcum Livium, & Claudium Neronem, notabilis discordia fuit. Nam & Claudius Livio collegæ equum ademit, quod à populo damnatus actusque in exilium fuerat: & Livius Claudio, quod falsum in se testimonium dixisset,

xiſſet, & quod non bona fide ſecum in gratiam rediiſſet. Idem omnes tribus, extra unam, ærarias reliquit, quod & innocentem ſe damnaſſent, & poſtea conſulem Cenſoremque feciſſent.

EPITOME LIBRI XXX.

IN Africa Scipio Carthaginienſes, & eundem Syphacem, Numidarum regem, Aſdrubalemque, pluribus prœliis vicit, adjuvante Maſiniſſâ, binaque hoſtium caſtra expugnavit: in quibus quadraginta millia hominum ferro ignique conſumpta ſunt. Syphacem per C. Lælium & Maſiniſſam cepit. Maſiniſſa Sophonisbam, uxorem Syphacis, filiam Aſdrubalis, captam, ſtatim adamat, & nuptiis factis uxorem habuit: caſtigatuſque à Scipione, venenum ei miſit: quo hauſto illa deceſſit. Effectumque eſt multis Scipionis victoriis, ut Carthaginienſes in deſperationem acti, in auxilium publicæ ſalutis Annibalem ex Italia revocarent: iſque annó decimo ſexto Italiâ diſcedens, in Africam trajecit, tentavitque per colloquium pacem cum Scipione componere: & cum de conditionibus pacis non conveniſſet, acie victus eſt. Pax Carthaginienſibus data eſt petentibus. Annibal Giſgonem, pacem diſſuadentem, manu ſua detraxit: excuſatâ deinde temeritate facti, ipſe pacem ſuaſit. Mago, qui bello in agro Inſubrium cum Romanis conflixerat, vulneratus, dum in Africam per legatos revocatus reverteretur, ex vulnere mortuus eſt. Maſiniſſæ regnum reſtitutum eſt. Reverſus in urbem Scipio, ampliſſimum nobiliſſimumque egit triumphum, quem Q. Terentius Culleo ſenator pileatus ſecutus eſt. Scipio Africanus (incertum, militari prius favore, an populari aurâ, ita cognominatus) primus certe hic imperator victæ à ſe nomine gentis nobilitatus eſt.

EPITOME LIBRI XXXI.

BElli adverſus Philippum, Macedoniæ regem, quod intermiſſum erat, repetiti, cauſſæ feruntur hæ. Tempore initiorum duo juvenes Acarnanes; qui non initiati erant, Athenas venerunt, & in ſacrarium Cereris cum aliis popu-

popularibus ſuis intraverunt: ob hoc, tanquam nefas ſummum commiſiſſent, ab Athenienſibus cæſi ſunt. Acarnanes mortibus ſuorum commoti, ad vindicandos illos auxilium à Philippo petierunt. Paucis menſibus poſt pacem Carthaginienſibus datam, quingenteſimo quadrageſimo anno ab urbe condita, cum Athenienſium, qui obſidebantur à Philippo, legati auxilium à ſenatu petiſſent: & ſenatus id cenſuiſſet ferendum, plebe, quod tot bellorum continuus labor gravis erat, diſſentiente, tenuit auctoritas Patrum, ut ſociæ civitati ferri opem populus juberet. Bellum id, P. Sulpicio conſuli mandatum eſt: qui, exercitu in Macedoniam ducto, equeſtribus prœliis cum Philippo proſpere pugnavit. Abydeni à Philippo obſeſſi, ad exemplum Saguntinorum, ſuos ſeque occiderunt. L. Furius Prætor Gallos Inſubres rebellantes, & Amilcarem Pœnum, bellum in ea parte molientem, acie vicit. Amilcar eo bello occiſus eſt, & millia hominum triginta quinque. Præterea expeditiones Philippi regis, & Sulpicii conſulis, expugnationeſque urbium, ab utroque factas, continet. Sulpicius conſul, adjuvantibus rege Attalo, & Rhodiis, bellum gerebat. Triumphavit de Gallis L. Furius Prætor.

EPITOME LIBRI XXXII.

COmplura prodigia ex diverſis regionibus nunciata referuntur: inter quæ, in Macedonia, in puppi longæ navis lauream eſſe natam. T. Quintius Flaminius conſul adverſus Philippum feliciter pugnavit in faucibus Epiri, fugatumque coëgit in regnum reverti. Ipſe Theſſaliam, quæ eſt vicina Macedoniæ, ſoliis Ætolis & Athamanibus, vexavit. L. Quintius Flaminius, conſulis frater, navali prœlio, Attalo rege & Rhodiis adjuvantibus, Eubœam & maritimam oram cepit. Achæi in amicitiam recepti ſunt. Conjuratio ſervorum facta de ſolvendis Carthaginienſibus obſidibus, oppreſſa eſt. Prætorum numerus ampliatus eſt, ut ſeni crearentur. Cornelius Cethegus conſul Gallos Inſubres prœlio fudit. Cum Lacedæmoniis, & tyranno eorum Nabide, amicitia juncta eſt. Præterea expugnationes urbium in Macedonia referuntur.

EPI-

Digitized by Google

EPITOME LIBRI XXXIII.

TItus Quintius Flaminius proconſul cum Philippo ad Cynoſcephalas in Theſſalia acie victo debellavit. L. Quintius Flaminius, frater proconſulis, Acarnanes, Leucade urbe, quod caput Acarnanum, expugnatâ, in deditionem accepit. C. Sempronius Tuditanus prætor à Celtiberis cum exercitu cæſus eſt. Attalus à Thebis ob ſubitam valetudinem Pergamum tranſlatus deceſſit. Pax petenti Philippo, Græciæ libertas data eſt. L. Furius Purpureo & Claudius Marcellus conſules, Bojos, & Inſubres Gallos ſubegerunt. Marcellus triumphavit. Annibal fruſtra in Africa bellum molitus, & ob hoc Romanis per epiſtolas adverſæ factionis principum delatus, propter metum Romanorum, qui legatos ad Carthaginienſium ſenatum de eo miſerant, profugus ad Antiochum, regem Syriæ, ſe contulit; bellum contra Romanos parantem.

EPITOME LIBRI XXXIV.

LEx Oppia, quam C. Oppius tribunus plebis bello Punico de fingendis cultibus matronarum tulerat, cum maximâ contentione abrogata eſt; cum Porcius Cato auctor fuiſſet, ne ea lex aboleretur. Is in Hiſpaniam profectus bello, quod Emporiis orſus eſt, citeriorem Hiſpaniam pacavit. T. Quintius Flamininus bellum adverſus Lacedæmonios, & tyrannum eorum Nabidem, proſpere geſtum, datâ iis pace, qualem ipſe voluit, liberatiſque Argis, qui ſub ditione tyranni erant, finivit. Senatus tunc primum ſecretus à populo ludos ſpectavit: ut id fieret, Sex. Ælius Pætus, & L. Cornelius Cethegus, cenſores intervenerunt, cum indignatione plebis. Coloniæ plures deductæ ſunt. M. Porcius Cato de Hiſpania triumphavit. Res præterea in Hiſpania, & adverſus Bojos & Inſubres Gallos, feliciter geſtæ referuntur. T. Quintius Flamininus, qui Philippum, Macedonum regem, & Nabidem, Lacedæmoniorum tyrannum, vicerat, Græciamque omnem liberaverat, ob hanc rerum geſtarum multitudinem triduo triumphavit. Legati

gati Carthaginienſium nunciaverunt, Annibalem, qui ad Antiochum confugerat, bellum cum eo moliri. Tentaverat autem Annibal per Ariſtonem Tyrium, ſine literis Carthaginem miſſum, ad rebellandum Pœnos concitare.

EPITOME LIBRI XXXV.

PUb. Scipio Africanus legatus ad Antiochum, Epheſi cum Annibale, qui ſe Antiocho junxerat, collocutus eſt: ut, ſi fieri poſſet, metum ei, quem ex populo Romano conceperat, eximeret. Inter alia cum quæreret, quem fuiſſe maximum imperatorem Annibal crederet; reſpondit: Alexandrum Macedonum regem: quod parva manu innumerabiles exercitus fudiſſet: quodque ultimas oras, quas viſere ſupra ſpem humanam eſſet, peragraſſet. Quærenti deinde quem ſecundum poneret, Pyrrhum, inquit, caſtra metari primum docuiſſe: ad hoc neminem elegantius loca cepiſſe, præſidia diſpoſuiſſe. Exequenti, quem tertium diceret; ſemetipſum dixit. Ridens Scipio, *Quidnam tu diceres, ſi me*, inquit, *viciſſes? Tunc vero*, inquit, *me & ante Alexandrum, & ante Pyrrhum, & ante alios poſuiſſem.* Inter cætera prodigia, quæ plurima fuiſſe traduntur, bovem Cn. Domitii conſulis locutum, *Roma cave tibi*, refertur. Apparant in Antiochum bellum Romani. Nabis, Lacedæmoniorum tyrannus, incitatus ab Ætolis, qui & Philippum, & Antiochum ad inferendum bellum populo Romano ſollicitabant, à populo Romano deſcivit: & bello adverſus Philopœmenem, Achæorum Prætorem, geſto, ab Ætolis interfectus eſt. Ætoli quoque ab amicitia populi Romani defecerunt: cum quibus ſocietate juncta Antiochus, Syriæ rex, cum bellum Græciæ intuliſſet, complures urbes occupavit: inter quas Chalcidem, & totam Euboeam. Res præterea, in Liguribus geſtas, & apparatum belli ab Antiocho, continet.

EPITOME LIBRI XXXVI.

MAnius Acilius Glabrio conſul, Antiochum apud Thermopylas, Philippo rege adjuvante, victum, Græciâ expulit, idemque Ætolos ſubegit. P. Cornelius Scipio Naſica

ſica conſul ædem matris Deum, quam ipſe in Palatium intulerat., vir optimus à ſenatu judicatus, dedicavit: idemque Bojos Gallos victos in deditionem accepit, & de iis triumphavit. Præterea navalia certamina proſpera adverſus præfectos Antiochi regis referuntur.

EPITOME LIBRI XXXVII.

LUcius Cornelius Scipio conſul, legato P. Scipione Africano, qui ſe legatum fratris futurum dixerat, ſi ei Græcia & Aſia provincia decerneretur, cum C. Lælio, qui multum in ſenatu poterat, ea provincia dari videretur; profectus ad bellum adverſus Antiochum gerendum, in Aſiam primus omnium Romanorum ducum trajecit. Æmilius Regillus adverſus regiam claſſem Antiochi feliciter pugnavit ad Myonneſum, Rhodiis adjuvantibus. Filius Africani ab Antiocho captus, patri remiſſus eſt. Manius Acilius Glabrio de Antiocho, quam Græcia expulerat, & de Ætolis triumphavit. Victo deinde Antiocho à L. Cornelio Scipione, adjuvante Eumene rege, Attali Pergameni filio, pax data: ea conditione, ut omnibus provinciis citra Taurum montem cederet. Eumenii, quo juvante Antiochus victus erat, regnum ampliatum. Rhodiis quoque, qui & ipſi juverant, quædam civitates conceſſæ. Colonia deducta eſt Bononia. Æmilius Regillus, qui præfectos Antiochi navali certamine vicerat, navalem triumphum duxit. L. Cornelius Scipio, qui cum Antiocho debellaverat, cognomine fratri coæquatus, Aſiaticus appellatus eſt.

EPITOME LIBRI XXXVIII.

MArcus Fulvius conſul, in Epiro Ambracienſes obſeſſos, per deditionem accepit: Cephaleniam ſubegit: Ætolis perdomitis pacem dedit. Cn. Manlius conſul, collega ejus, Gallogræcos, Tholiſtobogios, Tectoſagos, & Trocmos, qui Brenno duce in Aſiam tranſierant, cum ſoli citra Taurum montem non parerent, vicit. Eorum origo, & quando ea loca, quæ tenent, occupaverint, referuntur. Exemplum quoque virtutis & pudicitiæ in fœmina tradi-

tur

tur: quæ cum regis Gallogræcorum uxor fuiſſet, capta, centurionem, qui ei vim intulerat, occidit. Luſtrum à Cenſoribus conditum eſt: cenſa ſunt civium capita CCLVIII. millia & CCCXXVIII. Cum Ariarathe, rege Cappadociæ, amicitia juncta eſt. Cn. Manlius, contradicentibus decem legatis, ex quorum conſilio fœdus cum Antiocho conſcripſerat, de Gallogræcis, actâ pro ſe cauſâ in ſenatu, triumphavit. Scipio Africanus, die ei dictâ, ut quidam ajunt, à Q. Petillio tribuno plebis, ut quidam, à Nævio, quod prædâ ex Antiocho capta ærarium fraudaſſet; poſteaquam is dies venit, evocatus in Roſtra: *Hac die*, inquit, *Quirites, Carthaginem vici*: &, proſequente populo, Capitolium aſcendit. Inde, ne amplius tribuniciis injuriis vexaretur, in voluntarium exilium Liternum conceſſit; incertum, ibi, an Romæ, defunctus: nam ejus monumentum utrobique fuit. Scipio Aſiaticus, frater Africani, eodem peculatus crimine accuſatus, damnatuſque, cum in vincula & carcerem duceretur, Tib. Sempronius Gracchus, tribunus plebis, qui antea Scipionibus inimicus erat, interceſſit; & ob id beneficium Africani filiam duxit. Cum Prætor Quæſtores in bona ejus publice poſſidenda miſiſſet, non modo in iis ullum veſtigium pecuniæ regiæ apparuit, ſed nequaquam tantum redactum, quantæ ſummæ erat damnatus. Collatam à cognatis & amicis innumerabilem pecuniam accipere noluit: quæ neceſſaria ei erant ad cultum, redempta.

EPITOME LIBRI XXXIX.

ÆMilius Conſul, Liguribus ſubactis, viam à Placentia uſque Arminum perductam Flaminiæ junxit. Initia luxuriæ, introductæ ab exercitu Aſiatico referuntur. Ligures, quicunque citra Apenninum erant, ſubacti ſunt. Bacchanalia, ſacrum Græcum, & quidem nocturnum, ſcelerum omnium ſeminarium, cum ad ingentis turbæ conjurationem perveniſſet; à conſule inveſtigatum, & multorum pœnâ ſublatum eſt. A. Cenſoribus L. Valerio Flacco, & M. Porcio Catone, viro & belli & pacis artibus maximo, motus eſt ſenatu L. Quintius Flaminius, T. Quintii frater; eo quod, cum Galliam provinciam Conſul obtinuerat,

Digitized by Google

rat, rogatus à Philippo Pœno, quem amabat, ſcorto nobili, Gallum quendam ſuâ manu occiderat: ſive, ut quidam tradiderunt, unum damnatorum ſecuri percuſſerat, rogatus à meretrice Placentinâ, cujus amore deperibat. Extat in eum M. Catonis oratio. Scipio Literni deceſſit. Et, tanquam jungente fortuna, circa idem tempus duo funera maximorum virorum: Annibal, à Pruſia, Bithyniæ rege, ad quem victo Antiocho confugerat, cum dederetur Romanis, qui, ad expoſcendum illum, T. Quintium Flaminium miſerant, veneno ſibi mortem conſcivit: Philopœmenes quoque, dux Achæorum vir maximus, à Meſſeniis interemptus veneno, cum ab iis bello captus eſſet. Coloniæ, Potentia, & Piſaurum, & Mutina, & Parma, deductæ ſunt. Præterea res adverſum Celtiberos proſperè geſtas, & initia cauſaſque belli Macedonici continet: cujus origo inde fluxit, quod Philippus ægre ferebat regnum ſuum imminui à Romanis; & quod cogeretur, à Thracibus aliiſque locis præſidia deducere.

EPITOME LIBRI XL.

CUm Philippus liberos eorum, quos in vinculis nobiliſſimorum hominum habebat, conquiri ad mortem juſſiſſet, Theoxena, pro liberis ſuis & ſororis, admodum pueris, veſtra regis libidinem, prolatis in medium gladiis, & poculo, in quo erat venenum, ſuaſit eis, ut imminens ludibrium morte effugerent: &, cum perſuaſiſſet, ipſa etiam ſe interemit. Certamina inter Philippi Macedoniæ regis, liberos, Perſeum & Demetrium, referuntur, & ut fraude fratris ſui Demetrius, fictis criminibus, inter quæ accuſatione parricidii & affectati regni, primum petitus, ad ultimum, quoniam populi Romani amicus erat, veneno necatus eſt: regnumque Macedoniæ, mortuo Philippo, ad Perſeum devenit. Item, res in Liguribus & Hiſpania contra Celtiberos à compluribus feliciter geſtas continet. Libri Numæ Pompilii, in agro L. Petillii ſcribæ, ſub Janiculo à cultoribus agri in arca lapideâ clauſi, & Græci & Latini, inventi ſunt: in quibus plura, quæ diſſolvendarum religionum, Prætor, ad quem delati erant, cum legiſſet, jura-

vit Senatui, contra Rempublicam esse, ut legerentur servarenturque: & ex Senatusconsulto in comitio exusti sunt. Colonia Aquileja deducta est: Philippus ægritudine animi confectus, quod Demetrium filium falsis alterius filii in eundem delationibus impulsus, veneno sustulisset, & de pœna Persei cogitavit, voluitque Antigonum potius amicum suum successorem regni sui relinquere. Sed in hac cogitatione morte raptus est: regnum Perseus excepit.

EPITOME LIBRI XLI.

IGnis in æde Vestæ exstinctus est. Tib. Sempronius Gracchus proconsul Celtiberos victos in deditionem accepit: monimentumque operum suorum, Gracchurim oppidum in Hispania constituit. Et à Posthumio Albino proconsule Vaccæi ac Lusitani subacti sunt: uterque triumphavit. Antiochus, Antiochi filius, obses Romanis à patre datus, mortuo fratre Seleuco, qui patri defuncto successerat, in regnum Syriæ dimissus. Lustrum à Censoribus conditum est: censa sunt civium capita ducenta septuaginta tria millia ducenta quadraginta quatuor. Q. Voconius Saxa, tribunus plebis, legem tulit, ne quis hæredem mulierem institueret: suasit legem M. Cato: extat oratio ejus. Præterea res contra Ligures, Istros, Sardos, & Celtiberos à compluribus ducibus prospere gestas, & initia belli Macedonici continet, quod Perseus, Philippi filius, moliebatur: miserat enim ad Carthaginienses legationem: & ab iis nocte audita erat: sed & alias Græciæ civitates sollicitabat: qui, præter religionem, quod quam multa templa magnifica multis locis erexit, Athenis Jovis Olympii, & Antiochiæ Capitolini, vilissimum regem egit.

EPITOME LIBRI XLII.

Q. Fulvius Flaccus Censor templum Junonis Laciniæ tegulis marmoreis spoliavit, ut ædem, quam dedicaverat, tegeret, tegulæ ex Senatusconsulto reportatæ. Eumenes, Asiæ rex, in senatu de Perseo, Macedoniæ rege, questus est: cujus injuriæ in populum Romanum referuntur:

Digitized by Google

tur: ob quas bello ei indicto, P. Licinius Craſſus Conſul, cui Macedonia decreta erat, in Macedoniam tranſiit, levibuſque expeditionibus, equeſtribus prœliis, in Theſſalia cum Perſeo parum felici eventu pugnavit. Inter Maſiniſſam, & Carthaginienſes de agro fuit dies ad diſceptandum à ſenatu datus. Legati miſſi ad civitates ſocias, & reges rogandos an in fide permanerent: dubitantibus Rhodiis, luſtrum à Cenſoribus conditum eſt: cenſa ſunt civium capita CCLVII millia CCXXXI. Res præterea adverſus Corſos & Ligures proſpere geſtas continet.

EPITOME LIBRI XLIII.

PRætores nonnulli, eo quod avare & crudeliter provincias adminiſtraſſent, damnati ſunt. P. Licinius Craſſus proconſul complures in Græcia urbes expugnavit, & crudeliter diripuit: ob id captivi, qui ab eo ſub coronâ venierant, ex ſenatuſconſulto poſtea reſtituti ſunt. Item à præfectis claſſium Romanarum multa impotenter in ſocios facta. Res præterea à Perſeo rege in Thracia proſpere geſtas continet: ictis Dardanis, & Illyrico, cujus rex erat Gentius. Motus, qui in Pæonia ab Elorioco factus erat, ipſo interempto conſedit. M. Æmilius Lepidus à Cenſoribus princeps in ſenatu lectus.

EPITOME LIBRI XLIV.

QUintus Marcius Philippus per invios ſaltus penetravit in Macedoniam, compluresque urbes occupavit. Rhodii miſere legatos Romam, minantes, ut Perſeo eſſent auxilio, niſi populus Romanus cum eo pacem atque amicitiam conjungeret: indigne id latum. Cum id bellum M. Æmilio Paulo, ſequentis anni conſuli, iterum mandatum eſſet, Paulus in concione precatus eſt, ut, quicquid diri populo Romano immineret, in domum ſuam converteretur: &, in Macedoniam profectus, Perſeum vicit, univerſamque Macedoniam in poteſtatem redegit. Antequam confligeret, C. Sulpicius Gallus, tribunus militum, prædixit exercitui, ne miraretur, quod Luna nocte proximâ defectura

Digitized by Google

eſſet. Gentius quoque, rex Illyriorum, cum rebellaſſet, ab Anicio Prætore victus venit in deditionem, & cum uxore, & liberis, & propinquis, Romam miſſus. Alexandriâ legati à Cleopatra & Ptolomæo regibus venerunt: querentes de Antiocho, Rege Syriæ, quod eis bellum inferret. Perſeus ſollicitatis in auxilium Eumene, rege Pergami, & Gentio, rege Illyriorum, quia is pecuniam, quam promiſerat, non dabat, ab eis relictus eſt.

EPITOME LIBRI LXV.

PErſeus ab Æmilio Paulo in Samothracia captus eſt. Cum Antiochus, Syriæ rex, Ptolomæum & Cleopatram, Ægypti reges, obſideret, & miſſis ad eum à ſenatu legatis, qui juberent ab obſidione ſocii regis abſiſtere, editiſque mandatis, conſideraturum ſe, quid faciendum eſſet, reſpondiſſet; unus ex legatis Popillius virga regem circumſcripſit, juſſitque, antequam circulo excederet, reſponſum daret: quâ aſperitate effecit, ut Antiochus bellum omitteret. Legationes gratulantium populorum ac regum in ſenatum admiſſæ. Rhodiorum, qui eo bello, contra populum Romanorum fuerant, excluſæ: poſtero die, cum de eo quæreretur, ut iis bellum indiceretur, cauſam in ſenatu patriæ ſuæ legati egerunt: nec tanquam hoſtes, nec tanquam ſocii dimiſſi. Macedonia in provinciæ formam redacta. Æmilius Paulus, repugnantibus militibus ſuis propter minorem prædam, & contradicente Servio Sulpicio Galbâ, triumphavit; & Perſeum cum tribus filiis ante currum duxit: cujus triumphi lætitia, ne ſolida ei contingeret, duorum filiorum funeribus inſignita eſt: quorum alterius mors parris triumphum præceſſit, alterius ſecuta eſt. Luſtrum conditum eſt à Cenſoribus. Cenſa ſunt civium capita quadraginta undecim millia octingenta decem. Pruſias, Bithyniæ rex, Romam, ut ſenatui gratularetur ob victoriam ex Macedonia partam, venit: & Nicomedem filium ſenatui commendavit. Rex plenus adulationis, libertum ſe populi Romani dicebat.

EPI-

EPITOME LIBRI XLVI.

EUmenes rex Romam venit: qui, quia Macedonico bello ſe medium egerat, ne aut hoſtis judicatus videretur, ſi excluſus eſſet: aut liberatus crimine, ſi admitteretur, in commune lex lata eſt, ne cui regi Romam venire liceret. Claudius Marcellus conſul Alpinos Gallos, C. Sulpitius Gallus conſul Ligures ſubegit. Legati Pruſiæ regis conqueſti ſunt de Eumene, quod fines ſuos depopularetur: dixeruntque, eum conſpiraſſe cum Antiocho contra populum Romanum. Societas cum deprecantibus Rhodiis juncta eſt. Luſtrum à Cenſoribus conditum eſt. Cenſa ſunt civium capita trecenta viginti ſeptem millia viginti duo. Princeps ſenatus lectus M. Æmilius Lepidus. Ptolomæus, Ægyptiorum rex, à minore fratre è regno pulſus, miſſis ad eum legatis, reſtitutus eſt. Ariarathe Cappadociæ rege mortuo, filius ejus Ariarathes accepit regnum: & amicitiam per legatos cum populo Romano renovavit. Res præterea adverſus Ligures, Corſos, & Luſitanos, vario eventu geſtas, & motus Syriæ, mortuo Antiocho, qui filium Antiochum puerum admodum reliquerat, continet. Hunc Antiochum puerum, cum Lyſia tutore ejus, Demetrius, Seleuci filius, qui Romam obſes miſſus fuerat, clam, quia minime dimittebatur à Romanis, interemit: & ipſe in regnum receptus. L. Æmilius Paulus, qui Perſeum vicerat, mortuus: cujus tanta abſtinentia fuit, ut, cum ex Hiſpania & Macedonia maximas opes retuliſſet, vix ex auctione bonorum ejus redactum ſit, unde dos uxori ejus redderetur. Pomptinæ paludes à Cornelio Cethego conſule, cui ea provincia evenerat, ſiccatæ, agerque ex iis factus.

EPITOME LIBRI XLVII.

CN. Tremellio tribuno plebis mulcta dicta eſt, quod cum M. Æmilio Lepido, pontifice maximo, injurioſe contenderat: Sacrorumque magiſtratuum jus potentius fuit. Lex de ambitu lata. Luſtrum à Cenſoribus conditum eſt. Cenſa ſunt civium capita trecenta viginti octo millia

trecenta quatuordecim. Princeps ſenatus lectus Æmilius Lepidus. Inter Ptolomæos fratres, qui diſſidebant, fœdus ictum, ut alter in Ægypto, alter Cyrenis regnaret. Ariarathes, Cappadociæ rex, conſilio Demetrii regis Syriæ & viribus pulſus regno, à ſenatu reſtitutus eſt. Miſſi à ſenatu, qui inter Maſiniſſam & Carthaginienſes de agro judicarent. C. Marcius conſul adverſum Dalmatas parum proſperè primum, poſtea feliciter pugnavit: cum quibus bello confligendi cauſa fuit, quod Illyricos, populi Romani ſocios, vaſtaverant: eandemque gentem Cornelius Naſica conſul domuit. Q. Opimius conſul Tranſalpinos Ligures, qui Maſſilienſium opido Antipolim & Nicæam vaſtabant, ſubegit. Præterea res in Hiſpania à compluribus parum proſperè geſtas continet. Conſules anno quingenteſimo nonageſimo octavo ab Urbe conditâ magiſtratum, peractis comitiis, inſequentiſque anni conſulibus creatis, inire cœperunt. Mutandi comitia cauſa fuit, quod Hiſpani rebellabant. Legati, ad diſceptandum inter Maſiniſſam & Carthaginienſes miſſi, nunciaverunt, vim navalis materiæ ſe Carthagine deprehendiſſe. Aliquot Prætores, à provinciis avaritiæ nomine accuſati, damnati ſunt.

EPITOME LIBRI XLVIII.

LUſtrum à Cenſoribus conditum eſt. Cenſa ſunt civium capita trecenta viginti quatuor millia. Semina tertii belli Punici referuntur. Cum in finibus Carthaginienſium maximus Numidarum exercitus, Archobarzane duce, Syphacis nepote, diceretur eſſe, M. Porcius Cato ſuaſit, ut Carthaginienſibus, qui exercitum, ſpecie contra Maſiniſſam regem, ſed reverâ contra Romanos accitum, in finibus haberent, bellum indiceretur: contradicente P. Cornelio Naſicâ, placuit legatos mitti Carthaginem, qui ſpecularentur, quid ageretur. Caſtigato ſenatu Carthaginienſium, quod contra fœdus exercitum & navales materias haberent, pacem inter eos & Maſiniſſam facere voluerunt, Maſiniſsâ agro, de quo lis erat, cedente: ſed Giſgo, Hamilcaris filius, homo ſeditioſus, qui tunc in magiſtratu erat, cum ſenatus pariturum ſe judicio legatorum dixiſſet, ita

Digitized by Google

ita bellum adverſus Romanos ſuadendo concitavit, ut legatos, quo minus violarentur, fugâ explicuerit. Id nunciantes, infeſtum jam ſenatum Carthaginienſibus, infeſtiorem fecerunt. M. Porcius Cato funus mortui filii in prætura tenuiſſimo, ut valuit, (nam pauper erat) ſumptu fecit. Andriſcus, qui ſe Perſei filium, regis quondam Macedoniæ, ingenti aſſeveratione mentiretur, Romam miſſus. M. Æmilius Lepidus, qui Princeps ſenatus ab ſextis jam cenſoribus erat lectus, antequam exſpiraret, præcepit filiis, lecto ſe ſtrato ſine linteis, ſine purpurâ efferrent, in reliquum funus ne plus quam æris denos conſumerent: imaginum ſpecie, non ſumptibus, nobilitari magnorum virorum funera ſolere. De veneficiis quæſitum. Publicia & Licinia, nobiles fœminæ, quæ viros ſuos necaſſe inſimulabantur, cognitâ causâ, cum Prætori prædes vadeſque dediſſent, cognatorum decreto necatæ ſunt. Guluſſa, Maſiniſſæ filius denunciavit, Carthagine delectus agi, claſſem comparari, & haud dubium bellum ſtrui. Cum Cato ſuaderet, ut iis bellum indiceretur; P. Cornelio Naſicâ dicente, nihil temere faciundum; placuit, decem mitti legatos exploratum. L. Licinius Lucullus, A. Poſthumius Albinus, conſules, cum delectum ſevere agerent, nec quemquam gratiâ dimitterent: à tribunis plebis, qui pro amicis ſuis vacationem impetrare non poterant, in carcerem conjecti ſunt. Hiſpanienſe bellum, cum parum proſperè aliquoties geſtum, ita confudiſſet civitatem Romanam, ut ne ii quidem invenirentur, qui aut tribunatum exciperent, aut legati ire vellent; P. Cornelius Æmilianus proceſſit, & excepturum ſe militiæ genus, quodcunque imperatum eſſet, profeſſus eſt: quo exemplo ad militandi ſtudium omnes incitavit. L. Lucullus conſul, cum Claudius Marcellus, cui ſucceſſerat, pacaſſe omnes Celtiberiæ populos videretur, Vaccæos, Cantabros, & alias incognitas adhuc nationes, in Hiſpania ſubegit. Ibi P. Cornelius Africanus, Scipio Æmilianus, L. Pauli filius, Africani nepos, ſed adoptivus, provocatorem barbarum tribunus militum occidit: & in oppugnatione Intercatiæ urbis majus multo etiam periculum adiit: nam murum primus omnium tranſcendit. Servius Sulpicius Galba, Prætor, male adverſus Luſitanos

pugnavit. Cum legati ex Africa cum Carthaginienſium oratoribus, & Guluſsâ, Maſiniſſæ filio, rediſſent, dicerentque & exercitum ſe & claſſem Carthagine deprehendiſſe, perrogari ſententias placuit; Catone, & aliis principibus ſenatus ſuadentibus, ut in Africam confeſtim tranſportaretur exercitus: quia vero Cornelius Naſica dicebat, nondum ſibi juſtam cauſam belli videri; placuit ut bello deſiſteretur, ſi Carthaginienſes claſſem exuſſiſſent, & exercitum dimiſiſſent: ſi minus, proximi conſules de bello Punico referrent. Cum locatum à Cenſoribus theatrum extrueretur, P. Cornelio Naſicâ auctore, tanquam inutile & nociturum publicis moribus, ex ſenatusconſulto deſtructum eſt, populuſque aliquamdiu ſtans ludos ſpectavit. Carthaginienſes, cum adverſum fœdus bellum Maſiniſſæ intuliſſent, victi ab eo, annos habente nonaginta duos, & ſine pulpamine mandere & guſtare panem tantummodo ſolito, inſuper Romanum bellum meruerunt.

EPITOME LIBRI XLIX.

TErtii Punici belli initium altero & ſexcenteſimo anno ab Urbe conditâ, intra quintum annum, quam erat cœptum, conſummatur. Inter M Porcium Catonem, & Scipionem Naſicam, quorum alter ſapientiſſimus vir in civitate habebatur, alter etiam vir optimus à ſenatu judicatus erat, diverſis certatum eſt ſententiis; Catone ſuadente bellum, & ut tolleretur, delereturque Carthago; Naſicâ diſſuadente; placuit tamen, eo quod contra fœdus naves haberent, quod extra fines exercitum duxiſſent, quod ſocio populi Romani & amico Maſiniſſæ arma intuliſſent, quod filium ejus Guluſſam, qui cum legatis Romanis erat, in oppidum non recepiſſent, bellum iis indici. Prius quam ullæ copiæ in naves imponerentur, Uticenſes legati Romam venerunt, ſe ſuaque omnia dedentes. Ea legatio, veluti omen, grata Patribus, acerba Carthaginienſibus fuit. Diti patri ludi ad Terentum, ex præcepto librorum Sibyllinorum, facti: qui anno centeſimo, primo bello Punico, quingenteſimo & altero anno ab Urbe conditâ, facti fuerant. Legati triginta Romam venerunt: per quos

ſe

Digitized by Google

ſe Carthaginienſes debebant. Catonis ſententia pervicit, ut in decreto perſtaretur, & ut conſules quam primum proficiſcerentur ad bellum. Qui ubi in Africam tranſierunt, acceptis, quos imperaverant, trecentis obſidibus, & armis omnibus, inſtrumentiſque belli, ſi qua Carthagine erant, tunc cum ex authoritate Patrum juberent, ut in alium locum, dum procul à mari decem millia paſſuum, nec minus remotum, oppidum facerent; indignitate rei ad bellandum Carthaginienſes compulerunt. Obſideri, oppugnarique cœpta eſt Carthago à L. Marcio, Manio Manilio conſulibus. In qua oppugnatione, cum neglectos ab una parte muros duo tribuni temere cum cohortibus irrupiſſent, & ab oppidanis graviter cæderentur, à Scipione Africano expliciti ſunt: per quem & caſtellum Romanorum, quod nocte oppugnabant, paucis equitibus juvantibus liberatum eſt: caſtrorumque, quæ Carthaginienſes omnibus copiis pariter ab urbe egreſſi oppugnabant, liberatorum is ipſe præcipuam gloriam tulit. Præterea cum ab irrita oppugnatione Carthaginis conſul (alter enim Romam ad comitia ierat) exercitum duceret adverſus Haſdrubalem, qui cum alterâ manu iniquum ſaltum inſederat, ſuaſit primo conſuli, ne tam iniquo loco confligeret: victus deinde complurium, qui & prudentiæ ejus & virtuti invidebant, ſententiis, & ipſe ſaltum ingreſſus eſt: cumque, ſicut prædixerat, fuſus fugatuſque eſſet Romanus exercitus, & duæ cohortes ab hoſte obſiderentur, cum exiguis equitum turmis in ſaltum reverſus, liberavit eas, & incolumes reduxit. Quam virtutem ejus & Cato, vir promptioris ad vituperandum linguæ, in ſenatu ſic proſecutus eſt, ut diceret, reliquos, qui in Africa militarant, umbras militare, Scipionem vigere. Et populus Romanus eo favore & illum complexus eſt, ut comitiis complurimæ eum tribus conſulem ſcriberent; cum hoc per ætatem minime liceret. Cum L. Scribonius tribunus plebis rogationem promulgaſſet, ut Luſitani, qui in fidem populo Romano dediti, à Sergio Galbâ in Gallia veniſſent, in libertatem reſtitueruntur, M. Cato accerrime ſuaſit: extat oratio in Annalibus ejus incluſa. Q. Fulvius Nobilior, & ſæpe ab eo in ſenatu laceratus, reſpondit pro Galbâ: ipſe quoque Galba, cum ſe damnari

nari videret, complexus duos filios prætextatos, & filium Caji Sulpicii, cujus tutor erat, ita miserabiliter pro se locutus est, ut rogatio antiquaretur: extant tres orationes ejus: duæ adversum Libonem, tribunum plebis, rogationesque ejus habitæ de Lusitanis: una contra L. Cornelium Cethegum, in qua Lusitanos prope sese castra habentes cæsos fatetur: quod compertum habuerit, equo atque homine, suo ritu, immolatis, per speciem pacis adoriri exercitum suum in animo habuisse. Andriscus quidam, ultimæ sortis homo, Persei regis se filium ferens, & mutato nomine Philippus vocatus, cum ab urbe Româ, & quò illum Demetrius, Syriæ rex, ob hoc ipsum mendacium miserat, clam profugisset; multis ad falsam ejus fabulam, velut ad veram, euntibus; contracto exercitu, totam Macedoniam, aut voluntate incolentium, aut armis, occupavit. Fabulam autem hujusmodi finxerat: Ex pellice se & Perseo rege ortum, traditum educandum Cretensi cuidam esse, ut in belli casus, quod ille cum Romanis gereret, aliquod velut semen stirpis regiæ extaret. Perseo demortuo, Adramiti se educatum usque ad duodecimum annum ætatis, patrem eum esse credentem, à quo educaretur, ignarum generis fuisse sui: affecto deinde eo, cum prope ad ultimum finem vitæ esset, detectam sibi tandem originem suam; falsæque matri libellum datum signo Persei regis signatum, quem sibi traderet, cum ad puberem ætatem veniisset: obtestationesque ultimas adjectas, ut res in occulto ad id tempus servaretur: pubescenti libellum traditum: in quo relicti sibi duo thesauri à patre dicerentur: tum scientem mulierem subdititium se esse, veram stirpem ignoranti edidisse genus: atque obtestatam, ut prius, quam ad Eumenem manaret res, Perseo inimicum, excederet iis locis, ne interficeretur: eo se exterritum, simul sperantem aliquod auxilium à Demetrio, in Syriam se contulisse; atque ibi primum, quis ipse omnino esset, palam expromere ausum.

EPI-

Digitized by Google

EPITOME LIBRI L.

THeſſalia, cum & illam invadere armis atque occupare Pſeudophilippus vellet, per Romanorum legatos auxiliis Achæorum defenſa eſt. Pruſias, rex Bithyniæ, omnium, humillimorumque vitiorum, à Nicomede filio, adjuvante Attalo rege, Pergami occiſus eſt. Habebat alterum filium, qui pro ſuperiore ordine dentium, enatum habuiſſe unum os continens dicitur. Cum legatos ad pacem inter Nicomedem & Pruſiam faciendam Romani miſiſſent; & unus ex iis caput multis cicatricibus ſparſum haberet, alter pedibus æger eſſet, tertius ingenio ſocors haberetur; dixit Cato, eam legationem, nec caput, nec pedes, nec cor, habere. In Syria, quæ eo tempore ex ſtirpe generis Perſei, regis Macedonum, inertiâ ſocordiâque ſimilem Pruſiæ, regem habebat; jacente eo in ganeo & luſtris, Ammonius regnabat; per quem & amici omnes regis, & Laodice regina, & Antigonus, Demetrii filius, occiſi. Maſiniſſa, Numidiæ rex, major nonaginta annis, deceſſit; vir inſignis. Inter cætera opera juvenilia, quæ ad ultimum edidit, adeo, etiam verſus in ſenectam, viguit, ut poſt ſextum & octogeſimum annum filium genuerit. Inter tres liberos ejus, maximum natu, Micipſam, Guluſſam, Manaſtabalem, qui etiam Græcis literis eruditus erat, P. Scipio Æmilianus (cum commune eis pater regnum reliquiſſet, & dividere eos arbitro Scipione juſſiſſet) adminiſtrationem regni diviſit. Item Phameæ Himilconis, præfecto equitum Carthaginienſium, viro forti, & cujus præcipuâ operâ Pœni utebantur, perſuaſit, ut cum equitatu ſuo ad Romanos tranſiret. Ex tribus legatis, qui ad Maſiniſſam miſſi fuerant, Claudius Marcellus, coortâ tempeſtate, fluctibus obrutus eſt. Carthaginienſes Aſdrubalem, Maſiniſſæ nepotem, quem Prætorem habebant, proditionis ſuſpectum, in curia interemerunt, quæ ſuſpicio inde emanavit, quod propinquus eſſet Guluſſæ, Romanorum auxilia juvantis. P. Scipio Æmilianus, cum ædilitatem peteret, conſul à populo dictus, quoniam per annos conſulem fieri non licebat, cum maximo certamine,

ſuffragantibus plebejis, & repugnantibus aliquamdiu Patribus, legibus ſolutus, & conſul creatus eſt. M. Manilius aliquot urbes circumpoſitas Carthagini expugnavit. Pſeudophilippus in Macedonia, cæſo cum exercitu P. Juventio Prætore, à Q. Cæcilio victus captuſque eſt: & recepta Macedonia.

EPITOME LIBRI LI.

CArthago in circuitu viginti tria millia paſſus patens, magno labore obſeſſa, & per partes capta eſt: primum à Mancio legato, deinde à Scipione conſule, cui extra ſortem provincia Africa data erat. Carthaginienſes portu novo (quia vetus à Scipione erat obſtructus) facto, & contracta, clam exiguo tempore, amplâ claſſe, navali prœlio infeliciter pugnaverunt. Haſdrubalis quoque eorum ducis caſtra ad Nepharim oppidum, loco difficillimo ſita, cum exercitu deleta ſunt à Scipione: qui tandem urbem expugnavit, ſeptuageſimo anno quam erat condita. Spoliorum major pars Siculis, quibus ablata erant, reddita. Ultimo urbis excidio, cum ſe Haſdrubal Scipioni dediſſet, uxor ejus, quæ paucis ante diebus de marito impetrare non potuerat, ut ad victorem transfugeret, in medium ſe flagrantis urbis incendium duobus cum liberis ex arce præcipitavit. Scipio, exemplo patris ſui Æmilii Pauli, qui Macedoniam vicerat, ludos fecit, transfugas ac fugitivos beſtiis objecit. Belli Achaici ſemina referuntur hæc: quod legati populi Romani ab Achaicis pulſati ſint; Corinthum miſſi, ut eas civitates, quæ ſub ditione Philippi fuerant, ab Achaico concilio ſecernerent.

EPITOME LIBRI LII.

CUm Achæis, qui in auxilium Bœotios & Chalcidenſes habebant, Q. Cæcilius Metellus ad Thermopylas conflixit: quibus victis, dux eorum Critolaus veneno ſibi mortem conſcivit: in cujus locum Diæus, Achaici motus primus auctor, ab Achæis dux creatus, ad Iſthmon à L. Mummio conſule victus eſt. Qui, omni Achajâ in deditionem

Digitized by Google

nem acceptâ, Corinthum ex Senatuſconſulto diruit; quia ibi legati Romani violati erant. Thebæ quoque & Chalcis, quæ auxilio fuerant, dirutæ. Ipſe L. Mummius abſtinentiſſimum virum egit: nec quicquam ex iis opibus ornamentiſque, quæ prædives Corinthus habuit, in domum ejus pervenit. Q. Cæcilius Metellus de Andriſco triumphavit. P. Cornelius Africanus, Scipio Æmilianus, de Carthagine & Aſdrubale. Viriatus in Hiſpania primum ex paſtore venator, è venatore latro, mox juſti quoque exercitus dux factus, univerſam Luſitaniam occupavit. M Vitilium Prætorem, fuſo ejus exercitu, cepit: poſt quem C. Plautius Prætor nihilo felicius rem geſſit: tantumque terrorem is hoſtis intulit, ut adverſus eum conſulari opus eſſet & duce & exercitu. Præterea motus Syriæ, & bella inter reges geſta, referuntur. Alexander, homo ignotus, & incertæ ſtirpis, occiſo (ſicut ante dictum eſt) Demetrio rege, in Syria regnabat: hunc Demetrius, Demetrii filius, qui à patre quondam, ob incertos belli caſus, ablegatus Gnidon fuerat, contempta ſocordia inertiaque ejus, adjuvante Ptolomæo, Ægypti rege, cujus filiam Cleopatram acceperat in matrimonium, bello interemit. Ptolomæus in caput graviter vulneratus, inter curationem, dum oſſa medici terebrare contendunt, expiravit: atque in locum ejus frater minor Ptolomæus, qui Cyrenis regnabat, ſucceſſit. Demetrius ob crudelitatem, quam per tormenta in ſuos exercebat, à Diodoto quodam, uno ex ſubjectis, qui Alexandri filio bimulo admodum regnum aſſerebat, bello ſuperatus, Seleuciam confugit. L. Mummius de Achæis triumphavit; ſigna ærea, marmoreaque, & tabulas pictas in triumpho tulit.

EPITOME LIBRI LIII.

A P. Claudius conſul Salaſſos, gentem Alpinam, domuit. Alter Pſeudophilippus in Macedonia à L. Tremellio quæſtore cum exercitu cæſus eſt. Q. Cæcilius Metellus proconſul Celtiberos cecidit: à Q. Fabio proconſule pars maxima Luſitaniæ, expugnatis aliquot urbibus, recepta eſt. C. Julius ſenator Græce res Romanas ſcribit.

EPI-

Digitized by Google

EPITOME LIBRI LIV.

Q. Pompejus conſul in Hiſpania Termeſtinos ſubegit: cum eiſdem & Numantinis pacem ab infirmitate fecit. Luſtrum à Cenſoribus conditum eſt. Cenſa civium capita trecenta viginti octo millia trecenta quadraginta duo. Cum Macedonum legati conqueſtum veniſſent de D. Junio Silano Prætore, quod acceptis pecuniis provinciam ſpoliaſſet, & ſenatus de querelis eorum vellet cognoſcere; T. Manlius Torquatus, Silani pater, petiit, impetravitque, ut ſibi cognitio mandaretur: & domi causâ cognitâ, filium condemnavit abdicavitque: ac ne funeri quidem ejus (cum ſuſpendio vitam finiſſet) interfuit: ſedenſque domi poteſtatem conſultantibus ex inſtituto fecit. Q. Fabius proconſul, rebus in Hiſpania proſperè geſtis, labem impoſuit; pace cum Viriato æquis conditionibus factâ. Viriatus à proditoribus, conſilio Servilii Cæpionis, interemptus eſt, & ab exercitu ejus multum comploratus ac nobiliſſime tumulatus; vir duxque magnus, & per quatuordecim annos, quibus cum Romanis bellum geſſit, frequentius ſuperior.

EPITOME LIBRI LV.

Publio Cornelio Naſicâ, cui cognomen Serapioni fuit, ab irridente Curatio, tribuno plebis, impoſitum, & D. Junio Bruto, conſulibus, delectum habentibus in conſpectu tironum, res ſaluberrimi exempli facta eſt: nam C. Marienus accuſatus eſt apud tribunos plebis, quod exercitum in Hiſpania deſeruiſſet: damnatuſque ſub furcâ, diu virgis cæſus eſt, & ſeſtertio nummo venit. Tribuni plebis, quia non impetrarant, ut ſibi denos, quos vellent, milites eximere liceret, conſules duci juſſerunt. Junius Brutus conſul in Hiſpania, iis, qui ſub Viriato militaverant, agros oppidumque dedit, quod Valentia vocatum eſt. M. Popilius à Numantinis, cum quibus pacem factam ſenatus irritam fieri cenſuerat, cum exercitu fuſus fugatuſque. C. Hoſtilio Mancino conſule ſacrificante, pulli ex cavea evolarunt: conſcendenti deinde in navim, ut in Hiſpaniam proficiſceretur, accidit,

Digitized by Google

cidit, Mane, mane, Mancine: quæ auſpicia triſtia fuiſſe, eventu probatum eſt. Victus enim à Numantinis & caſtris exutus, cum ſpes nulla ſervandi exercitus eſſet, pacem cum eis fecit ignominioſam, quam ratam eſſe ſenatus vetuit. Triginta millia Romanorum à Numantinorum millibus quatuor victa erant. D. Junius Luſitaniam, triginta urbium expugnationibus, uſque ad Occaſum & Oceanum, perdomuit: & cum fluvium Oblivionem tranſire nollent milites, ereptum ſignifero ſignum ipſe tranſtulit, & ſic, ut tranſgrederentur, perſuaſit. Alexandri filius, rex Syriæ, decem annos admodum habens, à Diodoto, qui Tryphon cognominabatur, tutore ſuo, per fraudem occiſus eſt: corruptis medicis, qui ipſum calculi dolore conſumi, ad populum mentiti, dum ſecant, occiderunt.

EPITOME LIBRI LVI.

DEcimus Junius Brutus in ulteriore Hiſpaniâ feliciter adverſus Gallæcios pugnavit, diſſimili eventu M. Æmilius Lepidus proconſul adverſus Vaccæos rem geſſit: clademque ſimilem Numantinæ paſſus eſt. Ad exſolvendum Numantini fœderis religione populum, Mancinus, cum hujus rei auctor fuiſſet, deditus Numantinis, non eſt receptus. Luſtrum à Cenſoribus conditum eſt. Cenſa civium capita trecenta viginti tria millia. Fulvius Flaccus conſul Vardæos in Illyrico ſubegit. M. Coſconius Prætor in Thracia cum Scordiſcis proſperè pugnavit: Cum, vitio ducum, bellum Numantinum non ſine publico pudore duraret, delatus eſt ultro Scipioni Africano à ſenatu populoque Romano conſulatus: quem cum illi capere ob legem, quæ vetabat, quemquam iterum conſulem fieri, non liceret, ſicuti priori conſulatu, legibus ſolutus eſt. Bellum ſervile in Sicilia ortum, cum opprimi à Prætoribus non potuiſſet, C. Fulvio conſuli mandatum eſt: hujus belli initium fuit Eunus ſervus, natione Syrus, qui, contracta agreſtium ſervorum manu, & ſolutis ergaſtulis, juſti exercitus numerum implevit. Cleo quoque alter ſervus ad ſeptuaginta millia ſervorum contraxit: & copiis junctis, contra populum Romanum exercitumque ejus, bellum ſæpe geſſerunt.

EPI-

EPITOME LIBRI LVII.

SCipio Africanus Numantiam obſedit : & corruptum licentiâ luxuriâque exercitum, ad ſeveriſſimam militiæ diſciplinam revocavit : omnia deliciarum inſtrumenta recîdit : duo millia ſcortorum caſtris ejecit, militem quotidie in opere habuit : & triginta dierum frumentum ad ſeptenos vallos ferre cogebat : ægre propter onus incedenti dicebat : Cum gladio te vallare ſcieris, vallum ferre deſinito. Alii ſcutum parvum habiliter ferenti, ſcutum amplius juſto ferre juſſit : neque id eſt reprehendere, quando melius ſcuto, quam gladio, uteretur. Quem militem extra ordinem deprehendit, ſi Romanus eſſet, vitibus, ſi extraneus, virgis cecîdit. Jumenta omnia, ne exonerarent militem, vendidit. Sæpe adverſus eruptiones hoſtium feliciter pugnavit. Vaccæi obſeſſi, liberis & conjugibus trucidatis, ipſi ſe interemerunt. Scipio ampliſſima munera ſibi ab Antiocho rege Syriæ miſſa, cum celare aliis imperatoribus regum munera mos eſſet, pro tribunali acceptarum ſe eſſe dixit, eaque omnia referre quæſtorem in publicas tabulas juſſit : ex iis, viris fortibus dona ſe daturum. Cum undique Numantiam obſidione clauſiſſet, & oppreſſos fame videret urgeri hoſtes ; qui pabulatum exierant, vetuit interimi : quod diceret, velocius eos abſumpturos frumentum, quod haberent, ſi plures fuiſſent.

EPITOME LIBRI LVIII.

TSempronius Gracchus tribunus plebis, cum Agrariam legem ferret adverſus voluntatem ſenatus, & equeſtris ordinis, ne quis ex publico agro plus quam quingenta jugera poſſideret ; in eum furorem exarſit, ut M. Octavio collegæ, cauſam diverſæ partis defendenti, poteſtatem lege latâ abrogaret : ſeque & fratrem Cajum, & Ap. Claudium ſocerum, triumviros ad dividendum agrum crearet. Promulgavit & aliam legem Agrariam, quæ ſibi latius agrum patefaceret, ut iidem triumviri judicarent, quâ publicus ager, quâ privatus eſſet : deinde quam minus agri eſſet,

eſſet, quam quod dividi poſſet ſine offenſa etiam plebis, (quoniam eos ad cupiditatem ampla modo ſperandi incitaverat) legem ſe promulgaturum oſtendit, ut iis, quæ Semproniâ lege agrum accipere deberent, pecunia, quæ regis Attali fuiſſet, divideretur. Hæredem autem populum Romanum reliquerat Attalus, rex Pergami, Eumenis filius. Tot indignationibus commotus graviter ſenatus, ante omnes P. Mucius conſul, qui, cum in ſenatu in Gracchum peroraſſet, raptus ab eo ad populum, delatuſque plebi, rurſus in eum pro roſtris concionatus eſt. Cum iterum tribunus plebis creari vellet Gracchus: auctore P. Cornelio Naſicâ, in Capitolio ab optimatibus occiſus eſt, ictus primum fragmentis ſubſelliorum; & inter alios, qui in eâdem ſeditione occiſi erant, inſepultus in flumen projectus. Res præterea in Cilicia vario eventu adverſum fugitivos geſtas continet.

EPITOME LIBRI LIX.

NUmantini, fame coacti, ipſi ſe per vicem tradentes trucidaverunt. Captam urbem Scipio Africanus delevit, & de eâ triumphavit, quartodecimo anno poſt Carthaginem deletam, P. Rupilius conſul in Sicilia cum fugitivis debellavit. Ariſtonicus, regis Eumenis filius, Aſiam occupavit: cum teſtamento Attali regis legata populo Romano liberaſſe deberet: adverſus eum P. Licinius Craſſus conſul, cum idem Pontifex maximus eſſet (quod nunquam antea factum erat) extra Italiam profectus, prœlio victus & interemptus eſt. M. Perperna conſul victum Ariſtonicum in deditionem accepit. Q. Pompejus, & Q. Metellus, tunc primum uterque ex plebe Cenſores facti, luſtrum condiderunt. Cenſa ſunt civium capita trecenta tredecim millia octingenta viginti tria, præter pupillos & viduas. Q. Metellus Cenſor cenſuit, ut omnes cogerentur ducere uxores liberorum creandorum causâ: extat oratio ejus, quam Auguſtus Cæſar, cum de maritandis ordinibus ageret, velut in hæc tempora ſcriptam in ſenatu recitavit: C. Atinius Labeo tribunus plebis Q. Metellum Cenſorem, à quo in ſenatu legendo præteritus erat, de ſaxo dejici juſſit:

quod

quod ne ficeret, cæteri tribuni plebis auxilio fuerunt. Cum Carbo tribunus plebis rogationem tuliſſet, ut eundem tribunum plebis, quoties vellet, creari liceret, rogationem ejus P. Africanus graviſſimâ oratione diſſuaſit: in qua dixit, T. Gracchum jure cæſum videri. Gracchus contra ſuaſit rogationem: ſed Scipio renuit. Bella inter Antiochum Syriæ, & Phraatem Parthorum regem geſtas: nec magis quietæ res Ægypti, referuntur. Ptolomæus, Euergetes cognominatus, ob nimiam crudelitatem ſuis inviſus, incensâ à populo regiâ, clam in Cyprum profugit: &, cum ſorori ejus Cleopatræ, quam (filiâ ejus virgine per vim compreſsâ, atque in matrimonium ductâ) repudiaverat, regnum à populo datum eſſet, infenſus, filium, quem ex illa habebat, in Cypro occidit, caputque ejus, & manus, & pedes, matri miſit. Seditiones à triumviris, Fulvio Flacco, & C. Graccho, & C. Carbone, agro dividendo creatis, excitatæ: quibus cum Scipio Africanus adverſaretur, fortiſque ac validus pridie domum ſe recepiſſet, mortuus in cubiculo inventus eſt. Suſpecta fuit, tanquam ei venenum dediſſet, Sempronia uxor: hinc maxime, quod ſoror eſſet Gracchorum, cum quibus ſimultas Africano fuerat: de morte tamen ejus nullâ quæſtio acta. Eo defuncto, ſeditiones triumphales acrius exarſerunt. C. Sempronius conſul contra Japydas primo rem male geſſit: mox victoria cladem acceptam emendavit: virtute D. Junii Bruti, ejus qui Luſitaniam ſubegerat.

EPITOME LIBRI LX.

L. Aurelius conſul rebellantes Sardos ſubegit. M. Fulvius Flaccus primus omnium Tranſalpinos Ligures bello domuit; miſſus in auxilium Maſſilienſibus adverſus Salvios Gallos, qui populabantur fines Maſſilienſium. L. Opimius Prætor Fregellanos, qui defecerant, in deditionem accepit: Fregellas diruit. Peſtilentia in Africa ab ingenti multitudine locuſtarum, & deinde necatarum ſtrage, fuiſſe traditur. Luſtrum à Cenſoribus conditum eſt. Cenſa ſunt civium capita trecenta nonaginta millia ſeptingenta triginta ſex. C. Gracchus, Tiberii frater, tribunus plebis

plebis eloquentior quam frater, pernicioſas aliquot leges tulit: inter quas frumentariam, ut ſemiſſe & triente frumentum plebi daretur: alteram legem Agrariam, quam & frater ejus tulerat: tertiam, quâ equeſtrem ordinem, tunc cum ſenatu conſentientem, corrumperet; ut ſexcenti ex equitibus in curiam ſublegerentur; & quia illis temporibus trecenti tantum ſenatores erant, ſexcenti equites trecentis ſenatoribus admiſcerentur, id eſt, ut equeſter ordo bis tantum virium in ſenatu haberet: & continuato in alterum annum tribunatu, legibus Agrariis latis effecit, ut complures coloniæ in Italia deducerentur, & una in ſolo dirutæ Carthaginis, quo ipſe triumvir creatus, coloniam deduxit. Præterea res à Q. Metello conſule adverſus Baleares geſtas continet: quas Græci Gymneſias appellant; quia æſtatem nudi exigant. Baleares à teli miſſu appellati: vel à Baleo Herculis comite ibi relicto tunc, cum Hercules ad Geryonem navigaret. Motus quoque Syriæ referuntur, in quibus Cleopatra Demetrium virum ſuum, & Seleucum filium, indignata, quod, occiſo patre ejus à ſe, injuſſu ſuo diadema ſumpſiſſet, interemit.

EPITOME LIBRI LXI.

C. Sextius proconſul, victâ Salviorum gente, coloniam Aquas Sextias condidit, ob aquarum copiam, & à calidis & frigidis fontibus, atque à nomine ſuo ita appellatas. Cn. Domitius proconſul contra Allobroges ad oppidum Vindalium feliciter pugnavit. Quibus bellum inferendi cauſa fuit, quod Teutomalium, Salviorum regem, fugientem recepiſſent, & omni ope juviſſent; quodque Æduorum agros, ſociorum populi Romani, vaſtaviſſent. C. Gracchus ſeditioſo tribunatu acto, cum Aventinum quoque armatâ multitudine occupaviſſet, à L. Opimio conſule, ex Senatuſconſulto vocato ad arma populo, pulſus, interemptus eſt: & cum eo Fulvius Flaccus conſularis, ſocius ejuſdem furoris. Q. Fabius Maximus conſul, Pauli nepos, adverſus Allobroges, & Bituitum, Arvernorum regem, feliciter pugnavit. Ex Bituiti exercitu cæſa millia hominum centum viginti: & cum ipſe ad ſatisfaciendum

ſenatui

ſenatui Romam profectus eſſet, Albæ cuſtodiendus datus eſt; quia contra pacem videbatur, ut in Galliam remitteretur. Decretum quoque eſt, ut Congentiatus, filius ejus, comprehenſus, Romam mitteretur. Allobroges in deditionem accepti. L. Opimius, accuſatus apud populum à Q. Decio tribuno plebis, quod indemnatos cives in carcerem conjeciſſet, abſolutus eſt.

EPITOME LIBRI LXII.

Q. Marcius conſul Stonos, gentem Alpinam, expugnavit. Micipſa, Numidarum rex, mortuus, regnum tribus filiis reliquit, Atherbali, Hiempſali, & Jugurthæ, fratris filio, quem adoptaverat. L. Cæcilius Metellus Dalmatas ſubegit. Jugurtha Hiempſalem fratrem bello petiit, quem victum interemit: Atherbalem regno expulit, qui à ſenatu reſtitutus eſt. L. Cæcilius Metellus, Cn. Domitius Ahenobarbus, Cenſores, duos & triginta ſenatu moverunt. Præterea motus Syriæ regum continet.

EPITOME LIBRI LXIII.

C. Porcius conſul in Thracia male adverſus Scordiſcos pugnavit. Luſtrum à Cenſoribus conditum eſt. Cenſa ſunt civium capita trecenta nonaginta quatuor millia trecenta triginta ſex. Æmilia, Licinia, Marcia, virgines Veſtales, inceſti damnatæ ſunt: idque inceſtum quemadmodum & commiſſum, & deprehenſum, & vindicatum ſit, refertur. Cimbri, gens vaga, populabundi in Illyricum venerunt: ab iis Papirius Carbo conſul cum exercitu fuſus eſt. Livius Druſus conſul adverſus Scordiſcos, gentem à Gallis oriundam, in Thracia feliciter pugnavit, magnumque honorem tulit.

EPITOME LIBRI LXIV.

ATtherbal bello petitus à Jugurtha, & in oppido Cirtâ obſeſſus, contra denunciationem ſenatus ab eo occiſus eſt. Ob hoc ipſi Jugurthæ bellum indictum: idque Cal-

Calpurnius Beſtia conſul gerere juſſus, pacem cum Jugurthâ injuſſu populi & ſenatus fecit. Jugurtha, fide publicâ evocatus ad indicandos auctores conſiliorum ſuorum, quod multos pecunia in ſenatu corrupiſſe dicebatur, Romam venit: & ptopter cædem admiſſam in regulum quendam, nomine Maſſivam, qui regnum ejus populo Romano inviſi appetebat, Romæ interfectum, cum periclitaretur: cauſam capitis dicere juſſus, clam profugit, & cedens urbe fertur dixiſſe, O urbem venalem, & cito perituram, ſi emptorem invenerit! A. Poſthumius, legatus, infeliciter prœlio adverſus Jugurtham geſto conflixit: pacem quoque adjecit ignominioſam, quam non eſſe ſervandam ſenatus cenſuit.

EPITOME LIBRI LXV.

Q. Cæcilius Metellus conſul duobus prœliis Jugurtham fudit, totamque Numidiam vaſtavit. M. Junius Silanus conſul adverſùm Cimbros infeliciter pugnavit: legatis Cimbrorum ſedem & agros, in quibus conſiderent, poſtulantibus, ſenatus negavit. M. Minucius proconſul contra Thracas proſperè pugnavit. L. Caſſius conſul à Tigurinis Gallis, pago Helvetiorum, qui à civitate ſucceſſerant, in finibus Allobrogum, cum exercitu cæſus eſt: milites, qui ex eâ clade ſuperaverunt, obſidibus datis, & dimidiâ rerum omnium parte, ut incolumes dimitterentur, cum hoſtibus pacti ſunt.

EPITOME LIBRI LXVI.

Jugurtha pulſus à C. Mario ex Numidia, auxilio Bocchi, Maurorum regis, adjutus eſt: & cæſis prœlio Bocchi quoque copiis, nolente Boccho bellum infeliciter ſuſceptum diutius ſuſtinere; vinctus ab eo & Mario traditus eſt: in qua re præcipua opera L. Cornelii Sullæ, quæſtoris Marii, fuit.

EPITOME LIBRI LXVII.

M. Aurelius Scaurus, legatus consulis, à Cimbris fuso exercitu captus est: & cum, in consilium ab iis evocatus, deterreret eos, ne Alpes transirent Italiam petituri, eo quod diceretur Romanos vinci non posse, à Bojorige, feroce juvene, occisus est. Ab iisdem hostibus, C. Manlius consul & Q. Servilius Cæpio proconsul, victi prœlio, castris quoque binis exuti sunt. Octoginta millia militum occisa, calonum ac lixarum quadraginta. Secundum populi Romani jussionem, Cæpionis, cujus temeritate clades accepta erat, damnati bona publicata sunt: primi post regem Tarquinium: imperiumque ei abrogatum. In triumpho C. Marii ductus ante currum ejus Jugurtha cum duobus filiis, & in carcere necatus est. Marius triumphali veste in senatum venit, quod nemo ante eum fecerat: eique propter Cimbrici belli metum continuatus per complures annos magistratus est. Consulatu secundo & tertio absens consul creatus. Quartum consulatum dissimulanter captans consecutus est. Cn. Domitius, Pontifex maximus, populi suffragio creatus est. Cimbri, vastatis omnibus, quæ inter Rhodanum & Pyrenæum sunt, per saltum in Hispaniam transgressi, ibique multa loca populati, à Celtiberis fugati sunt: reversique in Galliam, bellicosis se Teutonis conjunxerunt.

EPITOME LIBRI LXVIII.

M. Antonius Prætor in Ciliciam maritimos prædones persecutus est. C. Marius consul summâ vi oppugnata à Teutonis & Ambronibus castra defendit: duobus deinde in prœliis circa Aquas Sestias eos hostes delevit: in quibus cæsa traduntur hostium ducenta millia, capta nonaginta. Marius absens quintum consul creatus est: triumphum oblatum, donec & Cimbros vinceret, distulit. Cimbri, repulso ab Alpibus fugatoque Q. Catulo proconsule, qui fauces Alpium obsederat, & ad flumen Athesim castellum editum insederat reliqueratque, cum virtute suâ expli-

citi

citi fugientem proconſulem exercitumque conſecuti, in Italiam trajeciſſent; junctis ejusdem Catuli & C. Marii exercitibus, prœlio victi ſunt ab eis: in quo cæſa traduntur hoſtium centum quadraginta millia, capta ſexaginta. Marius, totius civitatis conſenſu exceptus, pro duobus triumphis, qui offerebantur, uno contentus fuit. Primores civitatis, qui aliquamdiu, ut novo homini ad tantos honores evecto, inviderant, conſervatam ab eo Rempublicam fatebantur. Publicius Malleolus, matre interemptâ, primus omnium inſutus culeo, in mare præcipitatus eſt. Ancilia cum ſtrepitu mota eſſe, antequam Cimbricum bellum conſummaretur, referuntur. Bella præterea inter Syriæ reges geſta continet.

EPITOME LIBRI LXIX.

L. Apulejus Saturninus, adjuvante C. Mario, & per milites occiſo A. Nonio competitore, tribunus plebis per vim creatus, non minus violenter tribunatum, quam petierat, geſſit; & cum legem Agrariam per vim tuliſſet, Metello Numidico, eo quod in eam non juraverat, diem dixit: qui cum à bonis civibus defenderetur, ne cauſa majorum certaminum eſſet, in voluntarium exilium Rhodum profectus eſt: ibique legendo, & audiendis magnis viris, vacabat. Profecto C. Marius, ſeditionis auctor, qui ſextum conſulatum per tribus ſparſa pecunia emerat, aquâ & igni interdixit. Idem Apulejus Saturninus, tribunus plebis, C. Memmium candidatum conſulatus, quem maxime adverſarium actionibus ſuis timebat, interemit: quibus rebus, concitato ſenatu (in cujus cauſam, & C. Marius, homo mutabilis, & varii conſilii ingeniique, qui ſemper ſecundam fortunam tranſierat; cum eum tueri minime poſſet) oppreſſus armis cum Glaucia Prætore, & aliis ejuſdem furoris ſociis: à Rabirio quodam interfectus eſt. Q. Cæcilius Metellus ab exilio, ingenti totius favore civitatis, reductus eſt. C. Aquilius proconſul in Sicilia bellum ſervile excitatum confecit.

EPI-

EPITOME LIBRI LXX.

CUm M. Aquilius de pecuniis repetundis cauſam diceret, ipſe rogare judices noluit. M. Antonius, qui pro eo perorabat, tunicam à pectore ejus diſcidit, ut honeſtas cicatrices oſtenderet: quibus conſpectis, indubitanter abſolutus eſt. Cicero ejus rei ſolus auctor. T. Didius proconſul adverſum Celtiberos feliciter pugnavit. Ptolomæus, Cyrenarum rex, cui cognomentum Apioni fuit, mortuus, hæredem populum Romanum reliquit, & ejus regni civitates ſenatus liberas eſſe juſſit. Ariobarzanes in regnum Cappadociæ à L. Cornelio Sulla reductus eſt. Parthorum legati, à rege Arſace miſſi, ad Sullam venerunt, ut amicitiam populi Romani peterent. P. Rutilius, vir ſummæ innocentiæ, quoniam legatus C. Mucii proconſulis à publicanorum injuriis Aſiam defenderat, inviſus equeſtri ordini, penes quem judicia erant, repetundarum damnatus, in exilium miſſus eſt. C. Geminius Prætor contra Thraces infeliciter pugnavit. Senatus cum impotentiam equeſtris ordinis in judiciis exercendis ferre nollet, omni vi niti cœpit, ut ad ſe judicia transferrentur; ſuſtinente cauſam ejus M. Livio Druſo tribuno plebis: qui, ut vires ſibi acquireret, perniciosâ ſpe largitionum plebem concitavit. Præterea motus Syriæ regum continet.

EPITOME LIBRI LXXI.

M. Livius Druſus, tribunus plebis, ut majoribus viribus ſenatus cauſam ſuſceptam tueretur, ſocios & Italicos populos, ſpe civitatis Romanæ, ſolicitavit: iiſque adjuvantibus, per vim legibus Agrariis frumentariiſque latis, judiciariam quoque pertulit; ut æquâ parte judiciâ penes ſenatum & equeſtrem ordinem eſſent. Cum deinde promiſſa ſociis civitas præſtari non poſſet, irati Italici defectionem agitare cœperunt: eorum coïtus, conjurationes, orationeſque in conſiliis principum, referuntur, propter quæ Livius Druſus etiam ſenatui inviſus factus, velut ſocialis belli auctor, incertum à quo, domi occiſus eſt.

EPI-

Digitized by Google

EPITOME LIBRI LXXII.

ITalici populi defecerunt, Picentes, Veſtini, Marſi, Peligni, Marrucini, Samnites, Lucani: initio belli à Picentibus moto. Q. Servilius, proconſul, in oppido Aſculo cum omnibus civibus Romanis, qui in eo oppido erant, occiſus eſt: ſaga populus ſumpſit. Servius Galba à Lucanis comprehenſus, unius fœminæ operâ, ad quam divertebatur, captivitate exemptus eſt. Æſernia & Alba, coloniæ, ab Italicis obſeſſæ ſunt. Auxilia deinde Latini nominis, externarumque gentium, miſſa populo Romano, & expeditiones invicem urbiumque expugnationes, referuntur.

EPITOME LIBRI LXXIII.

L. Julius Cæſar conſul malè adversùs Samnites pugnavit. Nola colonia in poteſtatem Samnitium venit cum L. Poſthumio Prætore, qui ab iis interemptus eſt. Complures populi ad hoſtes defecerunt. Cum P. Rutilius conſul parum proſperè contra Marſos pugnaſſet, & in prœlio cecidiſſet, C. Marius legatus ejus meliore eventu cum hoſtibus conflixit. Servius Sulpicius Pelignos prœlio fudit. Q. Cœpio, legatus Rutilii, cum obſeſſus proſperè in hoſtes erupiſſet, & ob eum ſucceſſum æquatum ei cum C. Mario eſſet imperium, temerarius factus, & circumventus inſidiis, fuſo exercitu cecidit. L. Cæſar conſul feliciter contra Samnites pugnavit: ob eam victoriam Romæ ſaga poſita ſunt, &, ut varia belli fortuna eſſet, Æſernia colonia cum M. Marcello in poteſtatem Samnitium venit. Sed C. Marius prœlio Marſos fudit. Herio Aſinio, Prætore Marrucinorum, occiſo, C. Cæcilius in Galliâ Tranſalpinâ Salvios rebellantes vicit.

EPITOME LIBRI LXXIV.

CN. Pompejus Picentes prœlio fudit, & obſedit: propter quam victoriam Romæ prætextæ, aliaque magiſtratuum ornamenta & inſignia ſumpta ſunt. C. Ma-

rius cum Marsis dubio eventu pugnavit. Libertini tum primum militare cœperunt. Aulus Plotius legatus Umbros, L. Porcius Prætor Marsos, cum uterque populus defeciſſet, prœlio vicerunt. Nicomedes in Bithyniæ, Ariobarzanes in Cappadociæ regna reducti ſunt. Cn. Pompejus conſul Marſos acie vicit. Cum ære alieno oppreſſa eſſet civitas, A. Sempronius Aſellio Prætor, quoniam ſecundum debitores jus dicebat, ab iis, qui fœnerabantur, in foro occiſus eſt. Præterea incurſiones Thracum in Macedoniam populationeſque continet.

EPITOME LIBRI LXXV.

AUlus Poſthumius Albinus, legatus, in obſidione caſtrorum hoſtilium cecidit. Sulpicius legatus, cum claſſi præeſſet, infamis crimine proditionis, ab exercitu ſuo interfectus eſt. L. Cornelius Sulla legatus, Samnites prœlio vicit, & bina caſtra eorum expugnavit. Cn. Pompejus Veſtinos in deditionem accepit. L. Porcius conſul rebus proſperè geſtis, fuſiſque aliquoties Marſis, dum caſtra eorum expugnat, cecidit, ea res hoſtibus victoriam ejus prœlii dedit. Coſconius & Lucejus Samnites acie vicerunt, Marium Egnatium, nobiliſſimum hoſtium ducem, occiderunt, compluraque eorum oppida in deditionem acceperunt. L. Sulla Hirpinos domuit, Samnites multis prœliis fudit: aliquot populos recepit: quantiſque rarò quiſquam aliis ante conſulatum rebus geſtis, ad petitionem conſulatus Romam eſt profectus.

EPITOME LIBRI LXXVI.

AUlus Gabinius Legatus, rebus adverſum Lucanos proſperè geſtis, & pluribus oppidis expugnatis, in obſidione caſtrorum hoſtilium cecidit. Sulpicius legatus Marrucinos cecîdit, totamque eam regionem recepit. Cn. Pompejus proconſul Veſtinos & Pelignos in deditionem accepit. Marſi quoque à L. Murenâ & Cæcilio Pinnâ legatis aliquot prœliis fracti, pacem petierunt. Aſculum à Cn. Pompejo captum eſt, cæſis & à Mamerco Æmilio legato

Italicis

Digitized by Google

Italicis. Silo Popœdius, dux Marſorum, auctor hujus rei, in prælio cecidit. Ariobarzanes Cappadociæ, Nicomedes Bithyniæ regno, à Mithridate Ponti rege pulſi ſunt. Præterea incurſiones Thracum in Macedoniam populationeſque continet.

EPITOME LIBRI LXXVII.

CUm P. Sulpicius, tribunus plebis, auctore C. Mario, pernicioſas leges promulgaſſet, ut exules revocarentur, & novi cives libertinique diſtribuerentur in tribus, & ut Marius adverſus Mithridatem, Ponti regem, dux crearetur, & adverſantibus conſulibus, Q. Pompejo, & L. Sullæ, vim intuliſſet, occiſoque Pompeii conſulis filio, genero Sullæ; L. Sulla conſul cum exercitu in urbem venit, & adverſus factionem Sulpicii & Marii in ipſa urbe pugnavit, eamque expulit: ex qua duodecim à ſenatu hoſtes, inter quos C. Marius pater & filius, judicati ſunt. P. Sulpicius, cum in quadam villâ lateret, indicio ſervi ſui retractus & occiſus eſt. Servus, ut præmium promiſſi indicii haberet, manumiſſus eſt, &, ob ſcelus proditi domini, de ſaxo dejectus eſt. C. Marius filius in Africam trajecit. C. Marius pater, cum in paludibus Minturnenſium lateret, extractus eſt ab oppidanis: & cum ad occidendum eum miſſus ſervus, natione Gallus, majeſtate tanti viri perterritus receſſiſſet, impoſitus publicæ navi delatus eſt in Africam. L. Sulla civitatis ſtatum ordinavit: exinde colonias deduxit. Q. Pompejus conſul, ad accipiendum à Cn. Pompejo proconſule exercitum profectus, conſilio ejus occiſus eſt. Mithridates, Ponti rex, Bithyniâ & Cappadociâ occupatis, & pulſo Aquilio, legato, Phrygiam provinciam populi Romani cum ingenti exercitu intravit.

EPITOME LIBRI LXXVIII.

MIthridates Aſiam occupavit. Q. Oppium proconſulem, item Aquilium legatum, in vincula conjecit: juſſuque ejus, quicquid civium Romanorum in Aſia fuit, uno die trucidatum eſt. Urbem Rhodum, quæ ſola in fide

permanſerat, oppugnavit, & aliquot prœliis navalibus victus receſſit. Achelaus, præfectus regis, in Græciam cum exercitu venit; Athenas occupavit. Præterea trepidationem urbium inſularumque, aliis ad Mithridatem, aliis ad populum Romanum, civitates ſuas tradentibus, continet.

EPITOME LIBRI LXXIX.

L. Cornelius Cinna, cùm pernicioſas leges per vim atque arma ferret, pulſus urbe à Cn. Octavio collegâ, cum ſex tribunis plebis, imperioque ei abrogato, corruptum Ap. Claudii exercitum in poteſtatem ſuam redegit, & bellum urbi intulit; accerſito C. Mario ex Africâ cum aliis exulibus: in quo bello duo fratres, alter ex Pompeji exercitu, alter ex Cinnæ, ignorantes concurrerunt: & cùm victor ſpoliaret occiſum, agnito fratre, ingenti lamentatione edita, rogo ei extructo, ipſe ſupra rogum ſe transfodit, & eodem igni conſumptus eſt. Et cùm opprimi inter initia potuiſſet, Cn. Pompeij fraude, qui utramque partem fovendo, vires Cinnæ dedit, nec niſi profligatis optimatium rebus auxilium tulit, & conſulis ſegnitie confirmati Cinna & Marius, quatuor exercitibus, quorum duo Q. Sertorio & Carboni dati ſunt, urbem circumſederunt. Oſtiam coloniam Marius expugnavit, & crudeliter diripuit.

EPITOME LIBRI LXXX.

ITalicis populis à ſenatu civitas data eſt. Samnites, qui ſoli arma recipiebant, Cinnæ & Mario ſe conjunxerunt: ab iis Plancius cum exercitu caſus eſt. Cinna & Marius cum Carbone & Sertorio Janiculum occupaverunt, & fugati ab Octavio conſule receſſerunt, Marius Antium, & Ariciam, & Lanuvium, colonias devaſtavit. Cum nulla ſpes eſſet optimatibus reſiſtendi propter ſegnitiem & perfidiam & ducum & militum, qui corrupti aut pugnare nolebant, aut ad diverſas partes tranſibant; Cinna & Marius in urbem recepti ſunt: qui velut captam, cæde & rapinis vaſtarunt: Cn. Octavio conſule occiſo, & omnibus adverſæ partis nobilibus trucidatis, inter quos M. Antonio eloquentiſ-

Digitized by Google

quentiſſimo viro, L. & C. Cæſare; quorum capita in roſtris poſita ſunt. Craſſus filius ab equitibus Fimbriæ interemptus: pater Craſſus, ne quid indignum virtute ſuâ pateretur, gladio ſe transfixit. Et citra ulla comitia conſules in ſequentem annum ſe ipſos renunciaverunt; Eodemque die, quo Magiſtratum inierant, Marius Sex. Licinium Senatorem de ſaxo dejici juſſit: editiſque multis ſceleribus, Idibus Januariis deceſſit; vir, cujus ſi examinentur cum virtutibus vitia, haud facilè ſit dictu, utrum bello melior, an pace pernicioſior fuerit: adeò, quam Rempublicam armatus ſervavit, eam primò togatus omni genere fraudis, poſtremò armis, hoſtiliter evertit.

EPITOME LIBRI LXXXI.

L. Sulla Athenas, quas Archelaus præfectus Mithridatis occuparat, circumſedit, & cum maximo labore expugnavit: urbi libertatem, & civibus, quæ habuerant, reddidit. Magneſia, quæ ſola in Aſiâ civitas in fide manſerat, ſummâ virtute adverſus Mithridatem defenſa eſt. Prætereà tranſitus Thracum in Macedoniam continet.

EPITOME LIBRI LXXXII.

SUlla copias regis, quæ Macedoniâ occupatâ in Theſſaliam venerant, prœlio vicit; cæſis hoſtium centum millibus, & caſtris quoque expugnatis. Renovato deinde bello, iterùm exercitum regis fudit ac delevit. Archelaus cum claſſe regiâ Syllæ ſe tradidit. L. Valerius Flaccus conſul, collega Cinnæ miſſus, ut Sullæ ſuccederet, propter avaritiam inviſus exercitui ſuo, à C. Fimbriâ, legato ipſius, ultimæ audaciæ homine, occiſus eſt: & imperium ad Fimbriam tranſlatum. Prætereà expugnatæ in Aſiâ urbes à Mithridate, & crudeliter direpta pecunia, incurſioneſque Thracum in Macedoniam, referuntur.

Digitized by Google

EPITOME LIBRI LXXXIII.

C. Fimbria, in Asia fusis prœlio aliquot copiis Mithridatis, urbem Pergamum cepit, obsessumque regem non multum abfuit, quin caperet. Urbem Ilion, quæ se potestati Sullæ reservabat, expugnavit ac delevit, & magnam partem Asiæ recepit. Sulla multis prœliis Thracas cecidit. Cum L. Cinna & Cn. Papirius Carbo, à seipsis consules per biennium creati, bellum contra Sullam pararent; effectum quidem est per L. Valerium Flaccum, principem senatus, qui orationem in senatu habuit, & per eos, qui concordiæ studebant, ut legati ad Sullam de pace mitterentur. Cinna ab exercitu suo, quem invitum cogebat naves conscendere, & adversus Sullam proficisci, interemptus est: consulatum Carbo solus gessit. Sulla, cum in Asiam trajecisset, pacem cum Mithridate fecit; ita ut his cederet provinciis, Asiâ, Bithyniâ, Cappadociâ. Fimbria, desertus ab exercitu, qui ad Sullam transierat, ipse se percussit: impetravitque de servo suo, præbens cervicem, ut se interficeret.

EPITOME LIBRI LXXXIV.

Sulla legatis, qui à senatu missi erant, futurum se in potestate senatus respondit, si cives, qui à Cinna pulsi ad se fugerant, restituerentur: quæ conditio cum justa senatui videretur, per Carbonem factionemque ejus, cui bellum videbatur utilius, ne conveniret, effectum est. Idem Carbo, cum ab omnibus oppidis Italiæ coloniisque obsides exigere vellet, ut fidem illorum contra Sullam obligaret, consensu senatus prohibitus est. Novis civibus Senatusconsulto suffragium datum est. Q. Metellus Pius, qui partes optimatium sequutus erat, cum in Africa bellum moliretur, à C. Fabio Prætore pulsus est: senatusque consultum per factionem Carbonis & Marianarum partium factum est, ut omnes ubique exercitus dimitterentur. Libertini in quinque & triginta tribus distributi sunt. Præterea belli apparatum, quod contra Sullam excitabatur, continet.

EPI-

Digitized by Google

EPITOME LIBRI LXXXV.

Sulla in Italiam cum exercitu trajecit, missisque legatis, qui de pace agerent, & à consule C. Norbano violatis, eundem Norbanum prœlio vicit. Et, cum L. Scipionis alterius consulis, cum quo per omnia id egerat, ut pacem jungeret, nec potuerat, castra oppugnaturus esset, universus exercitus consulis, sollicitatus per emissos à Sulla milites, signa ad Sullam transtulit. Scipio, cum interimi posset, dimissus est. Cn. Pompejus, Cn. F. ejus qui Asculum cepetat, conscripto voluntariorum exercitu, cum tribus legionibus ad Sullam venerat; ad quem se nobilitas omnis conferebat: ita ut desertâ urbe ad castra veniretur. Præterea expeditiones per universam Italiam utriusque partis ducum referuntur.

EPITOME LIBRI LXXXVI.

Cum C. Marius, C. Marii filius, consul ante annos viginti per vim creatus esset, C. Fabius in Africa propter crudelitatem & avaritiam in prætorio suo vivus exustus est. L. Philippus legatus Sullæ Sardiniam, Qu. Antonio Prætore pulso & occiso, occupavit. Sulla cum Italicis populis, ne timeretur ab iis, velut erepturus civitatem, & suffragii jus nuper datum, fœdus percussit: idemque, ex fiduciâ jam certæ victoriæ, litigatores, à quibus adibatur, vadimonia Romam differre jussit; cum à parte diversa urbs adhuc teneretur. L. Damasippus Prætor, ex voluntate C. Marii consulis, cum senatum contraxisset, omnem, quæ in urbe erat, nobilitatem trucidavit: ex cujus quidem numero Q. Mucius Scævola, Pontifex maximus, fugiens, in vestibulo ædis Vestæ occisus est. Prætereà bellum à L. Murenâ adversus Mithridatem in Asiâ renovatum continet.

EPITOME LIBRI LXXXVII.

Sulla C. Marium, exercitu ejus fuso deletoque ad Sacriportum, in oppido Prænestе, obsedit: urbem Romam ex inimicorum manibus recepit. Marium erumpere

tentantem repulit. Præterea res à legatis ejus, eâdem ubique fortunâ partium, gestas, continet.

EPITOME LIBRI LXXXVIII.

SUlla Carbonem, exercitu ejus ad Clusium, ad Faventiam, Fidentiamque exso, Italia expulit: cum Samnitibus, qui soli Italicorum populorum nondum arma posuerant, juxta urbem Romam ante portam Collinam debellavit: recuperatâque Republicâ, pulcherrimam victoriam crudelitate, quanta in nullo hominum unquam fuit, inquinavit. Octo millia deditorum in villa publica trucidavit: tabulam proscriptionis posuit: urbem ac totam Italiam cædibus replevit: inter quas omnes Prænestinos inermes concidi jussit: Marium, senatorii ordinis virum, cruribus brachiisque fractis, suribus præfectis, & effossis oculis, necavit. C. Marius, Prænestæ obsessus à Lucretio Ofella, Sullanarum partium viro, cùm per cuniculum captaret evadere, septus ab exercitu, mortem sibi conscivit: in ipso cuniculo, cùm sentiret se evadere minime posse, cum Pontio Telesino, fugæ comite, stricto utrimque gladio concurrit; quem cum occidisset, ipse saucius impetravit à servo, ut se occideret.

EPITOME LIBRI LXXXIX.

M. Brutus à Cn. Papirio Carbone, qui Coreyram appulerat, missus nave piscatoria Lilybæum, ut exploraret an ibi Pompejus esset, & circumventus navibus, quas Pompejus miserat, in se mucrone verso, ad transtrum navis obnixus corporis pondere, occubuit. Cn. Pompejus in Siciliam cum imperio à senatu missus, Cn. Carbonem, qui flens muliebriter mortem tulit, captum occidit. Sulla Dictator factus, quod nemo unquam fecerat, cum fascibus viginti quatuor processit. Rebus novis Reipublicæ statum confirmavit, tribunorum plebis potestatem minuit, & omne jus legum ferendarum ademit. Pontificum, augurumque collegium ampliavit, ut essent quindecim: senatum ex equestri ordine supplevit: proscriptorum liberis

jus

Digitized by Google

jus petendorum honorum eripuit, & bona eorum vendidit: ex quibus plurima primo rapuit: redactum est sestertium ter millies quingenties. Lucretium Ofellam, consulitum, contra voluntatem suam, petere ausum, jussit interimi in foro: & cùm hoc indignè ferret populus Romanus, concione advocatâ, se jussisse dixit. Cn. Pompejus in Africa Cn. Domitium proscriptum, Hiarbam, regem Numidarum, bellum molientes, victos interemit: & quatuor & viginti annos natus, adhuc eques Romanus, quod nulli contigerat: ex Africa triumphavit. Cn. Norbanus consularis proscriptus, in urbe Rhodo cùm comprehenderetur, ipse se interemit. Mutilus, unus ex proscriptis, clam capite adoperto, ad posticas ædes Bastiæ uxoris cùm accessisset, admissus minimè est, quia illum proscriptum diceret: itaque se transfodit, & sanguine suo fores uxoris respersit. Sulla Nolam in Samnio recepit, quadraginta septem legiones in agros captos deduxit, & eos iis divisit. Volaterras, quod oppidum adhuc in armis erat, obsessum, in deditionem accepit. Mitylenæ quoque in Asia, quæ sola urbs post victum Mithridatem arma retinebat, expugnatæ diruteque sunt.

EPITOME LIBRI XC.

SUlla decessit, honosque ei à senatu habitus est, ut in campo Martio sepeliretur. M. Lepidus, cùm acta Syllæ tentaret rescindere, bellum excitavit: & à Q. Catulo collega Italia pulsus est: & in Sardinia, frustra bellum molitus, periit. M. Brutus, qui Cisalpinam Galliam tenebat, à Cn. Pompejo occisus est. Q. Sertorius proscriptus, in ulteriore Hispania ingens bellum excitavit. L. Manlius proconsul, & M. Domitius legatus, ab Herculejo quæstore prælio victi sunt. Præterea res à P. Servilio proconsule adversus Cilicas gestas continet.

EPITOME LIBRI XCI.

CN. Pompejus, cùm adhuc equester esset, cum imperio consulari adversus Sertorium missus est. Sertorius

Digitized by Google

aliquot urbes expugnavit, plurimaſque civitates in poteſtatem ſuam redegit. Appius Claudius proconſul Thracas pluribus prœliis vicit, Q. Metellus proconſul L. Herculejum, queſtorem Sertorii, omni cum exercitu cecidit.

EPITOME LIBRI XCII.

CN. Pompejus dubio eventu cum Sertorio pugnavit, ita ut ſingula ex utrâque parte cornua vicerint. Q. Metellus Sertorium & Perpennam, cum duobus exercitibus prœlio fudit: cujus victoriæ partem cupiens ferre Pompejus, parùm proſperè pugnavit: obſeſſus deinde Calagurii Sertorius, aſſiduis eruptionibus non leviora damna obſidentibus intulit. Prætereâ à Curione proconſule in Thraciâ res geſtas adverſus Dardanos, & Q. Sertorii multa crudelia in ſuos facta continet: qui plurimos ex amicis & ſecum proſcriptis, crimine proditionis inſimulatos, interemit.

EPITOME LIBRI XCIII.

P. Servilius proconſul in Ciliciâ Iſauros domuit, & aliquot urbes piratarum expugnavit. Nicomedes, Bithyniæ rex, moriens, populum Romanum fecit hæredem, regnumque ejus in provinciæ formam redactum eſt. Mithridates, fœdere cum Sertorio icto, bellum populo Romano intulit. Apparatus deinde regiarum copiarum pedeſtrium navaliumque: & occupatâ Bithyniâ, M. Aurelius Cotta conſul ad Chalcedonem prælio à rege victus eſt: reſque à Pompejo & Metello adverſum Sertorium geſtas continet, qui omnibus belli militiæque artibus par fuit: quos etiam ab obſidione Calagurii oppidi depulſos, coëgit diverſas regiones petere, Metellum ulteriorem Hiſpaniam, Pompejum Galliam.

EPITOME LIBRI XCIV.

LUcullus conſul adverſus Mithridatem equeſtribus prœliis feliciter pugnavit: & expeditiones aliquot proſperas fecit, poſcentesque pugnam milites à ſeditione inhi-

inhibuit. Dejotarus, Gallograeciæ tetrarches, præfectos Mithridatis, bellum in Phrygiâ moventes, cecidit. Præterea res à Pompejo in Hiſpaniâ contra Sertorium proſperè geſtas continet.

EPITOME LIBRI XCV.

C. Curio proconſul Dardanos in Thraciâ domuit. Quatuor & ſeptuaginta gladiatores Capuæ ex ludo Lentuli profugerunt: & congregatâ ſervorum ergaſtulorumque multitudine, Crixo & Spartaco ducibus bello excitato, Claudium Pulchrum legatum, & P. Varenum Prætorem, prælio vicerunt. L. Lucullus proconſul ad Cyzicum urbem exercitum Mithridatis fame ferroque delevit; pulſumque Bithyniâ regem variis belli ac naufragiorum caſibus fractum, coëgit in Pontum profugere.

EPITOME LIBRI XCVI.

Q. Arrius Prætor Crixum, fugitivorum ducem, cum viginti millibus hominum cecidit. Cn. Lentulus conſul malè adversùs Spartacum pugnavit. Ab eodem L. Gellius conſul, & Q. Arrius Prætor, acie victi ſunt. Serrorius à Manio Antonio, & M. Perpernâ, & aliis conjuratis, in convivio interfectus eſt; octavo ducatus ſui anno: magnus dux, & adverſus duos imperatores Pompejum & Metellum ſæpè par, vel frequentiùs victor: ad ultimum deſertus & proditus. Imperium partium ad Marcum tranſlatum eſt: quem Cn. Pompejus victum captumque interemit, ac recepit Hiſpanias decimo fere anno, quam cœptum eſt bellum. C. Caſſius proconſul, Cn. Manlius Prætor, malè adverſus Spartacum pugnaverunt: idque bellum M. Craſſo Prætori mandatum eſt.

EPITOME LIBRI XCVII.

M. Craſſus Prætor primùm cum parte fugitivorum, quæ ex Gallis Germaniſque conſtabat, feliciter pugnavit; cæſis hoſtium triginta quinque millibus, & duce

eorum Granico. Cum Spartaco deinde bellavit; cæsis cum ipso millibus quadraginta. M. Antonius Prætor, bellum, adversus Cretenses parùm prosperè susceptum, morte sua finivit. M. Lucullus proconsul Thracas subegit. L. Lucullus in Ponto adversus Mithridatem feliciter pugnavit; cæsis hostium amplius quam sexaginta millibus. M. Crassus & Cn. Pompejus Consules facti, ut Crassus ex prætura, sic Pompejus, antequam quæsturam gereret, ex equite Romano, tribunitiam potestatem restituerunt. Judicia quoque per L. Aurelium Cottam Prætorem ad equites Romanos translata sunt. Mithridates desperatione rerum suarum coactus, ad Tigranem, Armeniæ regem, confugit.

EPITOME LIBRI XCVIII.

MAchates, filius Mithridatis, Bosphori rex, à L. Lucullo in amicitiam receptus est. Cn. Lentulus, & L. Gellius, Censores, asperam censuram egerunt, quatuor & sexaginta senatu motis: à quibus lustro condito, censa sunt civium capita quadringenta quinquaginta millia. L. Metellus Prætor in Sicilia adversum piratas prosperè rem gessit. Templum Jovis in Capitolio, quod incendio consumptum ac refectum erat, à Q. Catulo dedicatum est. L. Lucullus, in Armenia Mithridatem & Tigranem, & immensas utriusque regis copias, pluribus prœliis fudit. Q. Metellus proconsul, bello sibi adversum Cretenses mandato, Cydoniam urbem obsedit. L. Triarius, legatus Luculli, adversus Mithridatem parùm prosperè pugnavit. Lucullum, ne persequeretur Mithridatem ac Tigranem, summamque victoriæ imponeret, seditio militum tenuit, qui sequi nolebant: id est, legiones Valerianæ, impleta à se stipendia dicentes, Lucullum reliquerunt.

EPITOME LIBRI XCIX.

Q. Metellus proconsul Gnoson, & Lyctum, & Cydoniam, & alias plurimas civitates, expugnavit. L. Roscius, tribunus plebis, legem tulit, ut equitibus Romanis in theatro

Digitized by Google

theatro quatuordecim gradus proximi aſſignarentur. Cn. Pompejus, lege ad populum latâ, perſequi piratas juſſus, qui commercium annonæ intercluſerant, intra quadrageſimum diem toto mari eos expulit, belloque cum iis in Cilicia confecto, acceptis in deditionem piratis, agros & urbes dedit. Præterea res geſtas à Q. Metello adverſus Cretenſes continet: & epiſtolas Metelli & Cn. Pompeji invicem miſſas: queritur Metellus, gloriam rerum à ſe geſtarum à Pompejo ſublatam præteriri, qui in Cretam miſerit legatum ſuum ad accipiendas urbium deditiones. Pompejus rationem reddit, hoc ſe facere debuiſſe.

EPITOME LIBRI C.

C. Manlius, tribunus plebis, indignatione maximâ nobilitatis, legem tulit, ut Pompejo bellum Mithridaticum mandaretur. Concio ejus bona. Q. Metellus perdomitis Cretenſibus, liberæ in id tempus inſulæ, leges dedit. Cnejus Pompejus ad gerendum bellum adversùs Mithridatem profectus, cum rege Parthorum Phraate amicitiam renovavit: equeſtri prœlio Mithridatem vicit. Præterea bellum inter Phraatem, regem Parthorum, & Tigranem, Armeniorum regem, ac deinde inter filium Tigranem, patremque geſtum, continet.

EPITOME LIBRI CI.

CN. Pompejus Mithridatem nocturno prœlio victum coëgit Boſphorum profugere. Tigranem in deditionem accepit; eique ademptis Syriâ, Phœnice, Ciliciâ, regnum Armeniæ reſtituit. Conjuratio eorum, qui in petitione conſulatus ambitus damnati erant, facta de interficiendis conſulibus, oppreſſa eſt. Cn. Pompejus, cùm Mithridatem perſequeretur: in ultimas ignotaſque gentes penetravit. Iberos, Albanoſque, qui tranſitum non dabant, prœlio vicit. Præterea fugam Mithridatis per Colchos, Heniochoſque, & res ab eo in Boſphoro geſtas, continet.

Digitized by Google

EPITOME LIBRI CII.

CN. Pompejus in provinciæ formam Pontum redegit. Pharnaces, filius Mithridatis, bellum patri intulit: ab eò Mithridates obſeſſus in regiâ, cùm veneno ſumpto parùm profeciſſet ad mortem, à milite Gallo, nomine Bitæto, à quo, ut juvaret ſe, potierat, interfectus eſt. Cn. Pompejus Judæos ſubegit, fanum eorum Hieroſolymæ, inviolatum ante id tempus, cepit. L. Catilina bis repulſam in petitione conſulatus paſſus, cum Lentulo Prætore, & Cethego, & pluribus aliis, conjuravit de cæde conſulum & ſenatus, incendiis urbis, & opprimendâ Republicâ: exercitu quoque in Etruriâ comparato. Ea conjuratio induſtriâ M. Tullii Ciceronis eruta eſt. Catilinâ urbe pulſo, de reliquis conjuratis ſupplicium ſumptum eſt.

EPITOME LIBRI CIII.

CAtilina à C. Antonio proconſule cum exercitu cæſus eſt. P. Clodius accuſatus, quòd in mulieris habitu in ſacrarium, in quod virum intrare nefas eſt, intraſſet: cùmque uxorem Metelli Pontificis ſtupraviſſet, abſolutus eſt. Cn. Pontinus Prætor Allobroges, qui rebellaverant, ad Solonem domuit. P. Clodius ad plebem tranſiit. C. Cæſar Luſitanos ſubegit: eoque conſulatus candidato, & captante Rempublicam invadere, conſpiratio inter tres principes civitatis facta eſt, Cn. Pompejum, M. Craſſum, C. Cæſarem. Leges Agrariæ à Cæſare conſule cum maximâ contentione, invito ſenatu, & altero Conſule M. Bibulo, latæ ſunt. C. Antonius proconſul in Thraciâ parùm proſperè rem geſſit. M. Cicero, lege à P. Clodio tribuno plebis latâ, quod indemnatos cives necaviſſet, in exilium miſſus eſt. Cæſar in provinciam Galliam profectus, Helvetios, vagam gentem, domuit: quæ ſedem quærens, per provinciam Cæſaris Narbonem iter facere volebat. Præterea ſitum Galliarum continet. Pompejus de liberis Mithridatis, Tigrane & Tigranis filio, triumphavit: Magnuſque à totâ concione conſalutatus eſt.

EPI-

Digitized by Google

EPITOME LIBRI CIV.

PRima pars libri ſitum Germaniæ, moreſque continet. C. Cæſar cùm contra Germanos, qui, Arioviſto duce, in Galliam deſcenderant, exercitum duceret, rogatus ab Æduis & Sequanis, quorum ager poſſidebatur, trepidationem militum, propter metum novorum hoſtium ortam, allocutione exercitus inhibuit, & victos prœlio Germanos Galliâ expulit. M. Cicero, Pompejo inter alios orante, & T. Annio Milone tribuno plebis agente, ingenti gaudio ſenatus ac univerſæ Italiæ, ab exilio reductus eſt. Cn. Pompejo per quinquennium annonæ cura mandata eſt. Cæſar Ambianos, Sueſſiones, Viromanduos, Atrebates, Belgarum populos, quorum maxima multitudo erat, prœlio victos in deditionem accepit: ac deinde contra Nervios, unam harum civitatum, cum maximo diſcrimine pugnavit, eamque gentem delevit: quæ bellum geſſit, donec ex ſexaginta millibus armatorum trecenti ſupereſſent, ex nonaginta quinque ſenatoribus tres tantummodò evaderent. Lege lata de redigenda in provinciæ formam Cypro, & publicanda pecunia regia, C. Catoni adminiſtratio ejus rei mandata eſt. Ptolomæus, Ægypti rex, ob injurias, quas patiebatur à ſuis, regno pulſus, Romam venit. C. Cæſar Venetos, gentem Oceano junctam, navali prœlio vicit. Præterea à legatis ejus eâdem fortuna res geſtas continet.

EPITOME LIBRI CV.

CUm C. Catonis tribuni plebis interceſſionibus comitia tollerentur, ſenatus veſtem mutavit. M. Cato in petitione præturæ, prælato Vatinio, repulſam tulit: idem cùm legem impediret, quâ provinciæ conſulibus in quinquennium, Pompejo Hiſpaniæ, Craſſo Syria & Parthicum bellum, Cæſari Gallia & Germania dabantur, à C. Trebonio tribuno plebis, legis auctore, in vincula ductus eſt. A. Gabinius proconſul Ptolomæum reduxit in regnum Egypti, ejecto Archelao, quem ſibi regem adſciverant. Cæſar, victis Germanis, & in Gallia cæſis, Rhenum tranſcendit, & proxi-

Digitized by Google

proximam partem Germaniæ domuit: ac deinde Oceano in Britanniam, primò parùm prosperè, tempestatibus adversis, trajecit: iterùm parùm feliciùs, maximâque hominum multitudine cæsâ, aliquam partem insulæ in potestatem redegit.

EPITOME LIBRI CVI.

JUlia, Cæsaris filia, Pompeji uxor, decessit: honosque ei à populo habitus est, ut in Campo Martio sepeliretur.

Gallorum aliquot populi, Ambiorige duce Eburonum, defecerunt: à quibus Cotta, & Titurius, legati Cæsaris, circumventi insidiis, cum exercitu, cui præerant, cæsi sunt: & cum aliarum quoque legionum castra oppugnata maximo labore defensa essent, interque eos, qui in Treviris præerat, Q. Cicero; ab ipso Cæsare hostes prœlio fusi sunt. M. Crassius bellum Parthis illaturus, Euphratem fluvium transivit, victusque prœlio, in quo & filius ejus cecidit, cum reliquias exercitus in collem recepisset, evocatus in colloquium, ab hostibus, ut de pace acturis, quorum dux erat Surenas, comprehensus, &, ne quid vivus pateretur, repugnans interfectus est.

EPITOME LIBRI CVII.

C. Cæsar, Treviris in Gallia victis, iterum in Germaniam transit, nulloque ibi invento hoste, reversus in Galliam, Eburones, & alias civitates, quæ conspiraverant, vicit, & Ambiorigem in fuga persecutus. P. Clodii à T. Annio Milone, candidato consulatus, in Appia via ad Bovillas occisi corpus plebs in curia cremavit. Cum seditiones inter candidatos consulatus Hypsæum, Scipionem, & Milonem essent, qui armis ac vi contendebant; ad comprimendas eas, Cn. Pompejus legatus à senatu consul tertiùm factus est, absens & solus, quod nulli alii unquam. Quæstione decreta de morte P. Clodii, Milo, judicio damnatus, in exilium actus est. Lex lata est, ut ratio absentis Cæsaris in petitione consulatus haberetur, invito & contradicente M. Catone. Præterea res gestas à C. Cæsare adversum Gallos, qui

Digitized by Google

qui propè universi, Vercingentorige Arverno duce, defecerunt, & laboriosas obsidiones urbium, continet: inter quas Avarici Biturigum, & Gergoviæ Arvernorum.

EPITOME LIBRI CVIII.

C. Cæsar Gallos ad Alexiam vicit, omnesque Galliæ civitates, quæ in armis fuerant, in deditionem accepit. C. Cassius quæstor M. Crassi, Parthos, qui in Syriam transcenderant, cecidit. In petitione consulatus M. Cato repulsam tulit; creatis consulibus Sex. Sulpitio, & M. Marcello. C. Cæsar Bellovacos cum aliis Gallorum populis domuit. Præterea contentiones inter consules, de successore C. Cæsari mittendo, agente in senatu M. Marcello consule, ut Cæsar ad petitionem consulatus veniret, cum is, lege lata, in id tempus consulatus provincias obtinere deberet, resque à M. Bibulo gestas in Syria, continet.

EPITOME LIBRI CIX.

CAusa civilium armorum & initia referuntur, contentionesque de successore C. Cæsari mittendo; cum se dimissurum exercitum negaret, nisi à Pompejo dimitteretur: & C. Curionis, tribuni plebis, primum adversus Cæsarem, dein pro Cæsare actiones continet; cum senatusconsultum factum esset, ut successor Cæsari mitteretur. M. Antonio, & Q. Cassio, tribunis plebis, quoniam intercessionibus id senatusconsultum impediebant, urbe pulsis; mandatum à senatu Consulibus, & Cn. Pompejo, ut viderent, ne quid Respublica detrimenti caperet. C. Cæsar bello inimicos persecuturus, cum exercitu in Italiam venit: Corfinium cum L. Domitio, & L. Lentulo cepit, eosque dimisit. Cn. Pompejum, cæterosque partium ejus, Italia expulit.

EPITOME LIBRI CX.

C. Cæsar Massiliam, quæ portas ipsi clauserat, obsedit, & relictis in obsidione urbis ejus legatis, C. Trebonio, & D. Bruto, profectus in Hispaniam, L. Afranium, &

& C. Petrejum, legatos Cn. Pompeji, cum ſeptem legionibus ad Ilerdam in deditionem accepit, omneſque incolumes dimiſit: Varrone quoque, legato Pompeji, cum exercitu in poteſtatem ſuam redacto, Gaditanis civitatem dedit. Maſſilienſes, duobus navalibus prœliis victi, poſt longam obſidionem poteſtati Cæſaris ſe permiſerunt. C. Antonius, legatus Cæſaris, malè contra Pompejanos rebus geſtis, in Illyrico captus eſt: in quo bello Opitergini Tranſpadani, Cæſaris auxiliares, rate ſuâ ab hoſtilibus navibus clauſa, potiùs quam in poteſtatem hoſtium venirent, inter ſe concurrentes occubuerunt. C. Curio legatus in Africâ, cùm proſperè adverſus Varum, Pompejanarum partium ducem, pugnaſſet, à Juba, rege Mauritaniæ, cum exercitu cæſus eſt. C. Cæſar in Græciam trajecit.

EPITOME LIBRI CXI.

M. Cælius Rufus Prætor, cùm ſeditiones in urbe concitaret, novarum tabularum ſpe plebe ſollicitata, abrogato magiſtratu pulſus urbe, Miloni exuli, qui fugitivorum exercitum contraxerat, ſe conjunxit: uterque, cùm bellum molirentur, interempti ſunt. Cleopatra, Ægypti regina, à Ptolomæo fratre regno pulſa eſt. Propter. Q. Caſſii Prætoris avaritiam crudelitatemque, Cordubenſes in Hiſpania cum duabus Varianis legionibus à partibus Cæſaris deſciverunt. Cneus Pompejus ad Dyrrachium obſeſſus à Cæſare, & præſidiis ejus cum magna clade diverſæ partis expugnatis, obſidione liberatus, tranſlato in Theſſaliam bello, apud Pharſaliam acie victus eſt. Cicero in caſtris remanſit; vir nihil minùs quam ad bella natus: omnibuſque adverſarum partium, qui ſe poteſtati victoris permiſerunt, Cæſar ignovit.

EPITOME LIBRI CXII.

TRepidatio victarum partium per diverſas orbis terrarum partes, & fuga, referuntur. Cn. Pompejus, cùm Ægyptum petiſſet, juſſu Ptolomæi regis pupilli, auctore Theodoto præceptore, cujus apud regem maxima erat auctoritas,

Digitized by Google

ctoritas, & Photino, occiſus eſt ab Achillâ, cui delegatum id erat facinus, in navicula, antequam in terram exiret, Cornelia uxor, & Sex. Pompejus filius, in Cyprum refugerunt. Cæſar poſt tertium diem inſecutus, cùm ei Theodotus caput Pompeji & annulum obtuliſſet, & infenſus eſt, & illacrymavit: ſine periculo Alexandriam tumultuantem intravit. Cæſar, Dictator creatus, Cleopatram in regnum Ægypti reduxit, & inferentem bellum iiſdem auctoribus Ptolomæum, quibus Pompejum interfecerat, cum maximo ſuo diſcrimine vicit. Ptolomæus, dùm fugit, in Nilo navicula ſubſedit. Præterea laborioſum M. Catonis in Africâ, per deſerta, cum legionibus iter, & bellum à Cn. Domitio contra Phraatem proſperè geſtum, continet.

EPITOME LIBRI CXIII.

COnfirmatis in Africâ Pompejanis partibus, earum imperium P. Scipioni delatum eſt. Catone, cui ex æquo deferebatur, cedente. Et cùm de diruenda urbe Utica propter favorem civitatis ejus in Cæſarem deliberaretur, idque ne fieret, M. Cato renuiſſet, Juba ſuadente, ut dirueretur; tutela ejus, & cuſtodia mandata eſt Catoni. Inde Pompejus, Magni filius in Hiſpania contractis viribus, quarum ducatum nec Afranius nec Petrejus exciperé volebant, bellum adverſus Cæſarem renovavit: Pharnaces, Mithridatis filius, rex Ponti, ſine ulla belli mora victus eſt. Cùm ſeditiones Romæ à P. Dolabella, tribuno plebis, legem ferente de novis tabulis, excitatæ eſſent, & ex ea cauſa plebs tumultuaretur, inductis à M. Antonio: magiſtro equitum, in urbem militibus, octingenti è plebe cæſi ſunt. Cæſar, veteranis cum ſeditione miſſionem poſtulantibus, dedit: & cùm in Africam trajeciſſet, contra copias Jubæ regis cum diſcrimine magno pugnavit.

EPITOME LIBRI CXIV.

BEllum in Syria Cæcilius Baſſus, eques Romanus, Pompejanarum partium, excitavit; relicto à legione Sexto Cæſare, qui ad Baſſum tranſierat: occiſoque eo, Cæſar Scipio-

Scipionem Prætorem, Afranium, Jubamque vicit ad Thapſum, caſtris eorum expugnatis. Cato, auditâ re, cùm ſe percuſſiſſet Uticæ, & interveniente filio curaretur, inter ipſam curationem reſciſſo vulnere exſpiravit, anno ætatis quadrageſimo nono. Petrejus Jubam, ſeque interemit. P. Scipio, in nave circumventus, honeſtæ morti vocem quoque adjecit: quærentibus enim imperatorem hoſtibus, dixit, Imperator benè ſe habet. Fauſtus & Afranius occiſi. Catonis filio venia data: Brutus, legatus Cæſaris, in Galliâ Bellovacos rebellantes prœlio vicit.

EPITOME LIBRI CXV.

CÆſar quátuor triumphos duxit; ex Galliâ, ex Ægypto, ex Ponto, & Africâ: epulum, & omnis generis ſpectacula dedit. M. Marcello conſulari, ſenatu rogante, reditum conceſſit: qui Marcellus beneficio ejus frui non potuit, à Cn. Magio Chiloce, cliente ſuo, Athenis occiſus. Et cenſum egit, quo cenſa ſunt civium capita centum quinquaginta millia: profectuſque in Hiſpaniam adverſus Sex. Pompejum, multis utrimque expeditionibus factis, & aliquot urbibus expugnatis, ſummam victoriam cum maximo diſcrimine ad Mundam urbem conſecutus eſt. Pompejus Sex. effugit.

EPITOME LIBRI CXVI.

CCæſar ex Hiſpaniâ quintum triumphum egit: & cùm plurimi maximique honores ei à ſenatu decreti eſſent; inter quos, ut Pater Patriæ appellaretur, & ſacroſanctus, ac Dictator in perpetuum eſſet, invidiæ cauſam adverſum eum præſtitere, quòd ſenatui, deferenti hos honores, cum ante ædem Veneris Genitricis ſederet, non aſſurrexit: & quòd, M. Antonio conſule, collegâ ſuo, inter Lupercos currente, diadema capiti ſuo impoſitum in ſella repoſuit: & quòd Epidio Marullo, & Cæſetio Flavo, tribunis plebis, invidiam ei, tanquam regnum affectanti, moventibus, poteſtas abrogata eſt. Ex iis cauſis conſpiratione in eum factâ (cujus capita fuerunt M. Brutus, & C. Caſſius, & ex Cæſa-

Cæſaris partibus D. Brutus, & C. Trebonius) in curiâ Pompeji occiſus eſt viginti tribus vulneribus, occupatumque ab interfectoribus ejus Capitolium. Oblivione deinde cædis ejus à ſenatu decreta, obſidibus Antonii & Lepidi liberis acceptis, conjurati à Capitolio deſcenderunt. Teſtamento Cæſaris hæres ex parte dimidiâ inſtitutus C. Octavius, ſororis nepos, & in nomen adoptatus eſt. Cæſaris corpus, cùm in campum Martium deferretur, à plebe ante roſtra crematum eſt. Dictaturæ honos in perpetuum ſublatus eſt. C. Amatius humillimæ ſortis homo, qui ſe C. Marii filium ferebat, cùm apud credulam plebem ſeditiones moveret, interfectus eſt.

EPITOME LIBRI CXVII.

C. Octavius Romam ex Epiro venit (eò enim illum Cæſar præmiſerat bellum in Macedoniâ geſturus:) omnibuſque proſperis exceptus, etiam nomen Cæſaris ſumpſit. In confuſione rerum, ac tumultu, Lepidus pontificatum maximum intercepit. Sed M. Antonius Conſul, cùm impotenter dominaretur, legemque de provinciarum permutatione per vim tuliſſet, & Cæſarem quoque, petentem ut ſibi adverſum avunculi percuſſores adeſſet, magnis injuriis affeciſſet; Cæſar, & ſibi, & Reipublicæ vires contra eum paraturus, deductos in colonias veteranos excitavit. Legiones quoque quarta & Martia, ſigna ab Antonio ad Cæſarem tulerunt: deinde & complures ſævitiâ M. Antonii paſſim in caſtris ſuis trucidati, quia ſuſpecti erant, & ad Cæſarem deſciverunt. D. Brutus, ut petenti Ciſalpinam Galliam Antonio obſiſteret, Matinam cum exercitu occupavit. Præterea diſcurſus utriuſque partis virorum ad accipiendas provincias, apparatuſque belli, continet.

EPITOME LIBRI CXVIII.

M. Brutus in Græcia, ſub prætextu Reipublicæ, & ſuſcepti contra M. Antonium belli, exercitum, cui Vatinius præerat, cum provincia in poteſtatem ſuam redegit. C. Cæſari, qui primus Reipublicæ arma ſumpſerat,

pro

proprætoris imperium à ſenatu datum eſt cum conſularibus ornamentis : adjectumque, ut ſenator eſſet. M. Antonius D. Brutum Mutinæ obſedit, miſſique ad eum legati à ſenatu de pace, parùm ad eam componendam valuerunt. Populus Romanus ſaga ſumpſit. M. Brutus in Epiro C. Antonium Prætorem, cum exercitu, poteſtati ſuæ ſubjecit.

EPITOME LIBRI CXIX.

C. Trebonius in Aſiâ fraude P. Dolabellæ occiſus eſt : ob id facinus Dolabellâ hoſtis à ſenatu judicatus eſt. Cùm Panſa Conſul malè adverſus Antonium pugnaſſet, A. Hirtius Couſul cum exercitu ſuperveniens, fuſis M. Antonii copiis, fortunam utriuſque partis æquavit. Victus deinde ab Hirtio & Cæſare Antonius, in Galliam confugit ; & M. Lepidum cum legionibus, quæ ſub ipſo erant, ſibi junxit ; hoſtiſque à ſenatu cum omnibus, qui intra præſidia ejus erant, judicatus eſt. A. Hirtius, qui poſt victoriam ipſis in hoſtium caſtris ceciderat, & L. Panſa è vulnere, quod in adverſo prœlio exceperat, defunctus, in campo Martio ſepulti ſunt. Adverſus C. Cæſarem, qui ſolus è tribus ducibus ſupererat, parùm gratus ſenatus fuit : qui, D. Bruto obſidione Mutinenſi à Cæſare liberato, honore triumphi decreto, Cæſaris militumque ejus mentionem non ſatis gratam habuit : ob quæ C. Cæſar, reconciliata per M. Lepidum cum M. Antonio gratiâ, Romam cum exercitu venit : & perculſis adventu ejus iis, qui in eum iniqui erant, cùm annos novendecim haberet, conſul creatus eſt.

EPITOME LIBRI CXX.

CÆſar Conſul, legem tulit de quæſtione habenda in eos, quorum opera pater occiſus eſſet : poſtulatique ea lege M. Brutus, C. Caſſius, D. Brutus, abſentes damnati ſunt. Cùm M. Antonio vires Aſinius quoque Pollio, & M. Munatius Plancus cum exercitibus ſuis adjuncti ampliaſſent, & D. Brutus, cui ſenatus, ut perſequeretur Antonium, mandaverat, relictus à legionibus ſuis profugiſſet ; juſſu Antonii, in cujus poteſtatem venerat, à Capeno Sequano interemptus

Digitized by Google

emptus eſt. Cæſar pacem cum Antonio & Lepido fecit, ita, ut Tres viri Reipub. conſtituendæ per quinquennium eſſent, ipſe, Lepidus, & Antonius, & ut ſuos quiſque inimicos proſcriberent: in quâ proſcriptione plurimi equites Romani, cxxx. ſenatorum nomina fuerunt, & inter eos L. Pauli fratris M. Lepidi, & L. Cæſaris Antonii avunculi, & M. Ciceronis: hujus occiſi à Popilio, legionario milite, cùm haberet annos ſexaginta tres, caput quoque cum manu dextrâ in Roſtris poſitum eſt. Præterea res à M. Bruto in Græcia geſtas continet.

EPITOME LIBRI CXXI.

C. Caſſius, cui mandatum à ſenatu erat, ut Dolabellam hoſtem judicatum bello perſequeretur; auctoritate Reipublicæ adjutus, Syriam cum tribus exercitibus, qui in eâdem provinciâ erant, in poteſtatem ſuam redegit: Dolabellam in urbe Laodicæâ obſeſſum mori coëgit. M. quoque Bruti juſſu C. Antonius captus, occiſus eſt.

EPITOME LIBRI CXXII.

M. Brutus adversùs Thracas parum proſperè rem geſſit; omnibuſque tranſmarinis provinciis exercitibuſque in poteſtatem ejus & C. Caſſii redactis, coïerunt Smyrnæ uterque ad ordinanda belli futuri conſilia. M. Meſſalæ Publicolam fratrem victum, communi conſilio condonaverunt.

EPITOME LIBRI CXXIII.

SEx. Pompejus, Magni filius, lectis ex Epiro proſcriptis ac fugitivis, cum exercitu diu, ſine ulla loci cujuſquam poſſeſſione, prædatus in mari, Meſſanam oppidum in Sicilia primum, deinde totam provinciam occupavit, occiſoque A. Pompejo Bithynico Prætore, Q. Salvidienum, legatum Cæſaris, navali prælio vicit. Cæſar & Antonius cum exercitibus in Græciam trajecerunt; bellum contra Brutum & Caſſium geſturi. Q. Cornificius in Africa T. Seſtium, Caſſianarum partium ducem, prœlio vicit.

EPI-

Digitized by Google

EPITOME LIBRI CXXIV.

C. Cæſar, & Antonius, apud Philippos vario eventu contra Brutum & Caſſium pugnaverunt: ita ut utriuſque dextra cornua vincerent: & caſtra quoque utrimque ab iis, qui vicerant, expugnarentur. Sed inæqualem fortunam partium mors Caſſii fecit: qui, cum in eo cornu fuiſſet, quod pulſum erat, totum exercitum fuſum ratus, mortem ſibi conſcivit. Altero deinde prœlio victus M. Brutus & ipſe vitam finivit; exorato Stratone, fugæ comite, ut ſibi gladium adjiceret, annorum circiter quadraginta. Inter quos Q. Hortenſius occiſus eſt.

EPITOME LIBRI CXXV.

C. Cæſar, relicto Antonio, tranſmarinæ provinciæ ex parte imperium ei ceſſit: reverſus in Italiam, veteranis agros diviſit. Seditiones exercitus ſui, quas corrupti à Fulviâ, M. Antonii uxore, milites contra imperatorem ſuum concitaverant, cum gravi periculo inhibuit. L. Antonius conſul, M. Antonii frater, eadem Fulvia concilante, bellum Cæſari intulit: receptis in partes ſuas populis, quorum agri veteranis aſſignati erant, & M. Lepido, qui cuſtodiæ urbis cum exercitu præerat, fuſo, hoſtiliter in urbem irrupit.

EPITOME LIBRI CXXVI.

C. Cæſar, cum eſſet annorum viginti trium, obſeſſum in oppido Peruſiæ L. Antonium, conatumque aliquoties erumpere, & repulſum fame, coëgit in deditionem venire, ipſique & omnibus militibus ejus ignovit. Peruſiam diruit. Redactis in poteſtatem ſuam omnibus diverſæ partis exercitibus, bellum citra ullum ſanguinem conſecit.

EPITOME LIBRI CXXVII.

PArthi Labieno, qui pompejanarum partium fuerat, duce, in Syriam irruperunt: victoque Decidio Saxa, M. Antonii legato, universam eam provinciam occupaverunt. M. Antonius, cum ad bellum contra Cæsarem gerendum incitaretur, uxore Fulvia dimissa, ne concordiæ ducum obstaret; pace facta cum Cæsare, sororem ejus Octaviam in matrimonium duxit. Q. Salvidienum, consilia nefaria contra Cæsarem molitum, indicio suo protraxit: isque damnatus, mortem sibi conscivit. P. Ventidius, Antonii legatus, Parthos, prœlio victos, Syriâ expulit, Labieno, eorum duce, occiso. Cum vicinus Italiæ hostis Sext. Pompejus Siciliam teneret, & annonæ commercium impediret, cum eo postulatam pacem Cæsar & Antonius fecerunt; ita ut Siciliam provinciam haberet. Præterea motus Africæ, & bella gesta, continet.

EPITOME LIBRI CXXVIII.

CUm Sex. Pompejus rursùs latrociniis mare infestum redderet, nec pacem, quam acceperat, præstaret, Cæsar, necessario bello contra eum suscepto, duobus navalibus prœliis dubio eventu pugnavit. L. Ventidius, legatus M. Antonii, Parthos in Syriâ prœlio vicit, regemque eorum interemit. Judæi quoque à legatis Antonii subacti sunt. Præterea belli apparatum continet.

EPITOME LIBRI CXXIX.

ADversùs Sex. Pompejum vario eventu navalibus certaminibus pugnatum est: ita ut ex duabus Cæsaris classibus, altera, cui Agrippa præerat, vinceret; alterâ, quam Cæsar duxerat, deleta, expositi in terram milites in magno periculo essent. Victus deinde Pompejus in Siciliam profugit. M. Lepidus, qui ex Africa velut ad societatem belli contra Sex. Pompejum à Cæsare gerendi trajecerat, cum bellum Cæsari quoque inferret; relictus ab

exercitu, abrogato triumviratus honore, vitam impetravit. M. Agrippa navali corona à Cæsare donatus est : qui honos nemini ante eum habitus erat.

EPITOME LIBRI CXXX.

M. Antonius, dum cum Cleopatra luxuriaretur, tardè Mediam ingressus, bellum cum legionibus octodecim & sexdecim millibus equitum, Parthis intulit : & cum, duabus legionibus amissis, nulla re prosperè cedente, rediret, insecutis subindè Parthis, & ingenti trepidatione, & magno totius exercitus periculo, in Armeniam reversus est ; viginti & uno diebus trecenta millia fuga emensus. Circa octo millia hominum tempestatibus amisit : tempestates quoque infestas super tam infeliciter susceptum Parthicum bellum culpa sua passus est : quia hiemare in Armenia nolebat, dum ad Cleopatram festinat.

EPITOME LIBRI CXXXI.

SEx. Pompejus, cum in fidem M. Antonii veniret, bellum adversus eum in Asia moliens, oppressus à legatis ejus, occisus est. Cæsar seditionem Veteranorum, cum magnâ pernicie motam, inhibuit. Iapidas & Dalmatas, & Pannonios, subegit. Antonius Artavasdem, Armeniæ regem, fide datâ perductum, in vincula conjici jussit, regnumque Armeniæ filio suo, ex Cleopatra nato, dedit : quam uxoris loco, jampridem captus amore ejus, habere cœperat.

EPITOME LIBRI CXXXII.

CÆsar in Illyrico Dalmatas domuit. Cum M. Antonius ob amorem Cleopatræ, ex qua duos filios habebat, Philadelphum & Alexandrum, neque in urbem venire vellet, neque finito triumviratus tempore imperium deponere ; bellumque moliretur, quod urbi Italiæque inferret ; ingentibus tam navalibus quam terrestribus copiis ob hoc contractis, remissoque Octaviæ sorori Cæsaris repudio ;

Cæsar

Digitized by Google

Cæsar in Epirum cum exercitu trajecit. Pugnæ deinde navales & prœlia equestria secunda Cæsaris feruntur.

EPITOME LIBRI CXXXIII.

M. Antonius, ad Actium classe victus, Alexandriam profugit, obsessusque à Cæsare, in ultimâ rerum desperatione, præcipuè occisæ Cleopatræ falso rumore impulsus, se ipse interemit. Cæsar, Alexandriâ in potestatem redactâ, Cleopatrâ, ne in arbitrium victoris veniret, voluntariâ morte defunctâ, in urbem reversus, tres triumphos egit: unum ex Illyrico, alterum ex Actiacâ victoriâ, tertium de Cleopatrâ: imposito fine civilibus bellis altero & vicesimo anno. M. Lepidus, Lepidi, qui triumvir fuerat, filius, conjuratione contra Cæsarem factâ, bellum moliens, oppressus & occisus est.

EPITOME LIBRI CXXXIV.

C. Cæsar, rebus compositis, & omnibus provinciis in certam formam redactis, Augustus quoque nominatus est: & mensis Sextilis in honorem ejus appellatus est. Cùm ille conventum Narbone ageret, census à tribus Galliis, quas Cæsar pater vicerat, actus. Bellum contra Bastarnas, & Mœsos, & alias gentes, à M. Crasso gestum, refertur.

EPITOME LIBRI CXXXV.

BEllum à M. Crasso adversùs Thracas, & à Cæsare adversùs Hispanos gestum, refertur: & Salassi, gens Alpina, perdomiti.

EPITOME LIBRI CXXXVI.

RHetia à Tiberio Nerone, & Druso, Cæsaris privigno, domita. Agrippa, Cæsaris gener, mortuus: à Druso census actus est.

Digitized by Google

EPITOME LIBRI CXXXVII.

CIvitates Germaniæ, cis Rhenum & trans Rhenum positæ, oppugnantur à Druſo: & tumultus, qui ob cenſum exortus in Gallia erat, compoſitus. Ara D. Cæſari, ad confluentem Araris & Rhodani, dedicata: ſacerdote creato C. Julio Vercondari dubio Æduo.

EPITOME LIBRI CXXXVIII.

THraces domiti à L. Piſone: item Cheruſci, Tenchteri, Catti, aliæque Germanorum trans Rhenum gentes ſubactæ à Druſo referuntur. Octavia, ſoror Auguſti, defuncta; ante amiſſio filio Marcello: cujus monimenta ſunt, theatrum & porticus, nomini ejus dicata.

EPITOME LIBRI CXXXIX.

BEllum, contra Tranſrhenanas gentes à Druſo geſtum, refertur: in quo inter primores pugnaverunt Senectius & Anectius, tribuni civitatis Nerviorum. Dalmatas & Pannonios Nero, frater Druſi, ſubegit. Pax cum Parthis facta eſt: ſignis à rege eorum, quæ ſub Craſſo, & poſteà ſub Antonio capta erant, redditis.

EPITOME LIBRI CXL.

BEllum, adversùs Germanorum trans Rhenum civitates geſtum à Druſo, refertur: ipſe ex fractura, equo ſuper crus ejus collapſo, tricesimo die, quam id acciderat, mortuus eſt: corpus à Nerone fratre, qui nuntio valetudinis evocatus raptim accurrerat, Romam pervectum, & in C. Julii tumulo conditum. Laudatus eſt à Cæſare Auguſto vitrico: & ſupremis ejus plures honores additi.

FINIS.

EX-

Digitized by Google

EXCERPTIONES CHRONOLOGICÆ AD FLORUM;

Ad librorum & capitum ſingulorum loca ita concinnatæ, ut prior cifra librum, altera caput tibi oſtendat.

Anni ante natum Chriſtum.		Anni ante Urbem Conditam	
	Italiæ cultores primi Aborigines fuere, quorum rex Saturnus: poſt hunc tertio loco Faunus, ſub quo.		
1230	*Evander in Italiam*	480	*Gedeon Iſraëlis judex moritur.*
1221	*venit.* 1. 1	471	*Atheas Ponticis gentibus imperat.* 3. 5
1181		431	*Troja capta.*
1179	*Æneas in Italiam venit.* 1. 1	429	*Agamemnon occiditur.*
	Lavinium conditur 1. 1.		*Jephtha, Ebzan, Elon, Abdon, Iſraëlem judicant.*
		399	
1149	*Alba condita.* 1. 1		
882			
		132	*Dido Carthaginem condit.*
793	*Amulius Numitorem regno pellit.* 1. 1	43	
776	*Romulus naſcitur.* 1. 1.	26	*Uſias Rex Judæ. Zacharias, Sallum, Menahem, reges Iſraëlis.*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
752	*Amulium deturbat.* I. I.	2	*Ezechias rex nascitur.*
750	*Roma condita.* I. I. *cujus ita primus Rex Romulus regnat per annos* XXXVII.	An-ni ab Urbe con-dita.	*Micha Propheta.*
747	*Raptus Sabinarum.* I. I.	3	
746	*Spolia opima prima.* I. I.	4	
743	*Sabini, ex hostibus, Romę cives fiunt.* I. I.	7	*Pekah, rex Israëlis, incurrit in Judæam. Hierosolyma obsidetur.*
721	*Romulus Vejentes vincit.* I. I	29	*Salmanassar expugnat Samariam.*
713	*Romulus moritur.* I. I.	17	
712	*Numa Pompilius, secundus rex Romanorum, pacificè regnat per annos* XLIII. I. 2	38	*Nahum Propheta.*
669	*Tullus Hostilius, tertius rex Romanorum, regnat per annos* XXXII. I. 3	81	*Ezechias, Manasses, reges Judæ.*
664	*Pugna Tergeminorum.* I. 3	86	
662	*Alba diruta.* I. 3		*Tarentus conditur.*
664		88	I. 18.
		106	*Ammon rex Judæ.*
637	*Ancus Marcius, quartus rex Romanorum, regnat per annos* XXIV.	113	
624	*Ostia condita.*	126	*Josias rex Judæ.*

Tar- *Josias*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
613	*Tarquinius Priſcus, quintus rex Romanorum, regnat per annos* XXXVIII.	137	*Joſias moritur, ſuccedunt filii.* *Nebucadnezar Hieroſolymam venit.*
599	*Tuſci vincuntur.* I. 5.	151	*Daniel interpretatur Nebucadnezari ſomnium.* *Jeremias vaticinatur.*
588		162	*Galli in Italiam veniunt.* I. 13
575	*Servius Tullius, ſextus rex Romanorum, regnat per annos* XLIV. I. 6	175	*Ezechiel vaticinatur.*
563	*Cenſus inſtituitur.* I. 6.	187	*Jechonias olim rex Judæ carcere liberatur.*
531	*Tarquinius Superbus, rex Romanorum ultimus, regnat per annos* XXV. I. 7	219	*Cyrus Judæos reſtituit.*
524	*Sueſſa Pometia capitur.* I. 7	226	*Templum reficitur.*
519		231	*Septem Perſæ regnum Magis eripiunt.* 3. 5.
515	*Gabii urbs capitur.* I. 7.	235	*Darius rex Perſarum.* *Haggæus & Sacharias vaticinantur.*
514	*Capitolium conditum.* I. 7	236	*Babylon operâ Zopyri capitur.*
506	*Imperium regibus abrogatur, cùm duraſſet annos* CCLIV. *Conſulatus origo.* I. 9.	244	*Bellum Ionicum geritur.*

Digitized by Google

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
	Brutus filios securi percutit. I. 9		
	Porsena Romam obsidet. I. 10		
	Horatius, Mucius, Cloelia clarent. I. 10.		
	Brutus & Arruns Tarquinius mutuis vulneribus cadunt. I. 10.		*Pythagoras moritur.*
493	*Posthumius dictator Latinos vincit.* I. 11	257	
491	*Plebs secedit in sacrum montem.* I. 23	259	
490	*Corioli capiuntur: undè Coriolanus.* I. 11	260	
489		261	*Darius exercitum mittit contra Athenienses.* 2. 8
488	*Coriolanus exulat.* I. 22.	262	
482	*Spurius Cassius interficitur ob affectatum regnum.* I. 26	268	
		269	
481			*Xerxes montem Athon persodit.* 2. 8
476	*Fabii privatum bellum cum Vejentibus gerunt.* I. 12	274	
		280	
470	*Volerone duce fracti Cos. fasces.* I. 22		
468	*Appii exercitus non vult vincere.* I. 22	282	
			Artaxerxes rex Persarum.
			Esras Hierosolymam venit.
448	*Decemviri creantur.*	302	

Ne-

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
	tur. I. 24		
446	Decemviratus tollitur. I. 24	304	Nehemias Hieroſolymam venit. Herodotus hiſtoriam ſcribit.
425	Spolia opima ſecunda. I. 12	325	Thucydides hiſtoriam ſcribit.
410	P. Poſthumius Albus trib. mil. conſulari poteſtate, lapidatur à militibus. I. 22	340	Bellum Siculum cum Athenienſibus. Dionyſius major Siciliæ tyrannus.
401	Veji obſeſſi. I. 12 Stipendia incipiunt. I. 12.	349	
399	Hiematur ſub pellibus. I. 12	351	Artaxerxes Mnemon, rex Perſarum.
392	Faliſci Camillo ſe dedunt. I. 12 Fidenæ conflagrant. I. 12.	358	
391	Veji capti. I. 12	359	Plato philoſophatur.
386	Camillus exulat. I. 22.	364	
385	Roma capta. I. 13	365	Pax tota Græcia.
384	Camillus finitimos vincit. I. 13	366	Xenophon Hiſtoriam ſcribit.
379	M. Manlius de ſaxo Tarpejo dejicitur. 2. 26.	371	Ariſtoteles naſcitur.
362	C. Licinius Stolo, ſenatui conſortium conſulatus extorquet. I. 26.	388	
355	Galli vincuntur ad Anienem. I. 13. indè Torquatus.	396	Philippus M. rex Macedoniæ.
343	Galli vincuntur in agro	407	Templum Dianæ

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
	agro Pomptino. I. 13 *inde Corvini.*		*Epheſi conflagrat, dùm Alexander naſcitur.* *Dionyſius Corinthi.*
337	*Campani concedunt in ditionem Romanorum.* I. 16 *Undè natum bellum Samniticum, quod duravit annis circiter L.*	413	
334	*Manlius filium contra imperium pugnantem occîdit.* I. 14	416	*Alexander M. rex Macedoniæ.*
332	*Roſtra nomen accipiunt ex ſpoliis Antiatibus.* I. 11	416	*Darius, Perſarum rex interficitur.* *Hieroſolyma capitur à Ptolomæo.* *Agathocles Siciliæ tyrannus.*
317	*Clades Caudinæ.* I. 19.	433	*Theophraſtus philoſophatur.*
316	*Papirius Samnitibus jugum reponit.* I. 16	434	
307		443	*Lyſimachia condita.* 2. 8.
305	*Saltus Ciminius penetratus.* I. 17	445	*Demetrius Poliorcetes, rex Aſiæ.*
303	*Decius Mus ſe devovet.* I. 17	447	*Demetrius Poliorcetes, rex Macedoniæ.*
288	*Curius Sabinos vincit.* I. 15. *Hoc anno bello*	462	*Pyr-*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
	bello Samnitico finis impositus, cùm duraſſet annis L. I. 16		*Pyrrhus, rex Macedoniæ.*
284	*Plebs ſecedit in Janiculum.* I. 25	466	*Ptolomæus Philadelphus, rex Ægypti.*
281	*Dolabella Gallos vincit.* I. 13	469	*Regnum Tuſcorum finitum.*
279	*Bellum Tarentinum.* I. 18.	471	
278	*Pyrrhus Tarentinis auxilio venit.* I. 18. *Pugnat cum Romanis ad Heracleam.* I. 18.	472	*Ptolomæus Ceraunus, rex Macedoniæ.*
276	*Iterùm ad Aſculum.* I. 18	474	*Galli in Aſiam veniunt, undè Gallogræcia.* 2. 11
273	*Poſtremò in Aruſinis campis* I. 18 *Fabricius cenſor Ruſinum notat.* I. 18	477	*Aratus Phænomena ſcribit.* *Sacra Biblia tranſlata per* LXX. *interpretes.*
266	*Picentes vincuntur.* I. 19.	484	
264	*Sallentini vincuntur.* I. 20	486	
263	*Volſinienſium ſervi puniuntur.* I. 21 *Hoc modo Italia facta Romanorum.* 2. I.	487	
262	*Romani in Siciliam navigant.* 2. 2 *Undè natum bellum*	488	*Antigonus, rex Ma-*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
	lum Punicum primum, quod duravit annis circiter XXIV.		*Macedoniæ Gallos vincit. Nicomedia conditur. Zeno Stoicus moritur.*
258	*C. Duillius Nepos Cos. Pœnos navali prælio superat.* 2. 2 *Cn. Cornelius Scipio Asina Cos. capitur à Pœnis.* 2. 2	492	*Antiochus Theos, rex Syriæ.*
257	*L. Cornelius Scipio Cos. in Sardiniâ & Corsicâ Pœnos vincit.* 2. 2.	493	*Ptolomæus Philadelphus cum Antiocho bellum gerit.*
256	*A. Attilius Calatinus Cos. in Siciliâ Pœnos vincit.* 2. 2	494	
254	*M. Atilius Regulus Cos. bellum in Africam transfert.* 2. 2	496	
253	*Xanthippus Regulum vincit.* 2. 2	497	*Antigonus Athenas capit.*
248	*L. Cæcilius Metellus procos. Pœnos cædit.* 2. 2 *Regulus pacem cum Pœnis dissuadet.* 2. 2.	502	*Aratus Sicyonius, dux Achaorum.*
247	*P. Claudius Pulcer Cos. classem amittit.* 2. 2	503	*Ptolomæus Evergetes, rex Ægypti.*
243	*M. Fabius Buteo Cos. Pœnos cadit.* 2. 2	507	
239	*C. Lutatius Catulus Cos. primo bello Punico finem imponit.* 2. 2. *Duravit autem annis* XXIV.	511	*Atalus Pergamenum regnum constituit.* *Arsaces Parthorum regnum constituit.*
	Q. Ful-		*Anni-*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
235	*Q. Fulvius Flaccus Coſ. Ligures vincit.* 2. 3	515	*Annibal patri jurat ad aram, ſe hoſtem pop. Rom. futurum.* 2. 6
233	*Janus clauſus.* 2. 3	517	
232	*Ligures Romanis bellum faciunt.* 2. 3	518	
228	*Teutana legationem Rom. violat.* 2. 5	522	
227	*Illyrii vincuntur.* 2. 5.	523	*Demetrius, rex Macedoniæ, Philippi pater, moritur.*
226		524	*Carthago Hiſpana conditur: de quâ,* 2. 6
225	*Saguntus fœdere Romanorum & Pœnorum in libertatem excipitur.* 2. 6	525	
223	*L. Æmilius Pappus Coſ. Gallos vincit.* 2. 4	527	*Seleucus & Antiochus fratres, Syriæ reges, moriuntur.*
221	*C. Flaminius Nepos Coſ. Gallos vincit.* 2. 4.	529	*Antigonus Tutor, Macedoniæ rex, Spartam occupat.*
220	*M. Claudius Marcellus Coſ. de Viridomaro Gallo opima refert.* 2. 4	530	*Philippus, rex Macedoniæ penultimus.*
217	*Saguntus deleta.* 2. 6. *Romani legatione Carthaginem miſſâ, dedi poſtulant Annibalem.* 2. 6	533	*Philippus cum Ætolis bellum gerit. Antiochus cum Ptolomæo. Philippus Peloponneſum occupat.*
	An-		*At-*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
216	*Annibal Alpes transſit.* 2. 6. *undè bellum Punicum ſecundum, quod duravit annis circiter.* XVI.	534	*Attalus cum Gallis contra Achæum pugnat.*
	Cn. Scipio in Hiſpaniam mittitur. 2, 6. & 2, 17.		*Carthaginienſium claſſis ad recuperandam Siciliam miſſa, vincitur.*
	P. Cornelius Scipio, poſt Africanus, prætextatus adhùc, patrem ſervat. 2. 6		*Hiero, Rex Syracuſanus, Romanos juvat.*
215	*Annibal Sempronium vincit.* 2. 6	535	*Cn. Scipio in Hiſpaniâ claſſem Carthaginienſium capit, & Mandonium Hiſpaniæ regulum vincit.*
	Et C. Flaminium Nepotem Coſ. II. 2. 6		*Antiochus vincitur à Ptolomæo.*
	P. Scipio procoſ. in Hiſpaniam venit. 2. 6 & 2. 17.		*Philippus urbes aliquot Pæonum occupat, & cum Illyriis bellum gerit.*
	Q. Fabius maximus Dictator Annibalem cunctando macerat. 2. 6		
214	*Clades Cannenſis.* 2. 6.	536	*Antiochus Achæum bello perſequitur.*
	Annibal Capuam occupat. 2. 6		*Aſdrubal in Hiſpaniâ Carpeſios vincit.*
	Ad Nolam vincitur à Marcello. 2. 6		*Pruſias, rex Bithyniæ, Gallos cædit.*
213	*Iterum.*	537	*Antiochus Achæum Sardibus obſidet.*
	Sardi vincuntur à T. Manlio, ut alii; ſive, ut noſter, à Gracho. 2. 6		*Hiero, rex Siciliæ, moritur.*
	Philippus legatos de ſocietate mittit ad Annibalem. 2. 7		*Hieronymus, rex Siciliæ, cum Carthaginienſibus fœdus init.*
	Sci-		*Hie-*

Digitized by Google

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
	Scipiones Asdrubalem vincunt. 2. 7		
212	*Tib. Sempronius Gracchus procos. Pœnos in Lucaniâ cædit.* 2. 6.	538	*Hieronymus, rex Siciliæ, interficitur.*
	Marcellus Annibalem ad Nolam tertiò vincit. 2. 6		*Saguntus restituitur.*
	Marcellus in Siciliam mittitur. 2. 6		*Philippus Aratum veneno tollit.*
210	*Syracusæ captæ.* 2. 6.		*Achæus occiditur ab Antiocho.*
	Scipiones cæsi. 2. 6	540	*Annibal Tarentum occupat. Centenium & Fulvium vincit.*
209	*Annibal cum exercitu Romam contendit.* 2. 6	541	*Antiochus Ptolomæi præfectos ex Syriâ pellit.*
	Capua recipitur. 2. 6.		*Valerius Lævinus contra Philippum res gerit.* 2. 7
	P. *Cornelius Scipio, mox Africanus, cum proconsulari imperio in Hispaniam mittitur.* 2. 6		
208	*Ærario deficiente privati opes suas reip. conferunt.* 2. 6	542	*Lævinus Cos. Siciliam provinciam facit.*
			Scipio Carthaginem novam unâ die expugnat. 2. 6. & 2. 17
207	*Fabius Tarentum recipit.* 2. 6	543	*Philippus cum Romanis variâ fortunâ bellum gerit.*
	At-		*Mar-*

Digitized by Google

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
206	*Attalus cum Romanis contra Philippum bellum gerit.* 2. 2.	544	*Marcellus Coſ. inſidiis Annibalis interficitur.*
			Philopœmen Machanidam Lacedæmoniorum tyrannum occîdit.
205	*Aſdrubal occiditur.* 2. 6.	548	*Scipio Hannonem Pœnorum ducem capit.*
202	*Scipio in Africam trajicit.* 2. 6	548	*Ptolomæus Epiphanes rex Ægypti.*
			Scipio Syphacis caſtra incendit.
200	*Annibal Italiâ decedit.* 2. 6	550	*Vermina Syphacis filius vincitur.*
	Vincitur à Scipione. 2. 6. *& ita finitur bellum Punicum ſecundum, poſtquam duraverat annis circiter* XVI.		*Carthaginienſes pacem petunt, & impetrant à Scipione.*
199	*Scipio vocatur Africanus.* 2. 6	551	*Philippus navali prœlio vincitur ab Attalo & Rhodiis.* 2. 7.
	Athenienſes à Romanis auxilium petunt adverſùs Philippum. 2. 7	552	*Plautus poëta moritur.*
198	*Philippus in ſepulchra & templa Athenienſium ſevit.* 2. 7	554	*Cato prætor ſortitus provinciam Sardiniam ab Ennio ibîdem Græcis litteris inſtituitur.*
196	*T. Quinctius Flamininus Coſ. Aoum penetrat.* 2. 7		
195	*Philippus vincitur ad Cynoſcephalas.* 2. 7.	555	*Attalus rex Pergamenus moritur. Succedit Eumenes.*

Quin- *An-*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
194	*Quinctius Bœotos compescit.* 2. 7	556	*Antiochus Lysimachiam instaurat.*
193	*M. Porcius Cato Celtiberos vincit.* 2. 17 *Quinctius Nabin vincit.* 2. 7	557	*Annibal ad Antiochum venit.* 2. 8 *Græcorum libertas in Nemeis proclamatur.* 2. 7
192	*Antiochus in Græciam trajicit.* 2. 8	560	*Philopœmen cum Nabide bellum gerit.*
189	*Man. Acilius Glabrio Cos. Antiochum pellit.* 2. 8	561	*P. Cornelius Scipio Nasica Cos. Bojos vincit.*
188	*Æmilius Regillus prætor classem Antiochi vincit.* 2. 8	562	*Antiochus vincitur à Scipione.* 2. 8
187	*M. Fulvius Nobilior Cos. Ambraciam obsidet.* 2. 9	563	*Cn. Manlius Vulso Cos. Gallogræcos vincit.* 2. 11 *Bononia colonia deducta.*
185	*Cn. Manlio negatur triumphus.* 2. 11	565	*Africanus accusatur Romæ.* *Antiochus occiditur. Succedit Seleucus.*
179	*Perseus cum Philippo patre in Hæmum montem ascendit.* 2. 12	571	*Fulvius flaccus prætor Celtiberos vincit.*
178	*A. Posthumius Albinus Cos. Ligures exarmat.* 2. 3	572	*Ptolomæus Epiphanes moritur.* *Succedit Ptolomæus Philometor.*
177	*Tib. Sempronius Gracchus Celtiberos vincit.* 2. 17	573	*Philippus, rex Macedoniæ, moritur. Succedit Perses.*
176	*M. Manlius Vulso Cos. Castris exuitur ab*	574	*Vesta ignis extinctus.*

Græ-

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
	ab Hiſtris. 2. 10		
175	*C. Claudius Pulcer Coſ. rem gerit contra Hiſtros.* 2. 10	575	*Gracchus Sardos vincit. Seleucus moritur. Succedit Antiochus Epiphanes.*
168	*Africani filius Africanum minorem adoptat.* 2. 15	582	*Salondicus, belli Hiſpanici concitor, opprimitur.* 2. 17 *Antiochus Ægypto inhiat.*
167	*Q. Marcius Philippus Coſ. II. Macedoniam irrumpit.* 2. 12.	583	*Ennius poëta moritur.* *Antiochus Alexandriam obſidet.*
166	*Anicius prætor Gentium vincit.* 2. 13 *L. Æmilius Paulus Coſ. II. Perſen vincit.* 2. 12	584	*Popilius legatus ad Antiochum.* *Antiochus Hieroſolymam occupat.* *Polybius in Italiam venit.*
164	*L. Æmilius Perſen in triumpho ducit.* 2. 12	586	*Judas Maccabæus legem defendit.* *Antiochus moritur. Succedit Antiochus, ejus filius, tutore Lyſiâ.*
157	*M. Fulvius Nobilior procoſ. Ligures domat.* 2. 3	593	*Terentius poëta moritur.* *Judas Maccabæus interficitur. Succedit Jonathas.*
154	*C. Marcius Figulus Coſ. II. Dalmatas vincit.* 4. 12	396	*Jonathas & Simeon Amaræos per inſidias cædunt.* *Jonathas pacem facit cum Bacchide.*
150	*Carthaginenſes exercitum contra fœdus com-*	600	*Demetrius occiditur. Succedit victor Ale-*

Digitized by Google

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
	comparant. 2. 15		*Alexander.*
			Andriſcus Pſeudo-philippus captus Romam deducitur.
149	*L. Licinius Lucullus Coſ. in Hiſpaniâ res gerit.* 2. 17	601	*P. Cornelius Scipio Æmilianus ſingulari certamine hoſtem ſuperat.* 2. 27
147	*Bellum Punicum tertium incipit.* 2. 15 *Carthago obſidetur.* 2. 15.	603	*Andriſcus cuſtodiam elapſus occupat Macedoniam.* *Cato Cenſorius moritur.*
146	*Q. Cæcilius Metellus Andriſcum vincit.* 2. 14	604	*Pruſias, Bithyniæ rex, à filio Nicomede interficitur.* *Maſiniſſa moritur.*
145	*Scipio contra II. Coſ. factus, obſidionem Carthaginis urget.* 2. 15.	605	*Critolaus legatos Romanorum violat.* 2. 16
144	*Metellus Achæos vincit.* 2. 16	606	*Metellus appellatur Macedonicus.* 2. 17
	Triumphat de Andriſco. 2. 14		*Viriatus in Luſitaniâ duces Romanos cædit.* 2. 17
	Carthago diruitur. 2. 15. *Corinthus diruitur* 2. 16.		*Alexander, Syriæ rex, interficitur.* *Succedit ei Demetrius.* *Ptolomæus Philometor moritur ex vulnere. Succedit Ptolomæus Phyſcon.*
143	*Q. Fabius Maximus Æmilianus Coſ. con-*	607	*Jonathas Demetrio auxilium mittit*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
	contra Viriatum mittitur. 2. 17		*tit contra Antiochenos.*
			Tryphon Demetrium pellit.
			Jonathas occiditur. Succedit Simon. Simon cum Demetrio fœdus init.
141	*Q. Cæcilius Metellus Macedonicus res in Hiſpaniâ gerit.* 2. 17.	609	*Simon arcem Sionis capit.*
139	*Q. Pompejus Rufus Coſ. turpe fœdus cum Numantinis icit.* 2. 18.	611	*Tryphon, Antiocho pupillo necato, Syriæ regnum invadit.*
138	*Viriatus à ſuis interficitur.* 2. 17	612	*Antiochus Sedetes ejecto Tryphone Syryam occupat.*
136	*Dec. Junius Brutus Coſ. in Hiſpaniâ res gerit.* 2. 17	614	*Tryphon interficitur.*
135	*C. Hoſtilius Mancinus Coſ. turpe fœdus cum Numantinis icit.* 2. 18.	615	*Joannes Hyrcanus, Simonis filius, Cendebeum vincit.*
			Brutus Gallæcos vincit. 2. 17
133	*Eunus ſervile bellum concitat.* 3. 19	617	*Simon, Ethnarches Judæorum, occiditur.*
	Hypſæus prætor à ſervis vincitur. 3. 19		*Antiochus Hieroſolymam obſidet.*
132	*P. Cornelius Scipio Africanus Coſ. II. contra Numantinos mittitur.* 2. 18	618	*C. Fulvius Flaccus Coſ. contra ſervos in Siciliam mittitur.*
131	*Tib. Sempronius Gracchus II. ſeditioſas pro-*	619	*L. Calpurnius Piſo Frugi ſervos vincit.*
			P. Cor-

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
	promulgat. 3. 14		
130	*Numantia diruitur.* 2. 18. *M. Perperna prætor, ovans de servis, Urbem ingreditur.* 3. 19	620	*P. Cornelius Scipio Africanus triumphat de Numantinis.* 2. 18
129	*Aristonicus Asiam occupat.* 2. 20 *P. Licinius Crassus Mucianus Cos. ab Aristonico capitur.* 2. 20 *M. Perperna Cos. Aristonicum vincit capitque.* 2. 20	621	*Census actus Romæ: censa civium Romanorum.* 313823. *præter pupillos & viduas.* *Antiochus Sedetes occiditur.*
127	*Man. Aquilius Cos. reliquias Asiatici belli conficit.* 2. 20	623	*Ptolomæus sorori filium, quem ex eâ sustulerat, membratim concisum mittit.* *Alexander Zebinæ, Syriæ regnum invadit*
123	*Massilienses queruntur de Salyis.* 3. 2 *M. Fulvius Flaccus Cos. contra Salyos proficiscitur.* 2. 3	627	*Antiochus Gryphus regnum Syriæ vindicat.* *Alexander Zebina interficitur.* *Polybius moritur.*
121	*C. Gracchus seditiosas leges fert.* 3. 15 *Q. Cæcilius Metellus Cos. adversùs Baleares mittitur.* 3. 8	629	*Aquæ Sextiæ, quarum mentio.* 3. 3. *conditæ.* *Carthago colonia deducta.*
119	*Cn. Domitius Ahenobarbus procos. Allobroges vincit.* 3. 2	631	*C. Gracchus interficitur.* 3. 15
118	*Q. Fabius Maximus Æmilianus procos.*	632	*Antiochus Cyzicenus*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
	coſ. Bituitum vincit. 3. 2.		*cenus fratri de regno controverſiam movet. Ptolomæus Phyſcon moritur.*
113	*Jugurtha fratribus inſidias ſtruit.* 3. 1	637	*M. Æmilius Scaurus Coſ. Ligures vincit.*
112	*C. Porcius Cato Coſ. vincitur à Scordiſcis.* 3. 4.	638	*Antiochus Cyzitenus à fratre Grypo vincitur.*
111	*Didius Thraces vincit.* 3. 4	639	*Cimbri vagantur.* 3. 3.
110	*Jugurtha fratrem Atherbalem necat.* 3. 1. *M. Livius Druſus Coſ. Scordiſcos vincit.* 3. 4	640	*Antiochus Cyzicenus exercitu reparato Grypum vincit.*
109	*L. Calpurnius Beſtia Coſ. contra Jugurtham mittitur.* 3. 1	641	*Magna pars Urbis conflagrat, una cum æde Magnæ Matris.*
108	*Jugurtha Romam venit.* 3. 1	642	*M. Minucius Coſ. in Thraciâ rès gerit.* 3. 4.
	A. Poſthumii Albini exercitus corrumpitur à Jugurtha. 3. 1		*Samaria exſcinditur à Joanne Hyrcano.*
107	*Q. Cæcilius Metellus Coſ. contra Jugurtham proficiſcitur.* 3. 1	643	*M. Junius Silanus Coſ. vincitur à Cimbris.* 3. 3
106	*Metellus Thalam capit.* 3. 1	644	
105	*C. Marius Coſ. Capſam capit.* 3. 1 *Jugurtham & Bocchum reges vincit.* 3. 1	645	*Metellus triumphat ex Numidiâ, & appellatur Numidicus.*

Boc- *L. Caſ-*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
			L. Cassius Longinus Cos. vincitur & occiditur à Cimbris.
			Pompejus Magnus nascitur.
103	*Bocchus Jugurtham Syllæ tradit.* 3. 1	647	*Cn. Mallius Cos. & Q. Servilius Cæpio procos. vincuntur à Cimbris.* 3. 3
	Marius Jugurtham in triumpho ducit. 3. 1		*Joannes Hyrcanus pontifex moritur. Succedit Aristobulus, qui pontificatum in regnum commutat.*
102	*C. Marius Cos. II. adversus Cimbros movet.* 3. 3	648	*Aristobulus Judæorum rex moritur. Succedit Alexander.*
101	*Lucius Licinius Lucullus castris exuitur à servis.* 3. 19	649	*C. Lucilius, Satyrarum scriptor, moritur.*
100	*C. Marius, Cos. IV. Theutones cædit.* 3. 3	650	*Archias pœta Romam venit.*
99	*Man. Aquilius Cos. cum servis debellat.* 3. 19.	651	
	C. Marius Cos. V. Cimbros cædit. 3. 3		
98	*C. Marius Cos. VI. Saturninum fovet.* 3. 16.	652	*Saturninus occiditur.* 3. 16
	Metellus Numidicus exulat. 3. 16		*C. Julius Cæsar nascitur.*
			Ptolomæus Lathurus à matre regno pellitur.
			Alexandrum Judæum vincit.
92	*P. Rutilius damnatur repetundarum.*	638	*Antiochus, Cyziceni filius, Seleucum regno*

Digitized by Google

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
	rum. 3. 17		regno Syriæ exuit.
			Antiochus, Seleuci frater, occiditur.
90	M. Livius Druſus II. fert. 3. 17	660	Alexander, rex Judæorum, L. M. eorundem occîdit.
89	Interficitur. 3. 17	661	Alexander, rex Judæorum, L. M. eorundem occîdit.
88	Bellum Sociale exoritur. 3. 18	662	Alexander, rex Ægypti, matrem occîdit.
	P. Rutilius Lupus Coſ. vincitur ab Italis. 3. 18		Alexander, rex Judæorum, Phariſæorum ſeditionibus premitur.
87	L. Sylla vincit Samnites. 3. 18	663	Demetrius Eucærus capitur à Parthis.
86	Bellum civile Marianum oritur. 3. 21	664	Cives Romani in Aſiâ juſſu Mithridatis occiduntur. 3. 5
85	L. Cornelius Cinna Coſ. Urbe pellitur. 3. 21	665	C. Marius, Coſ. VII. moritur. 3. 21
	Marius & ſocii Urbem occupant. 3. 21		Cicero Moloni Rhodio rhetori dat operam.
84	Sylla Mithridaticos vincit. 3. 5	666	Athenæ captæ. 3. 5.
			C. Salluſtius Criſpus, Hiſt. Romanæ princeps naſcitur.
81	Sylla redit in Italiam contra Marianos. 3. 5. & 3. 21.	669	Templum Delphicum incenditur à Thracibus.
			Capitolium conflagrat.
80	C. Marius, Marii filius, Coſ. opprimitur.	670	L. Licinius Murena bellum Mithridati-

Digitized by Google

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
	tur. 3. 21 Pontius Teleſinus opprimitur. 3. 21		daticum renovat. Sylla Tribunorum poteſtatem minuit. Ptolomæus Lathurus moritur. Succedit Ptolomæus Auletes.
77	Ap. Claudius Pulcer Coſ. in Thraciâ res gerit. 3. 4 P. Servilius Vatia Coſ. Iſauros vincit. 3. 9.	673	Cicero Athenas navigat, Antiocho philoſopho operam daturus. Sylla ſponte dictaturam deponit.
76	M. Æmilius Lepidus Coſ. civile bellum movet. 3. 23	674	Alexander rex Iudæorum, moritur. Succedit uxor Alexandra.
75	Cn. Pompejus contra Sertorium mittitur. 3. 22	675	Cicero è Graciâ Romam redit.
74	C. Scribonius Curio Coſ. in Thraciâ res gerit. 3. 4	676	Capitolium reſtituitur.
		677	Cicero Quæſturam petit. Nicomedes, Bithyniæ rex, moritur, hærede relicto pop. Rom.
72	M. Antonius vincitur à Cretenſibus. 3. 7.	678	Sertorius cum Mithridate fœdus init. 3. 22.
71	L. Licinius Lucullus Mithridatem vincit ad Cyzicum. 3. 5 Spartacus cum gladiatoribus bellum Po. Romano facit. 3. 2	679	Arioviſtus, Germanorum rex, in Galliam tranſit. Pompejus proſperè res gerit contra Sertorium.
70	Cn. Cornelius Lentulus Clodianus Coſ. vincitur à Spartaco. 3. 20.	680	Lucullus Mithridatem in Pontum fugat.

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
69	*Sertorius interficitur à ſuis.* 3. 22 *C. Caſſius Varus procoſ. vincitur à Spartaco.* 3. 20	981	*Mithridates in Armeniam fugit.* *Virgilius naſcitur.* *Alexandra Judæorum regina moritur, filius ejus minor Ariſtobulus fratre dejecto ſuccedit.*
66	*Q. Cæcilius Metellus in Cretam mittitur.* 3. 7	684	*Lucullus Niſibin capit.* *Triarius Mithridatem vincit.*
65	*Pompejo bellum Piraticum decernitur.* 3. 6.	685	*Mithridates Triarium ingenti clade afficit.* *Cicero prætoram petit.*
64	*Pompejus contra Mithridatem proficiſcitur.* 3. 5 *M. Terentius Varro triumphat de Thracibus.* 3. 4	686	*Pompejus Mithridatem nocturno prælio vincit.* 3. 5 *Lucullus ob magnificentiam & luxuriam Xerxes togatus appellatur.*
63	*Pompejus in Iberos, Albanos, &c. movet.* 3. 5	687	*Hyrcanus Ariſtobulum fratrem obſidet Hieroſolymis.*
62	*Proficiſcitur in Syriam.* 3. 5.	688	*Cicero conſulatum petit.*
61	*Pompejus Hieroſolymitanum templum intrat.* 3. 5 *Catilinæ conjuratio diſcutitur.* 4. 1	690	*Mithridates moritur.* *Auguſtus Cæſar naſcitur.* *Julius Cæſar fit Pontifex Maximus.* *Lucullus triumphat.*
60	*Metellus Creticus ap-*	689	*P. Clodius uxorem Cæſa-*

Digitized by Google

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
	appellatur. 3. 7		*Cæsaris violat.*
			Helvetii de invadendâ Galliâ deliberant. 3. 10
57	*Julia, Cæsaris filia, Pompejo nubit.* 4. 2	690	*Messala Corvinus Orator nascitur.*
			Titus Livius nascitur.
56	*Cæsar Helvetios, & Ariovistum vincit.* 3. 10.	694	*Cicero exulat.*
			Clodius Pompejum insidiis petit.
55	*Item Belgas.* 3. 10	695	*Cicero redit.*
54	*Et Venetos.* 3. 10	696	*Orationem habet pro Sextio &c.*
53	*Rhenum transit.* 3. 10.	697	*Gabinius Ptolomæum regno pulsum restituit.*
	In Britanniam trajicit. 3. 10		*Alexander, Aristobuli filius, Judæam subigere tentat frustra.*
52	*M. Crassus in Parthos movet.* 3. 11	698	*Gabinius Nabathæos vincit.*
	Cæsar iterùm in Britanniam trajicit. 3. 10.		*Romam reversus accusatur primum à Cicerone, mox defenditur: damnatur tamen.*
51	*M. Crassus interficitur.* 3. 11	699	*Cassius superstites cladis Crassianæ in Syriâ colligit.* 3. 11
	Julia Pompeji conjux moritur. 4. 2		
	Cæsar ponte facto Rhenum penetrat. 3. 10.		*Labienus, Cæsaris legatus, Treviros vincit.*
			Cicero creatur Augur.
			Clodius occiditur à Milone.

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
50	*Cæsar mediâ hieme in Galliam redit.* 3. 10.	700	*Lucretius poëta per furorem manus sibi infert.*
	Cæsari conceditur absenti petere consulatum. 4. 2		*Cicero libros scribit de Finibus.*
49	*Cæsar consulatum more majorum petere jubetur.* 4. 2	701	*Cicero in provinciam Ciliciam proficiscitur.*
			Censa civium capita 320000.
47	*Cæsar Brundisii Pompejum obsidet.* 4. 2.	703	*Scribonius Curio Siciliam occupat pro Cæsare.* 4. 2
			Occiditur in Africâ, 4. 2
46	*Cæsar Pompejum vincit:*	704	*M. Cælius & Milo occiduntur.*
45	*Et Ægyptios.* 4. 2	705	*Cicero Cæsari obviam progreditur.*
44	*Item Jubam regem & Scipionem.* 4. 2	706	*Cicero orationes habet ad Cæsarem pro M. Marcello, & Q. Ligario.*
	Cæsar triumphat. 4. 2.		
	Creatur dictator perpetuus. 4. 2		*Herodes Galilææ præficitur ab Antipatro patre.*
43	*Cæsar ad Mundam Pompeji liberos vincit.* 4, 2	707	*C. Caninius in paucas horas Cos. fit.*
42	*Interficitur.* 4. 2	708	*Octavius Romam venit.*
	Amnestia decernitur. 4. 7		*Sex. Pompejus bona paterna repetit.* 4. 3
41	*Brutus & Cassius in provincias suas abeunt.* 4. 7	709	*C. Trebonius, unus ex percussoribus Cæsaris, à Dolabellâ interficitur.*
	Cæsar Octavianus		

An- *Cæs-*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
	Antonium ab obſidione Mutinæ repellit. 4. 4.		*Caſſius Judæam ſpoliat.*
	Triumviratus Cæſaris, Antonii & Lepidi. 4. 6		*Ovidius naſcitur.*
	Cicero occiditur. 4. 6		*Antipater, Herodis pater, interficitur.*
40	*Caſſius & Brutus pereunt.* 4. 7	710	*Sextus Pompejus Siciliam occupat.* 4. 8
39	*L. Antonius Coſ. obſidetur ab Auguſto Peruſiæ.* 4. 5	711	*Pacorus Hieroſolymam occupat.* *Antigonus patruo Hyrcano auriculas præcîdit, ne receptum haberet ad pontificatum.*
36	*Ventidius Pacorum occidit.* 4. 9	714	*Aſinius Pollio Dalmatas vincit.* 4. 12
	Bellum cum Sex. Pompejo exoritur. 4. 8.		*Auguſtus Liviam ducit.* *Herodes Hieroſolymam capit.* *M. Vipſanius Agrippa Gallos vincit.*
34	*Pompejus Siciliâ pellitur.* 4. 8	716	*Lepidus triumvir ab Auguſto omni potentiâ exuitur.*
	Antonius rem malè gerit in Parthis. 4. 10.		*Hyrcanus, qui hactenus apud Parthos commoratus erat, ad Herodem venit.*
33	*Sex. Pompejus occiditur.* 4. 8	717	*Pannonii vincuntur.* 4. 12
32	*Octavius vulneratur in Illyriis.* 4. 12	718	*Antonius Artavaſdem, Armeniæ regem, dolo irretitum capit.* *Salluſtius moritur.*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
30	*Bellum civile inter Cæsarem & Antonium.* 4. 11	720	*Herodes cum Arabibus bellum gerit.*
			Atticus, amicus Ciceronis, moritur.
29	*Pugna Actiaca.* 4. 11.	721	*Agrippa Bogudem, Mauritaniæ regem, occîdit.*
28	*Antonius & Cleopatra se perimunt.* 3. 11.	722	*Catullus poëta moritur.*
			Ægyptus, provincia facta, per Equites Rom. administratur.
27	*M. Crassus Mysos vincit.* 3. 12	723	*Augustus triumphat.*
25			
24	*Octavius appellatur Augustus.* 3. 12	725	*Senatum purgat.*
			Herodes Mariamnem, conjugem suam, occîdit.
24	*Augustus Cantabros bello petit.* 4. 12	726	*Cornelius Gallus Poëta, præses Ægypti, mortem sibi consciscit.*
	His post quinquennium perdomitis, tota denique pacatur Hispania, cùm in eâ dimicatum esset Romanis per annos CC. circiter. 2. 17		*Herodes Alexandram socrum interficit.*
23	*C. Antistius Cantabros vincit.* 4. 12	727	*Terentius Varro Salassos vincit.*
	Templum Iani clauditur. 4. 12		*M. Vinicius Germanos superat.*
20	*Cantabri semetipsos perimunt:* 4. 12	730	*Pantheon ab Agrippâ ædificatur.*
			Virgilius moritur.
17	*Indorum legatio ad Augustum venit.* 4. 12.	733	*Herodes templum instaurat.*
			Augustus Cajum

Par-

&

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
	Parthi signa reddunt. 4. 12		*& Lucium nepotes adoptat.* *Horatius carmen sæculare scribit.*
13	*Drusus Rhætos vincit.* 4. 12	737	*Cyzicenis libertas redditur.* *Drusus Frisios subigit.*
9	*L. Piso Thracas vincit.* 4. 12	741	*Drusus, Rheno & Lupiâ tramsmissi, ad Visurgim usque procedit.*
8	*Drusus Cattos & Sicambros superat.* 4. 12.	742	*Claudius imperator nascitur.* *Tiberius Juliam, Augusti filiam, uxorem ducit.*
7	*Drusus mortuus Germanici cognomine honestatur.* 4. 12	743	*Tiberius Dalmatas & Pannonios subigit.*
Anni post N.C.		750	*Herodes filios suos interficit.* *Jesus Christus nascitur. Herodes moritur.*
2	*Cn. Julius Cæsar Cos. vulneratur in Armeniâ.* 4. 12	752	*Tiberis ex secessu Rhodiensi Romam redit.*
3	*Lucius Cæsar moritur.* 4. 12 *Cn. Cornelius Lentulus Cossus Gætulos vincit.* 4. 12	753	*Asconius Pædianus floret.* *Athenodorus Philosophus Stoïcus floret.* *Tiberius in Germaniâ res gerit.*
10	*Quinctilius Varus occiditur à Germanis.* 4. 12.	760	*Pannonii rebellant ducibus Batonibus.*

EPILOGUS CHRONOLOGIÆ.

Atque hæc Chronologica ex accuratiſſimis temporum & annalium ſcriptoribus adjecimus, ut eſſent, undè quæ prius, quæ ve poſterius eorum, quæ ab hoc auctore memorantur, geſta ſint, citra laborem cognoſceres. Addidimus autem ex alienis quoque hiſtoriis, ſacris præcipuè, notiſſima quæque, ut ad aliquod inſtar ſynchroniſmi memoria certius confirmaretur. Ea quidem, quæ eodem tempore evenerunt, ſtatim è numerorum ſuorum regione, alia inter id ſpatium, quo geſta ſunt, annorum numero, non accuratè ſignato. Tempora autem ipſa, ad annos ante natum Salvatorem, item ab Urbe condita retulimus: qui tamen aliquot ferè menſibus diſcrepant, quin & ipſe conditæ Urbis annus controvertitur. Sed hæc non utique magnum, in hoc propoſito, quo rerum apices non exquirimus, impedimentum adferent. Sicut nec iſtud, quod æra Chriſtiana non planè reſpondet receptæ conſuetudini.

Finis Chronologiæ.

L E-

Digitized by Google

LECTORI.

ROganti Typographo, *an aliquid haberem ad manum, quo rectior & ornatior fieret hæc, quam in minore formâ parabat, Editio Flori, respondi, habere me plenos ad eum auctorem Commentarios, pro notis, quas olim in Germaniâ, pænè puer, curaveram. Sed, quod justam, suamque Editionem, ii poscerent, grandioresque forent, quam ut appendicis loco esse possent, nec quidquam ex illis decerpi paterer, quod eorum desiderio satisfaceret, aliud quærendum dixi. Sumpto itaque ad cogitandum spatio, subiit tandem commodè Lucio Floro Lucium Ampelium posse adjungi, quam ante viginti annos, & quod excurrit, descripseram ex Codice antiquissimo Francisci Fureti, viri, dùm viveret, doctissimi, &, quod pluris faciendum, integerrimi, mihique amicissimi. Propter affinitatem, inquam, argumenti, quia multa de Romanis attingit negotiis, & propter stili concinnitatem, rerumque adeò plurimarum, quas aliundè non liceat sumere, novitatem, visus est idoneus, qui Floro comes adderetur, atque in ejus comitatu lucem publicam, quam hactenùs non vidit, usurparet. Quis ille fuerit, quo tempore vixerit, juxta me scire dicam cum ignarissimis si mihi eripias eum esse, quem suspicor, cujus meminit Sidonius Apollinaris in Excusatorio ad Felicem, his versibus:*

Sed ne tu mihi comparare tentes,
Quos multò minor ipſe plus adoro,
Paulinum, Ampeliumque Symmachumque,
Meſſalam ingenii ſatis profundi.

Recenſet in ſequentibus plures, qui circa illam ætatem fuere, viros ingenio, doctrinâ, & eloquentiâ celebres. Sed, cur ille Ampelius hic noſter non erit? Dices: Quæ ratio nos cogit ita cogitare, præter idem nomen? Certè alia etiam ſunt, quæ hanc ſuſpicionem augeant. Eo ævo vixiſſe conſtat, quo Cæſares Auguſti adhùc in Occidente imperitabant. Ita enim ipſe ſcribit eo capite, quo tangit, quas commutationes ſtatus populi Romani habuerit: donec exortis bellis civilibus inter Cæſarem & Pompejum, & oppreſsâ per vim libertate, ſub unius Cæſaris poteſtatem redacta ſunt omnia. Ex eo perpetua Cæſarum dictatura dominatur. *Doctum præterea hominem fuiſſe, ac diſertum politumque, ut erat eorum temporum captus, nec indignum teſtimonio illo & elogio Sidonii, apparet ex ipſo hoc ejus, quod damus, ſcripto. Notavit porrò Sirmondus ad eum Apollinaris de Ampelio locum, ſe olim à P. Pithœo audiviſſe, L. Ampelii ad Marinum fragmenta quædam prolixioris operis extare Divione in Bibliothecâ S. Benigni, & præfationem etiam ſibi oſtendiſſe. Codex Jureti, quo uſus ſum, neſcio an ex Bibliothecâ S. Benigni Divionenſis fuerit; & poteſt fieri ut ita ſit, qui ſciam multos ex eâ Bibliothecâ libros aliquando utendos accepiſſe eundem clariſſimum Juretum. Exemplar tamen illud vetus non* ad Mari-

Marinum, *ſed* ad Macrinum, *habuit inſcriptum, quod præfationis vicem huic Ampelii opuſculo præfixum eſt,* ἐπιστολίδιον. *An fragmentum ſit majoris operis, cujus hæc Epitome videatur eſſe, ne id quidem poſſum affirmare. Veriſimilius tamen, ſi conjecturæ locus ſit, arbitrarer, non aliud opus prolixius auctorem fuiſſe meditatum, cùm id vulgavit. Mos quippe fuit eruditorum illius ſæculi, quo literæ jam in barbariam ibant, ejuſmodi doctrinarum & hiſtoriarum ſectari & affectare compendia. Quibus tùm vacabat evolvere integra Veterum ſcripta, ut pauci admodùm numero erant, qui id poſſent, cum & ipſos pauciſſimos eſſe ſcirent, quos cura legendi & diſcendi tangeret, quæ fuſiſſimè ab antiquis tractata fuerant, ipſi contrahebant, quia faſtidio ſui temporis, vel potiùs inertiæ rem ſe gratam facere intelligebant. Lecturos quippe ſua non aliter habuiſſent. Ut autem præcipuus eſt finis eorum, qui aliquid literis mandant, quod victurum opinentur, famam apud populum, quo docti videantur, mereri, idque unum aucupantur, totum id pendere cùm cernerent à guſtu & judicio lectorum, ſatisfacere eis conabantur. Aliâ viâ id obtineri non poterat, quam ut ſcriberetur, quod legere aliquis dignaretur. Nam pro captu legentium, fata libri habent, ita & librorum auctores. Hinc deſidia nata eſt ſcribentium ex ignaviâ ſtudentium. Imperitia deinde ex eodem fonte ebulliit. Qui docti eo tempore videri volebant, & quid id nomen ex merito habere etiam poterant, cùm an-*

tiquos ſcriptores jacere viderent, ob grandiora operum volumina, quæ reliquerant, remedium aliquod ex neceſſitate quæſierunt, quò illos vulgo traderent noſcendos, ſeque eâdem operâ notos in vulgus darent. Nec uno modo omnes in eo negotio verſati ſunt, ut id, quod captabant, conſequerentur. Quidam ipſos auctores in epitomen redegerunt: ipſis auctorum verbis ſervatis, aut paulùm immutatis. Alii breviaria quædam proprio ſtilo confecerunt, ex variis ſcriptoribus excerpendo, quod in rem videretur. Nonnulli quaſi centones conſarcinarunt ex pluribus ſcriptoribus, qui rem eandem tractabant, alia ab his, alia ab illis ſumendo, ac corpus unum, hinc indè collectis alienis membris, aut membrorum particulis, condiderunt. Ita Digeſta contexuit Tribonianus, ex plurimis Juriſconſultorum commentariis & ſcriptis. Alii per locos communes digeſſerunt, quidquid præclari in auctoribus occurrebat, & ſub certos ac generales titulos, quæ ex variis defloraverant, congeſſerunt. Hoc modo univerſam Hiſtoriam Græcanicam concerpſit Conſtantinus Porphyrogeneta. Cujus laboris beneficio aliquot fragmenta Polybii, ac Nicolai Damaſceni, & aliorum, nobis tanquam ex incendio erepta, ſervata ſunt in duobus titulis, quos ab injuria temporum vindicavit eruditorum curioſitas, uno περὶ πρεσβειῶν, *altero* περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας. *Quartum & eorum genus fuit, qui, ad privatum ſtudiorum uſum, inter legendum laudabilia loca ad oram notabant, quæ* ὠφελίμα & χρήσιμα *Græci Critici appellant,*

eaque

Digitized by Google

eaque etiam interdum, ut firmius memoriæ inhærerent, describebant. Nec insignes tantum sententias plerique in adversaria sua referre soliti, sed etiam, ut iidem Critici loquuntur, ὅλα τὰ κατάβατα, si historiam aliquam egregiam continerent, aut luculentam alicujus loci, rei, aut personæ descriptionem. Quinimò, & consueverant multi studiosi, si quem auctorem legerent, retento lectionis ordine, quidquid ex eo judicarent excerpendum, in codicem suum regerere, & sibi servare. Undè factum, ut hæc in bibliothecis privatorum reperta sæpe à librariis pro integris auctorum operibus descripta fuerint, ac ad posteritatem, aliis subindè ea excipientibus ac describentibus, propagata. Ita conservatus est elegantium nequitiarum curiosus Petronius Arbiter. Quod enim ex ejus Satyrico habemus, mera excerpta sunt alicujus studiosi, qui, quæ ad gustum suum in illo auctore invenerat, eodem, quo opus legebat, ordine, adversariis suis commendavit ac commisit. Qui putant, à monachis sic eviratum esse, vehementer errant. Qualis hæc castratio foret, quæ, resectis à reliquo corpore membris, vel potiùs ipso corpore abjecto, solas pudendas partes reliquisse videatur? Certè quæ desiderantur, vix videri possunt salaciora ac nequiora fuisse his, quæ relicta sunt. Imò ista nullam procacitatis & protervitatis ὑπερβολὴν vel ipsis lenonibus usurpandam reliquam faciunt. Sed his excerptorum concinnatoribus facilè ignoscendum, si quid eâ causâ detrimenti passa est Resp. literaria. Non enim hoc propositum

tum videntur habuiſſe, ut excerpta, quæ ad uſum ſuum exſcripſerant, poſteris legenda loco auctorum ipſorum ſubſtituerent. De reliquis, quibus apparet hanc animi mentem fuiſſe, ut pro auctoribus legerentur, quos compilaverant aut abbreviaverant, videndum, an omninò hi extra culpam. Non nemo certè eos accuſat, reoſque peragit illius incuriæ, quæ tot præclaros nobis abſtulit ſcriptores. Ego verò Epitomatores, & omnes ejuſmodi Breviariorum compoſitores, & compilatores centonum, non adeò literis cenſeo nocuiſſe, ut autumant nonnulli. Quòd enim ita exiſtimant, eos in cauſâ fuiſſe, cur ipſis auctoribus, quos abbreviarunt, & excerpſerunt, careamus, ego in aliâ ſum ſententiâ. Ea ſocordia fuit illorum temporum, quibus barbari literatum & Romanum orbem inundare cœperunt, ut, niſi extitiſſent, qui nobis has tanquam ex naufragio tabulas ſervarunt, certum ſit, nihil prorsùs ex illorum monumentis ad nos fuiſſe perventurum. Atqui præſtat hæc qualiacumque nos habere, quam nihil. Malo certè, quod ad me attinet, eos majore ſui parte eſſe deperditos, quam ſi toti funditùs periiſſent. Qui reliquias ſanctorum corporum conſectantur, ac ſtudiosè religioseque eas requirunt, ſatis habent, ſi vel uno oſſiculo potiri queant. Beatiores certè ſe judicarent, ſi totum corpus alicunde nanciſci poſſent. Hoc cùm non liceat, ſaltem eo, quod licet, contenti ſunt. Ita ergo nos affectos eſſe oportet erga illas veterum reliquias ſcriptorum, quæ nobis remanſerunt, gratiamque illis habere,

bere, niſi maxime ingrati velimus eſſe, per quos eæ hoc qualicumque modo ad nos ſalvæ fuêre tranſmiſſæ. Hoc autem Ampelii Opus ex eorum genere eſt, quæ à pleriſque tùm ſolebant conſcribi & edi. Non Epitome eſt, non fragmentum longioris Operis, ſed veluti collectaneum rerum toto Orbe memorabilium, ex variis auctoribus brevitate ſummâ, ſed qualem in omnibus ea tempora expetebant, compilatum. Memorialem eum ſe librum ſcripſiſſe in paucis illis verbis, quæ vice præfatiunculæ præfixit, profitetur. Quos libros Memoriales ea ætas vocaverit, non latet viros doctos, qui verſati ſunt in monumentis illius ævi. Non diſſimili genio, etſi diſſimili argumento, ſcriptus Theodori Manlii liber de rerum naturâ, cauſiſque naturalibus, de aſtris & aliis ejuſmodi, qui adhùc in Bibliothecis extat, manu exaratus & pedeſtri ſermone compoſitus. Is eſt Theodorus Manlius, cujus conſulatum celebravit carmine Claudianus, ut & opus ipſum. Indè occaſionem arripuit vir quidam doctiſſimus, tranſcribere illud Manilio, ſive Manlius ſit, cujus hodiè Aſtronomicon habemus, ut idem ſit Manlius ille Claudiano laudatus. Nos alibi pluribus pugnavimus rationibus, & quidem invictiſſimis, non poſſe ita eſſe, cùm tot argumenta, quibus probari queat, eum Manilium vixiſſe ſub Auguſto. Exemplar porrò, undè Ampelium deſcripſi, ab imperito librario vitioſiſſimè ſcriptum fuiſſe, indicare hic debeo, ne, qui tam multas adhùc ſupereſſe in eo mendas animadvertit, nihil à nobis, quoad emen-

LUCIUS AMPELIUS
MACRINO SUO SAL.

VOlenti tibi omnia noſſe, ſcripſi hunc Librum memorialem, ut noris, quid ſit mundus, quid elementa, quid orbis terrarum ferat, vel quid genus humanum peregerit.

De Mundo.

MUndus eſt univerſitas rerum, in quo omnia ſunt, & extra quem nihil, qui Græcè dicitur κόσμος. Elementa mundi IV. Ignis, ex quo eſt cœlum. Aqua, ex quâ mare Oceanum. Aër, ex quo venti & tempeſtates. Terra, quam, propter formam ejus, orbem terrarum appellamus. Cœli regiones ſunt quatuor: oriens, occidens, meridies, ſeptentrio. Cœlum dividitur in circulos quinque: Arcticum & Antarcticum, qui ob nimiam vim frigoris inhabitabiles ſunt: Æquinoctialem, cui ſubjacet regio, quæ catakekaumene dicitur, neque incolitur, ob nimiam vim ardoris: Brumalem & Solſtitialem, ſub quibus habitatur; ſunt enim temperatiſſimi, per quos obliquus circulus vadit, cum XII. ſignis, in quibus Sol annuum conficit curſum.

De duodecim ſignis.

SIgna ſunt in cœlo duodecim. Aries beneficio Liberi: quòd, is cùm exercitum in Indiam per Libyam duceret per loca ſicca & arenoſa, cùm aquæ inopia eſſet, & exercitus ejus ſiti affligeretur, aries eis aquam demonſtravit, & ob id Libero Jovis Ammon eſt appellatus, eique fanum magnificum fecit, ad eum locum ubi aquam invenit. Quod abeſt ab Ægypto & Alexandriâ millia paſſuum novem.

Digitized by

novem. Ob eam rem à Jove petiit, ut in ſidera reciperetur. Alii putant, cum eſſe, qui Hellen & Phryxum vexerit. Taurus beneficio Jovis, quem Jupiter à Neptuno fratre per gratiam abduxit, qui ſenſum humanum figura Tauri continebat, iſque Jovis juſſu Europam, Agenoris filiam, Sidonia alludens decepit, & eam Cretam deportavit. Ob eam rem Jupiter in ſideribus eum dignatus eſt immortali memoria. Gemini, qui Samothraces nominantur eſſe, quorum argumentum nefas eſt pronuntiare præter eos, qui in his præſto ſunt. Alii Caſtorem & Pollucem dicunt, quòd hi principes mare tutum à prædonibus præſtitiſſent. Sunt qui dicant, Herculem & Theſeum, quod ſimilia athla ſint adepti. Cancer, Carcinus receptus beneficio Junonis, quod ejus juſſu, cùm Hercules miſſus eſſet ad Hydram Lernæam, quam nos Excetram dicimus, interficiendam, Carcinus ingreſſus, Herculis pedes & crura lanians, incommodiorem faciebat eum, quam ipſa Excetra. Idque malum Hercules difficillimum habuit, Carcinumque Cancrum ob id factum Juno ſideribus eſt dignata. Leo, Leon, qui educatus eſt Nemeæ, Junonis conſilio ad Herculis interitum miſſus, in terrâ Argivâ diu ſpeluncâ latitavit, quem Hercules dicitur interfeciſſe cum Molorcho hoſpite ſuo, cujus clavam ei tributam tùm principio eſt adeptus, quâ Leonem interfecit, ejuſque pellem poſteà pro tegumento habuit. Ob id factum Junoni odio eſſe cœpit, Leonemque cœleſti dignitate eſt honorata. Virgo, quam nos juſtitiam dicimus, fuit cum hominibus. Sed poſtquam homines malefacere cœperant, Jovis eam inter ſigna poſuit. Sunt qui Erigonem, Icari filiam, Athenienſem dicunt, cujus patri Liber vinum dedit, ut hominibus ad ſuavitatem daret. Quibus dedit, ebriati ſunt, & lapidibus eum occiderunt. Canis, qui cum illo erat, vidit hominem occiſum, & cum ululatu ad Erigonem rediit, quem ut mœſtum & ſingularem vidit, ſollicita proficiſcitur cum eo. Venêre ad locum, ubi Icarius jacebat. Vidit corpus patris. Magnâ lamentatione in Hymetto monte ſepelivit. Ipſa verò ſe ſuſpendit laqueo. Canis ad pedes ejus diſcumbens diutiùs, & ſine alimentis deficiens, poſt aquam anhelans in puteum ſe projecit. Tum Liber à Jove petit, quòd ſuo imperio deficerent, ut inter ſiderum curſus po-

neretur

neretur Virgo. Icarius autem Arcturus nominatus est, cujus stella, cum exoritur, continuas tempestates facit. Canis, Canicula. Libra, quam Græci Zygon appellant, virile nomen est adeptus. Is omni clementiæ justitiâ Mochos dictus; qui primus dicitur libræ pondus hominibus invenisse, quæ utilissima mortalibus æstimantur, ideòque in numerum stellarum receptus est, & Libra est dictus. Scorpius, qui dicitur ad perniciem Orionis in insulâ Chio in monte Pelæneo voluntate Dianæ natus. Orion autem dùm venatur, visâ Dianâ, stuprare eam voluit. Illa Scorpionem subjecit, qui eum vitâ privaret. Jupiter & Scorpionem & Orionem inter sidera recepit. Sagittarius, Crotopi filius, nutricius Musarum, quæ Musæ semper dilexerunt eum, quòd plausu & lusu Sagittarum eas avocaret. Alii Chironem dicunt, quòd justus & pius, doctus, hospitalis fuerit. Ab eo Æsculapius Medicinam, Achylles Cytharam, & alia multa. Capricornus, cui nomen Pan. Quo tempore Python spelunças incolens in monte Tauri, Ægyptum profectus est ad bellum, Pan se in capræ figuram convertit. Igitur Dii immortales, postquam Pythonem digna pœna affecerunt, Pana astrorum memoria decoraverunt. Aquarius, qui putatur esse Ganymedes, dicitur Deucalion Thessalus, qui maximo cataclysmo cum uxore Pyrrha solus evasit; & hic pietatis causa inter sidera locatus est. Pisces, ideò pisces, quia bello Gigantum Venus perturbata in piscem se transfiguravit. Nam dicitur & in Euphrate fluvio ovum piscis in ora fluminis columba adsedisse dies plurimos, & exclusisse Deam benignam, & misericordem hominibus ad bonam vitam. Utrique memoriæ causa pisces inter sidera locati.

De Sideribus.

PRæter duodecim signa potentissima sidera in cœlo. Septentriones duo, major & minor, qui numquam merguntur; ideòque navium cursus regunt, quorum alter Cynosura dicitur. Bootes, idem Arcturus, Orion, qui magnitudine sua dimidiam cœli obtinet partem. Peliades, quæ Latinè Virgiliæ dicuntur. Hyades, quæ à nobis Suculæ dicuntur,

cuntur, quarum ortus & occaſus à nautis & ab agricolis obſervantur. Canicula, cujus vis præcipuè Solſtitio eſt. Stellæ potentiſſimæ in cœlo ſunt ſeptem, Saturnus, Sol, Luna, Mars, Mercurius, Jupiter, Venus, quæ à Græcis planetæ, à nobis erraticæ dicuntur, quia ad arbitrium ſuum vagantur, & motu ſuo hominum fata moderantur. Item adverſo curſu contra cœlum feruntur.

Quibus partibus ſedeant XII. *ſigna duodecim ventorum.*

ARies, in Africum. Taurus, in Circium. Gemini, in Aquilonem. Cancer, in Septentrionem. Leo, in Traſeiam. Virgo, in Argeſten. Libra, in Xephyron. Scorpius, in Africum. Sagittarius, in Auſtrum & Africum. Capricornus, in Auſtrum. Aquarius, in Eurum & Notum. Piſces, in Eurum.

De Ventis.

VEnti fiunt ex aëris motu & inclinatione. Sunt autem generales quatuor. Eurus, idem Apeliotes, idem Vulturnus, ab oriente. Ab occidente, Zephyrus, idem Corus, idem Favonius. Aquilo, Boreas, Aparcias idem, à ſeptentrione. Notus, idem Libs & Auſter, & Africus, à meridie. Hi ſunt quatuor generales: cæteri ſpeciales adſcribuntur. Ut Japyx Zephyro, qui ab Japygio, Apuliæ promontorio, flat. Leuconotus Noto, cùm ſerenior flat. Caurus Aquiloni, cùm vehementior Gallias perflat. Item Eteſiæ, qui ſtatis diebus flant per æſtatem.

De Orbe Terrarum.

ORbis terrarum, qui ſub cœlo eſt, quatuor regionibus incolitur. Una pars ejus eſt, in qua nos habitamus. Altera huic contraria, quam qui incolunt, vocantur Antichthones. Quarum inferiores duæ ex contrario harum ſitæ, quas qui incolunt, vocantur Antipodes. Orbis terrarum, quem nos colimus, in tres partes dividitur, totidemque nomina. Aſia, quæ eſt inter Tanaïn & Nilum, Libya, quæ eſt inter

ter Nilum & Gaditanum ſinum. Europa, quæ eſt inter fretum & Tanaïn. In Aſiâ clariſſimæ gentes: Indi, Seres, Perſæ, Medi, Parthi, Arabes, Bithyni, Phryges, Cappadoces, Cilices, Syri, Libyi. In Europâ Clariſſimæ gentes, Scythæ, Sarmatæ, Germani, Daci, Mœſi, Thraces, Macedones, Dalmatæ, Pannonii, Illyrici, Græci, Itali, Galli, Spani in Lybiâ gentes clariſſimæ, Æthiopes, Mauri, Numidæ, Pœni, Getuli, Garamantes, Naſamones, Ægyptus. Clariſſimi montes in orbe terrarum; Caucaſus, in Scythiâ. Emodus, in Indiâ. Libanus, in Syria. Olympus, in Macedoniâ. Hymettus, in Atticâ. Taygetus, in Lacedæmoniâ, & Citheron Eleon in Bœotiâ. Parnaſſus, Acroceraunia, in Epiro. Mænalus, in Arcadia. Apenninus, in Italia. Eryx, in Sicilia. Alpes, inter Galliam & Italiam. Pyrenæus, inter Galliam & Spaniam. Atlas, in Africâ. Calpe, in freto Oceani. Clariſſima flumina in orbe terrarum: Indus, Ganges, Hydaſpes, in Indiâ. Araxes, in Armenia. Thermodon & Phaſis, in Colchide. Tanaïs, in Scythia. Strimon & Hebrus, in Thracia. Sperchios, in Theſſalia. Hermus & Pactolus, auriferi. Mæander & Cayſtrus, in Lydia. Cydnus, in Cilicia. Orontes, in Syria. Simoïs & Xanthus, in Phrygia. Eurotas, in Lacedæmone. Alpheus, in Elide. Ladon, in Arcadia. Achelous & Inachus, in Epiro. Savus & Danubius, qui idem Iſter cognominatur, in Mœſia. Eridanus & Tiberinus, in Italia. Timavus, in Illyrico. Rhodanus, in Gallia. Iberus & Bætis, in Spania. Bagrada, in Numidia. Titron, in Getulia. Nilus, in Ægypto. Tigris & Euphrates, in Parthia. Rhenus, in Germania. Clariſſimæ inſulæ in mari noſtro undecim: Sicilia, Sardinia, Creta, Cypros, Enboea, Lesbos, Rhodos, duæ Baleares, Eubuſus, Corſica, Gades. In Oceano ad orientem, Taprobane. Ad occidentem, Britannia. Ad ſeptentrionem, Thyle. Ad meridiem, Inſulæ Fortunatæ. Præter has in Ægæo mari, Cyclades duodecim: Delos, Gyaros, Myconos, Andros, Paros, Pharos, Tenedos, Cythnos, Melos, Naxos, Donuſa. Præter has Sporades innumerabiles, cæterùm celeberrimæ: Ægina, Salamina, Coos, Chios, Lemnos, Samothracia. In Ionio, Echinades, Strophades, Ithaca, Cephalonia, Zacynthos. In Adriatico, Ciriteæ circiter mille. In Siculo, Æoliæ VIII.

In

In Gallico, Stœchades tres. in Syrtibus, Cercina, & Menynx, & Girrha.

De marium ambitu.

MAre, quo cingimur, universum vocatur Oceanum. Hoc quatuor regionibus irrumpit in terras. A septemtrione, vocatur Caspium. Ab oriente, Persicum. A meridie, Arabicum, idem Rubrum & Erythræum. Ad occasum, Magnum mare, idem Atlanticum, quod commerciis totius generis humani peragitur. Hoc intrat in fretum Gaditanum inter duos montes clarissimos, Abylam & Calpen, ob impositas Herculis columnas. Dein latissimè simul & longissimè fusum medium terrarum orbem inundat, & nomina acquirit. Balearicum, quod Hispaniam alluit. Gallicum, quod Gallias tangit. Ligusticum, quod Liguribus infunditur. Tuscum, Tyrrhenum; idem Inferum, quod dextrum Italiæ latus circuit: Hadriaticum, idem Superum, quod siniſtrum Italiæ latus circuit. Siculum, in quo Sicilia. Creticum, in quo insula est Creta. Jonium & Ægæum, quæ Achaiam, eandem Peloponneson, simul ambiunt; ut interveniente Isthmo pœne insulam faciant. Myrtoum & Icarium, quæ adhærent Ægæo mari, illud à Myrtylo, hoc ab Icaro cognominata. Euxinum, Ponticum, quod ingenti sinu Scythis infunditur. Hellesponticum fauce transmissum, inter duas celeberrimas urbes, Sestos Asiæ, Abydon Europæ. Tanaïticum, quo Asia alluitur. Ægyptium ab Ægypto, Libycum à Libyâ cognominatur. Syrticum, à duabus Syrtibus, reciprocis æstibus retorquetur.

Miracula Mundi.

MIracula quæ in terris sunt. Ab Apolloniâ Athamantiâ millia passus quinque, in monte Nymphæo, ibi ignis est, & de terrâ exit flamma. In silvâ Panis symphonia in oppidum auditur. Item sub eo monte in campo lacus aquæ pleni, undè pix exit, & bitumen. Cùm manibus supplodas, pix altè attollitur, & quasi ab aquâ bullescit. Ambraciæ in Epiro in pariete sunt picti Castor & Pollux & Helena,

lena, manu Autochthonis, & nemo invenire poteſt, quis pinxerit. Arcis in Epiro, quod Ippaton appellatur: ibi pons magnus columnatus duplex, quem Medea ædificari imperaſſe fertur. Ibi picta ſunt gubernacula Argonautarum, quæ cæpta navis; ibi Jovis templum Hyphonis, undè eſt ad inferos deſcenſus ad tollendas ſortes. In quo loco dicunt, duo qui deſcenderunt, Jovem ipſum videre. Leucade mons; undè ſe Sappho dejecit propter virum: in ſummo monte fanum eſt Apollinis, ubi ſacra fiunt. Et cum homo inde deſiluit, ſtatim excipitur lintribus. Sicyone in Achaiâ, in foro ædes Apollinis eſt. In ea ſunt poſita Agamemnonis Clypeus & Machæra, Ulyſſis Chlamys & Thoracium, Teucri ſagittæ & arcus, Adraſti arca, quam depoſuit, in qua quid ſit, ignoratur, ſed & olla ærea, in quâ Pelias coctus dicitur. Item Palamedis cithara. Marti autem quoque corium remi Argonautarum, & gubernaculi brachia, cauculus quem Minerva ſortita eſt. De Oreſtæ cervice una proci paraſiti palla pendet: quam ſi quis halitu afflaverit, tota patefit. Penelopæ tela: ibi de terrâ oleum ſcaturit. Argis Inachiæ Junonis templum magnificè ornatum, quod Aſylum vocant. Olympiæ templum Jovis nobile; ubi athletæ intiantur. Corintho balænæ coſta eſt magna ſecundum mare, quam homo complecti non poteſt. Eodem in loco fanum eſt Veneris; in quo vas marmoreum Laïdos. Bæotiæ lacus ſacer; ubi Amphiaraus devoratus in eo latus eſt. Urceus fictilis fractus pendet, teſta inter ſe compoſita, undè autem pendeat, non apparet, niſi à vento moveatur. Athenis Minervæ ædes nobilis, cujus ad ſiniſtram Clypeus appoſitus, quem digito tangit. In quo Clypeo medio Dædali eſt imago, ita collocata, quam ſi quis imaginem è Clypeo velit tollere, perit totum opus, ſolvitur enim ſignum. Ipſa autem Dea habet haſtam de gramine. Ilio lapis quadratus, ubi Caſſandra fuit alligata, quem ſi ante tangas aut fricueris, lac demittit: ex alterâ autem parte ſimiliter ſi frices, ac ſi ſanguinem remittit. Juxta autem mare, qui locus Rhœte vocatur, ibi eſt Achillis & Patrocli vultus, & flumen Scamandras. Epheſo Dianæ fanum nobiliſſimum, maximum, pulcerrimumque orbis terrarum. Introitu dextrâ ſiniſtrâ poſtes marmorei monolithi, longi cubitis xx. quâ

ſuper

ſuper templum aſcenſu ſunt CXI. millia. Samo in templo Iunonis ſcyphus factus ex hederâ, cujus capita foras IV. arietina magna, cornibus miræ magnitudinis contortis. Pergamo ara marmorea magna, alta pedes XI. cum maximis ſculpturis. Continet autem gigantomachiam. Rhodo ſignum Dianæ marmoreum pulcerrimum: quod ſtat ſub divo cœlo, nec, cum pluit, aquâ tangitur. Argyro eſt fanum Veneris ſuper mare: ibi eſt lucerna ſuper candelabrum poſita, lucens ad mare ſub divo cœlo, quam neque ventus aſpergit, nec pluvia extinguit. Sed & Herculis ædes antiqua; ibi columna pendet cavea ferrea rotunda, in quâ concluſa Sybilla dicitur. Ibi jacent oſſa balænæ, quaſi lapides quadrati. Marmeſiæ apud Sipilum columnæ ſunt IV. inter has columnas eſt victoria ferrea, pendens ſine aliquo vinculo, in aëre ludens. Sed quoties ventus aut pluvia fuerit, non movet. Ædis Dianæ Epheſo, quam conſtituit Amazon. Ibi & ſepulchrum Icari ſtertentis quaſi dormiat, miræ magnitudinis, ex orichalco & ferro. Rhodo Coloſſi ſignum Solis altum ſuper columnâ marmoreâ cum quadriga. Columna verò habet cubitos centum. Cypro ſignum Jovis Olympii æreum, facies ex auro, quem fecit Phidias in cubitis centum quinquaginta, & lata cubitis ſexaginta. Domus illic Cyri regis ædificata lapidibus candidis, & nigellis, auro vinctis: ubi ſunt columnæ diverſis coloribus, & innumerabiles lanceæ ferreæ, feneſtræ ex argento, & tegulæ ex lapide praſino. Murus intus medio Babyloniæ, quem Memnon ædificavit lapide cocto, id eſt, calce & ſulfure, ferro intermixtus, ut ſunt junctura. Latitudo ejus cubitis XXX. altus cubitis CXXX. cingitur millia paſſuum XXX. Hunc cœpit Semiramis, filius ejus perfecit. Pyramides in Ægypto, quas ædificavit Agartus oppidum: ibi eſt Nilus fluvius ære factus, plexilis in cubitis CCC. cujus facies ſmaragdo limpido, brachia ex ebore magno, cujus aſpectu & beſtiæ terrentur. Athenis ſignum Jovis Olympii, Alexandriæ flumen Nilum maximè colunt.

Digitized by Google

Quot fuêre Joves, vel alii in loco Dii Deaque.

JOves fuêre tres. Primus in Arcadiâ Ætheris filius, cui etiam Ætherius cognomen fuit. Hic primùm ſolem procreavit. Secundus abinde in Arcadiâ, qui Saturnius cognominatur, qui ex Proſerpinâ Liberum patrem procreavit primum victorum. Tertius Cretæ, Saturni & Opis filius, optimus maximuſque eſt appellatus. Martes fuêre duo. Primus ex Enopoſte, ut eum Homerus ait, & noſter eſt Mars Leucarpis & aliter Marſenius. Secundus ex Jove & Junone. Soles fuêre quinque. Primus Jovis filius. Secundus Hyperionis. Tertius Nini filius, cui Ægyptus eſt conſecrata. Quartus qui Rhodi natus eſt, cujus etiam Zemintus eſt filius. Quintus Colchi filius, ex quo Circe & Medea & Phaëton nati ſunt. Vulcani fuêre quatuor. Primus Crio & Joppe natus. Secundus Nili filius. Tertius Saturni & Junonis. Quartus in Siciliâ Miletis filius. Mercurii IV. Primus Cœli & Diei filius. Secundus Jovis & Croniæ filius, vel Proſerpinæ. Tertius Croni filius & Majæ, qui eſt inventor lyræ. Quartus Quilleni filius, qui Ægyptiis literas, & numerum dixit. Apollines quinque. Primus Vulcani & Minervæ. Secundus ex Corybante. Tertius, Jovis filius ex Latonâ. Quartus, Sileni filius in Arcadiâ. Quintus, Ammonis filius, in Libyâ natus. Dianæ III. Prima, Jovis vel Croni filia ex Proſerpinâ, quæ eſt Liberi ſoror. Secunda, Jovis & Latonæ, Apollinis ſoror. Tertia, quæ vocatur Ops, de Glauco. Æſculapii tres. Primus, Apollo dictus, Vulçani filius. Secundus, Laï filius. Tertius, Ariſteti & Alcippe filius. Veneres IV. Prima, Hacdeli & Diei filia. Secunda, quæ ex ſpuma nata eſſe dicitur, & Aëris & Oceani filia. Tertia, quæ Vulcano nupſit, quæ cum Marte ſe miſcuit: unde Cupido natus eſſe dicitur. Quarta, Cypri & Syriæ filia, quam Adon habuit. Minervæ quinque. Prima, Vulcani filia; undè Athenarum eſt civitas. Secunda, Nili filia, quam Ægyptii colunt. Tertia, Jovis filia, quæ in facillimis rebus ſe exercuit. Quarta, Solis filia, quadrigas junxit. Quinta, Pallantis & Titanidos filia. Hæc patrem occidit, pro

ſuæ virginitatis obſervatione, qui ejus cupidus fuit. Unde & Pallas dicta eſt. Liberi quinque. Primus ex Jove & Proſerpina. Hic agricola, & inventor vini. Cujus ſoror Ceres. Secundus Liber ex Merone, & Flora, cujus nomine fluvius eſt Granicus. Tertius de Cabito, qui regnavit in Aſia. Quartus ex Saturno & Semela, dicunt. Quintus Niſi & Heſionæ filius. Hercules ſex. Primus Jovis & Ætheris filius. Secundus Niſi filius, quem principem colunt Ægyptii. Tertium conditorem loci ſui Hellenes dicunt. Quartus Croni filius, & Cartheres, quem Carthaginenſes colunt, unde Carthago dicta eſt. Quintus Joab filius, qui cum rege Medorum pugnavit. Sextus Jovis filius ex Alcumena, qui Atlanta docuit.

De Imperiis.

IMperia ab ineunte ævi memoria fuerunt ſeptem. Primi rerum potiti ſunt Aſſyrii, deinde Medi, poſtea Perſæ, tum Lacedæmones, dein Athenienſes: poſt hos inde Macedones: ſic deinde Romani.

Reges Aſſyriorum.

NInus Rex; qui primus exercitu propè totam Aſiam ſub ſe redegit, & clariſſimam urbem nominis ſui condidit Ninon. Bellus Rex, Jovis filius, cujus poſteri primùm Aſiæ regnaverunt: per Ægyptum Libyæ, per Darium Europæ. Semiramis, Circetis Nymphæ filia, à columbis educta, uxor Nini regis. Cujus poſt mortem regnum Nini ampliavit; armis Indiam quoque parum proſpera expeditione tentavit. Hæc urbem pulcherrimam omnium, quæ unquam fuerunt, Babylona conſtituit, ſupra flumen Euphraten. Sardanapalus, qui ob nimias delicias & luxuriam perdito regno, ne in poteſtatem hoſtium veniret, cum exoletis ſuis venenum bibit, & igni ſubjecto cum regia ſua conflagravit.

Reges

Reges Medorum.

ARſaces, primus Rex, qui everſas Aſſyriorum opes luxuriâ Sardanapali tranſtulit, eoſque juſtiſſimè rexit. Aſtyages, vir fortis & juſtus, qui per inſidias victus à Cyro eſt, & diſſolutum eſt Mediæ regnum.

Reges Perſarum.

CYrus rex fortiſſimus, qui majore parte Aſiæ ſubactâ, Europam quoque irrupiſſet, ni à Tomyre, Scytharum regina, victus oppreſſuſque eſſet. Cambyſes, filius æquè Cyri; qui, cum CXXX. millia hominum ſubegiſſet in Ægypto, & regem ejus Amaſin, Æthiopiam profectus, magnâ parte militum per famem amiſsâ; irritus rediit. Urbem tamen ibi condidit Meroën. Is quia Apin ſacrum bovem interfici juſſerat, ira Deorum ex equo præceps ſuper gladium ſuum ruit, extinctuſque eſt. Darius rex, unus ex ſeptem Perſis hinnitu equi regnum aſſecutus, cum CCCXXX. millibus Europam tranſivit. Victus ab Athenienſibus ducenta millia apud Pſeudomarathona deceſſit. Xerxes, Darii filius, cùm receſſiſſet pater ejus, aliquantis navibus armatis militibus in Europam tranſivit. Contabulato Helleſponto, & forato Atho monte, nequidquam aliud egit, quam ut Athenas incideret mari. Victus à Lacedæmoniis & Athenienſibus, in Aſiam rediit, ibique ſuorum fraude interfectus eſt.

Duces & Reges Lacedæmoniorum.

EUryſthenes & Procles gemini, qui genus ab Heraclidis deducentes primis, parte regni regnaverunt. Lycurgus legumlator, cui Lacedæmonii principes Græciæ per annos ſeptem inviſi fuerunt. Theopompus & Polydorus Reges, qui Meſſenium bellum XX. annis geſſerunt. Othryades vir bellator, qui Meſſenio bello, quo centeni, id eſt, quinquageni, concertaverunt, & tropæum ſuo ſanguine ſcripſit, tertiuſque Meſſenio bello, ex oraculo Apollinis,

dux ab Athenienſibus per ludibrium miſſus, pertæſus vota, militum animos concitavit, ut tam diuturnum prœlium victoriâ conſummarent. Leonidas, dux Perſico bello, qui cum trecentis Lacedæmoniis apud Thermopylas totam vim Perſici belli mortè ſuâ ac ſuorum obtinuit. Pauſanias, qui Perſico bello Mardonium, præfectum Xerxis, cum pedeſtribus copiis apud Aſopum, Bœotiæ flumen, debellavit: mox proditionis à rege ſuſpectus idem Mardonius, ideòque accuſatus, in aſylum Minervæ confugit, & ibi fame confectus eſt. Leander dux, qui dominantem toto mari claſſem Atticam apud Ægeos primus oppreſſit, & victis Athenienſibus xxx. tyrannos impoſuit. Xanthippus, vir Lacedæmoniorum fortiſſimus, qui bello Punico primus Carthaginienſibus dux miſſus Regulum cepit. Ageſilaus, cujus inventum eſt, in hoſtili, quam in ſuâ terrâ, pugnare; ideòque in Aſiam miſſus, vaſtatâ eâ, cùm jam Regi immineret, revocatus Athenienſes apud Crotonem vicit. Poſteà apud Corinthios flevit, quòd decem millia Græcorum occiſa cognoviſſet, nec voluit Corinthum delegare, cum poſſet.

Clariſſimi Reges & Duces Athenienſium.

CEcrops rex, qui urbem condidit Athenas, & ex ſuo nomine Cecropidas appellavit cives. Idem fabulosè, quia indigena fuit, ab inguinibus ſerpens fuiſſe narratur. Erichthonius rex, qui myſteria Eleuſinæ conſtituit. Celeus cum Euboleo ſacerdote, filiabus virginibus miniſtris, Triptolemo frugum præfecto: qui fame laborantem Græciam circumlato frumento reſtituit. Pandion rex, qui filias ſuas Prognen & Philomelam Thraciæ regibus tradidit, ut barbaras ſibi gentes affinitate ſociaret. Theſeus, Ægei filius, qui Minotaurum interfecit. Demophontes, ejus filius, qui cum Græcis Ilium expugnavit. Codrus rex, qui pro ſalute & victoriâ patriæ, ſecundum oraculum Apollinis, bello Peloponneſio ſe devovit. Piſiſtratus, vir fortis, & ſapiens, qui adversùs principes populari cauſâ tyrannidem invaſit, eamque juſtiſſimè adminiſtravit. Armodius & Ariſtogeiton, homines plebeji, qui Hippian & Hipparchum,

Digitized by Google

parchum, Piſiſtrati filios, ſævè dominantes, factâ conjuratione oppreſſerunt, ideòque ut conſervatoribus divini honores eis ſunt conſtituti. Miltiades dux, qui LXXX. millia militum Perſarum Darii regis, præfectis Date & Tiſapherne, in ſaltu Marathonio ſuperavit. Ariſtides Dicæos, qui hoc agnomen moribus eſt conſecutus, ob id ipſum exilio multatus eſt. Cimon dux, qui Perſico bello Xerxis copias, pedeſtres ſimul atque navales, in ipſa Aſiâ apud Eutymedonta flumen uno die vicit. Alcibiades dux, vir genere, copiâ, opibus, illuſtris; qui propter detruncatos nocte Mercurios reus factus, ad Lacedæmonios confugit Peloponneſi bello, &, cùm feciſſet eos ſuperiores, afflictorum civium miſertus, rediit in patriam, & dux creatus, iterùm victores Athenienſes fecit. Thraſybulus, qui triginta Magiſtratus Lacedæmonios tyrannidis dominatione ſævientes factâ conjuratione afflixit, & libertatem Athenienſibus reddidit. Conon dux, qui omnes Lacedæmoniorum copias apud Cnidum inſulam cepit, & imperium maris Athenis reſtituit. Dion, qui octo onerariis navibus Dionyſium, regem Siciliæ, centum roſtratas habentem, dum in Italiam abeſt, regno expulit, occupatis Syracuſis. Hiphicrates, rei militatis peritiſſimus, qui arma habiliore pondere & modo fecit. Phocion, qui vir bonus cognominatus eſt, neque ullâ pecuniâ à Philippo potuit ſollicitari; ut ad eum diſcederet: qui, admonentibus amicis, ut liberis ſuis conſuleret: Si boni, inquit, erunt, hic agellus eis ſufficiet: ſi mali, nihil. Chabrias dux, qui gladiatoriâ arte pugnare militem docuit: Cypron & Naxon, & omnes Aſiaticas inſulas Athenis adjunxit, & circa Thion navali bello occidi maluit, quam abjectis armis enatare. Demetrius Phalereus, vir bonus exiſtimatus, ideòque ob inſignem juſtitiam ſtatuis CCC. eſt honoratus, quas ei pro libertate poſuerunt in facie publicâ.

Reges Macedonum.

PHilippus, Amyntæ filius, primus Macedonum obtinuit Thracium, redegitque in ſuam poteſtatem: &, cùm tranſire in Aſiam vellet, ſub ipſo belli apparatu in

theatro à Pauſaniâ eſt interfectus. Alexander, Philippi & Olympiadis filius, ex urbe Pellâ Macedoniæ cum XL. millibus militum in Aſiam tranſiſſet, Darium regem Perſarum primùm apud Granicum flumen, tùm apud Iſſum Ciliciæ, tertiò apud Arbela, tribus prœliis, triginta peditum legionum, equitum bis mille falcatorum curruum vicit. Mox regem Indorum, & omnes Aſiæ gentes ſub poteſtatem ſuam redegit, & nobiliſſimas urbes Aſiæ cepit, Sarbactran, Suſa, Babyloniam, ubi etiam defunctus, dubium vinolentiâ, an veneno, cùm tamen priùs & Africam peragraſſet uſque ad Jovem Ammonem, & Oceanum primus omnium navigaſſet. Philippus, qui poſt Alexandrum Macedonem ſeptimo gradu Macedoniæ regnavit, invictus in Græciam cùm ſævè dominaretur, à Sulpicio conſule in Phocide victus eſt, mox à Flaminio in Macedoniâ, Theſſaliâ apud Cynoſcephalas, ubi, dato obſide filio Demetrio, regni parte multatus eſt. Perſes Philippus, Philippi filius, cùm maximus copiis Macedoniis eſſet, & cum impetum in Græciam feciſſet, cum inanibus elephantorum ſimulácris à Marco conſule apud Scyriam paludem victus, præcipitatis in mare theſauris, profugit; mox ab Æmilio Paulo tota Macedonia fugatus, Samothracam confugit in aſylum: undè, datâ fide cùm ſe Paulo commiſiſſet, ante currum ejus in triumphum productus, mox liberâ cuſtodia in Albano conſenuit. Pſeudophilippus, vir plebejus & degener, cùm ex ſimilitudine formæ Philippi filium ſe perſuaſiſſet, & Macedonas in bellum excitaſſet, inter initia tumultus comprehenſus, ſub cuſtodiâ miſſus eſt Romam, ubi eum ex cuſtodiâ aufugiſſet, concitatâ rurſus Macedoniâ, Thraciam bello recepit. In arce regni paludatus jus dixit: mox à Cæci filio Metello ingenti prœlio victus, cum profugiſſet in Thraciam, à regibus deditus, & in triumphum deportatus.

Reges & Duces Romanorum.

ROmulus, qui urbem condidit. Numa Pompilius, qui ſacra conſtituit. Tullus Hoſtilius, qui Albam diruit. Ancus Marcius, qui leges plurimas tulit, & Hoſtiam coloniam

loniam conſtituit. Servius Tullius, qui primum cenſum egit. Priſcus Tarquinius, qui inſignibus magiſtratus adornavit. Tarquinius Superbus, qui ob nimiam ſuperbiam regno pulſus eſt.

Clariſſimi Duces Romanorum.

BRutus, qui pro libertate publica liberos ſuos interfecit. Valerius Publicola, qui propter eandem libertatem adverſus Tarquinios bellum exercuit. Idem jus libertatis dando populum ampliavit. Manlius Torquatus, qui ad confirmandam caſtrorum diſciplinam filium ſuum interfecit. Quintius Cincinnatus, idem Serranus, cui aranti dictatura delata eſt. Camillus, qui, Senonum gente deletâ Gallorum, incenſam ab eis urbem reſtituit. Fabii duo: quorum alter una pugna Etruſcos, Samnitas, Umbros, Galloſque ſubegit. Libertinos è tribubus repurgavit, ideoque Maximus cognominatus: alter Fabius Hannibalem morâ fregit, ex quo Cunctator eſt cognominatus. Papirius Curſor: hic Samnites, qui Romanos ſub jugum pugnando miſerant, victos ignominia pari affecit, & à velocitate Curſor eſt appellatus. Curtius, cùm in foco rapas torreret, offerentibus, Malo, inquit, in fictilibus meis & aurum habentibus imperare. Fabricius Luſcinus, qui Cornelium Rufinum, conſularem virum, ſenatu amovit, luxuriæ & avaritiæ damnatum, quòd decem pondo argenti poſſideret. Claudius Marcellus, qui Annibalem primus in Campania prœlio vicit, idemque docuit, in bello quomodo equites ſine fuga cederent. Scipiones duo, quorum alter prior, Africanus, qui Annibalem & in eo Africam debellavit, alter Scipio Numantinus, qui Carthaginem & Numantiam diruendo, in hac Africam, in illa Hiſpaniam fregit. Quintus Nero, qui, Annibale in Apulia relicto, venientem ab Hiſpania Haſdrubalem excepit, copiaſque ejus uno die apud Metaurum flumen devicit, qui ſeſe cùm Annibali junxiſſet, dubitari non poteſt, paria eis præſtaturum non fuiſſe. Paulus, qui cùm Macedoniam viciſſet, & Græciam liberaſſet, & opulentiſſimum triumphum reportaſſet, inter ipſos triumphi dies, amiſſis duobus liberis pro concione dixit,

gratias ſe agere fortunæ, quòd in ſuam potius domum quam in remp. ſæviſſet. Duo Metelli: quorum alter Macedonicus, devictis Macedonibus; qui Contrebiam inexpugnabilem Hiſpaniæ civitatem, juſſis teſtamenta ſcribere, & vetitis redire, niſi viciſſent, militibus, occupavit: alter Numidicus, victâ Numidiâ; qui, cum pernicioſas reip. leges ferret, Apulejus tribunus plebis totuſque ſenatus in eas juraſſet, maluit in exilium ire, quam jurare. Hujus filius, Pius cognominatus eſt, quòd patrem in exilium ſecutus eſt. Cajus Marius, qui, in Africa Numidis, in Gallia Cimbris Teutonibuſque ſuperatis, à caliga pervenit uſque ſeptimum conſulatum. Sylla, qui bello civili victoria perpotitus, Romanum primus invaſit imperium, ſoluſque depoſuit. Sertorius, qui proſcriptus à Sylla cùm in exilium profugiſſet, quam breviſſimo tempore propè totam Hiſpaniam redegit in ſuam poteſtatem, & ubique adverſante fortuna inſuperabilis fuit. Lucullus, qui Aſiacæ provinciæ ſpoliis maximas opes eſt conſecutus, & ædificiorum, tabellarumque pictarum ſtudioſiſſimus fuit. Pompejus, qui Armenios ſub rege Tigrane, Ponticos ſub rege Mithridate, Cilicas toto mari dominantes, infra quadrageſimum diem vicit, & magnam partem Aſiæ inter Oceanum Caſpium Rubrumque victoriis ſuis triumphiſque peragravit. Cajus Cæſar, qui Gallias Germaniaſque ſubegit, & primus Romanorum navigavit Oceanum: in quo Britanniam invenit, & vicit. Julius Cæſar Auguſtus, qui, perpacatis omnibus provinciis, exercitus toto orbe terrarum diſpoſuit, & Romanum imperium ordinavit. Poſt cujus conſecrationem perpetua Cæſarum dictatura dominatur.

Romani, qui in Togâ fuerunt illuſtres.

MAnius Agrippa, qui diſſidentem populum ſenatui colligavit, atque conciliavit. Appius Cæcus, qui pacem Pyrrhi diremit, ne populus, qui ſuis parère noluerat, ſub externis regibus regeretur. Tiberius Gracchus, qui Scipionem Aſiaticum, quamvis inimicum haberet, non eſt paſſus à tribunis in carcerem duci, quòd diceret nefas, ibi eſſe Scipionem, ubi captivi illius adhùc alligati tenerentur.

Digitized by Google

tur. Hic eſt Gracchorum pater, qui in tribunatu, cum agrariis legibus ſeditiones excitaret, interfectus eſt. Decimus Brutus Calæcius, qui Gracchum generum, agrariis legibus Reip. ſtatum turbantem, cum Opimio conſule oppreſſit. M. Brutus, qui Pompeji partes ſecutus, mox à Cæſare reſtitutus, in mortem ejus conjuravit, quod affectare nomen regium videretur. Lucius Druſus, qui, agrariis legibus promulgatis, ſummum pro eo favorem conſecutus, ne promiſſa perficeret, per inſidias à Philippo Conſ. domi ſuæ interfectus eſt. Lutatius Catulus, qui Lepidum, acta Syllæ reſcindere volentem, admoto exercitu, Italiâ fugavit, & ſolus omnium ſine ſanguine bellum civile confecit. Cato Cenſorius, qui toties accuſatus eſt, quoad vixit, nocentes accuſare non deſtitit. Hic eſt omnium rerum peritiſſimus, &, ut Salluſt. Criſpo videtur, Romani generis diſertiſſimus Cato. Cato Prætorius, qui bello civili partes Pompeji ſecutus, mori maluit, quam ſuperſtes eſſe reip. ſervienti. Scaurus, qui vetuit filium in conſpectum ſuum venire, quia bello Cyprico deſeruerat. Scipio Naſica, quia non ritè inauguratus Conſul videretur, conſulatu ſe abdicavit, &, domitis Dalmatis, oblatum à Senatu triumphum repudiavit, ſtatuaſque, quas ſibi quiſque in publico poſuerat, in cenſurâ ſua ſuſtulit. Cenſuit in Senatu tamen, Carthaginem non eſſe delendam: propterea optimus judicatus. Cornelius Cethegus, qui fratrem ſuum Cethegum, quòd cum Catilina conjuraſſet, morte multandum cenſuit. Tullius Cicero, qui in conſulatu ſuo Catilinæ conjurationem fortiſſimè oppreſſit.

Qui pro ſalute ſe obtulerunt.

HOratius trigeminus, qui adversùs Curiatios Albanorum; qui de ſummo imperio dimicaverunt. Fabii, qui trecenti, cùm omnes patriciæ ſtirpis eſſent, bellum Vejens peculiariter ſibi depoposcerunt. Mucius Cordus, qui ignibus manus impoſuit: Horatius Cocles, qui, ponte reſciſſo Tiberis, armatus tranſiit navitans. Trecenti ſub Calpurnio Flamma contra Pœnos: qui in Sicilienſi ſaltu, mortuo exercitu, populum Romanum liberaverunt, ut planè

nè ccc. Lacedæmoniorum apud Thermopylas gloriam adæquarent. Duo Decii; quorum alter Latino bello, alter Samnitico Diis manibus ſe devoverunt. Fulvius Pontifex; qui, urbe à Gallis Senonibus incensâ, ſe alioſque ſenes Diis manibus devovit. Regulus; qui tormenta Carthaginienſium maluit pati, quam ut inutilis pax cum eis fieret, aut ipſe juris jurandi fidem falleret. Curtius; qui ſe in hiatum terræ immiſit, cum ex oraculo, quod optimum eſſet in urbe Romanâ, poſceretur. Spurius Poſthumius; qui à Pontio Teleſino, Samnitum duce, ſub jugum miſſus cum exercitu, auctor fuit rumpendi fœderis, ſeque hoſtibus cenſuit eſſe dedendum. Cajus Metellus Pontifex, ardente templo Veſtæ, Palladium extulit, & oculos amiſit.

Qui ſpolia opima retulerunt.

ROmulus de Acrone Ceninenſium rege. Coſſius Cornelius de Larthe Tolumnio, Vejentium rege. Claudius Marcellus de Virodomaro, rege Gallorum.

Qui provocati ab hoſtibus manu contenderunt.

MAnlius Torquatus, qui Gallo torquem detraxit, eumque ſibi circumdedit. Valerius Corvinus; qui à Gallo provocatus cum pugnaret, corvus galeam ejus inſedit, & hoſtem perturbavit. Scipio Æmilianus cum eſſet legatus ab Lucullo imperatore apud Intercatiam, Vaccæorum urbem, provocatorem barbarum occidit. Lucius Opimius, ſub Lucatio Catulo Conſule, in ſaltu Tridentino provocatorem Cimbrum interfecit.

Qui pro Romanis gentes ſuperaverunt.

SCipio Africanus, Scipio Numantinus, Scipio Aſiaticus, Mummius Achaïcus, Servilius Iſauricus, Brutus Callaicus, Paulus Macedonicus, Metellus Creticus, Cæſar Germanicus, Cæſar Dacicus.

Quot

Quot illuſtres Scipiones, qui magnis rebus geſtis cognominati ſunt.

SCipio magnus Africanus, qui vicit Annibalem. Scipio minor Numantinus, qui Numantiam, & Carthaginem diruit. Scipio Aſiaticus, qui de Antiocho triumphavit. Scipio Naſica, qui à Senatu vir optimus eſt judicatus. Scipio, qui, occiſo Pompejo, partes reſtituit, & victus ſe interfecit.

Seceſſiones plebis.

SEceſſiones plebis à patribus fuerunt quatuor. Prima ſeceſſio propter impotentiam fœneratorum, cùm in montem plebs armata ſeceſſit. Secunda propter impotentiam Decemvirùm, cùm, interfectâ filiâ ſuâ, Virginius Appium & totam ejus factionem in Aventino monte circumvenit, effecitque, ut abdicato magiſtratu accuſati, atque damnati, variis ſuppliciis punirentur. Tertia, propter matrimonia plebei, ut ne patriciis nuberent, quam Canulejus concitavit in monte Janiculo. Quarta ſeceſſio in foro, propter magiſtratus, ut plebei conſules fierent, quam Sulpicius Stolo concitavit.

Seditiones.

SEditiones in urbe quatuor. Prima ſeditio, Tiberii Gracchi; quem, de judiciariis & agrariis legibus ſtatum civitatis moventem, Scipio Naſica facta manu in Capitolio oppreſſit. Secunda ſeditio, Gracchi fratris ejus; quem ob ſimiles largitiones novos motus excitantem Opimius conſul, cum Decimo Bruto Gallæcio ſocero ejus convocatis ad pileum ſervis, in Aventino monte oppreſſit. Tertia ſeditio, Apuleji Saturnini Tr. Pl. & Glauciæ Conſulis; quos, comitia in campo cædibus perturbantes, Marius in Capitolium perſecutus obſedit, & conficiendos fuſtibus ſaxiſque curavit. Quarta ſeditio, fuit Livii Druſi, & Quinti Cæpionis, cùm ille Senatus equeſtrem ordinem obſideret. Præcipua tamen ad motus excitandos fuit cauſa, quòd

Druſus civitatem omnibus Italicis pollicebatur; ſed tùm à Philippo Conſule in domo ſua interfectus.

Qui adversùs patriam nefaria iniêre consilia.

CORiolanus, ob aſperiorem annonam in exilium actus, Volſcorum exercitu admoto, patriam expugnare voluit, ſed Veturiæ matris precibus victus, tum ab exercitu ſuo confuſus eſt. Marcus Melius, frumentaria largitione cum videretur, juſſu Quintii Cincinnati Dictatoris à Magiſtro equitum in roſtris occiſus eſt. Spurius, cum Agrariis legibus factione dominationem pararet. Manlius Capitolinus, cum pecunia conturbatores liberaret, ſuſpectus regni affectati de Tarpejo Saxo præcipitatus eſt. Catilina, cum in cædem Senatus, in incendium urbis, direptionem ærarii conjuraſſet, & in id facinus Allobrogas ſollicitaſſet, à Cicerone in Senatu accuſatus, ab Antonio in Apulia debellatus eſt.

Qui Reges vel Duces cum Romanis bella geſſerunt.

POpulus Romanus ſub Romulo pugnavit cum Sabinis, prius propter virgines raptas. Sub Tullio cum Albanis. Pontius Teleſinus, dux Samnitum; qui ad Caudinas furculas Romanos ſub jugum miſit. Pyrrhus, Rex Epirotarum; qui pro Tarentinis bellum cum Romanis geſſit, vaſtataque Campania ad viceſimum ad urbem pervenit, mox à Curio & Fabricio victus in patriam conceſſit, & cum Achajam armis ſub ſe redegiſſet, Macedoniam quoque Antigono regi eripuiſſet, dum Argos expugnat, occiſus eſt. Omnium Græcorum ſapientiſſimus, & militaris diſciplinæ peritiſſimus fuit. Annibal, qui novem annorum, patrem in Hiſpaniam ſecutus, minor annorum quindecim imperator factus; triennio in Hiſpania vicit, & everſione Sagunti, rupto fœdere, per Pyrenæum & Alpes in Italiam venit, Scipionem ad Ticinum, Tiberium Claudium apud Trebiam, Flaminium apud Thraſymenum, Paulum & Varronem apud Cannas, Gracchum in Lucania, Marcellum in Campania ſuperavit.

Digitized by Google

Status Populi Romani quas commutationes habuerit.

POpulus Romanus primùm ſub regibus fuit. Deinde, poſt ſuperbiam Tarquinii, & illatum Lucretiæ ſtuprum, expulſis regibus, tutelam ſui conſulibus tribuniſque commiſit. Deinde tribunitiis ſeditionibus agitatus, abdicatis omnibus magiſtratibus, Decemviros, legum ferendarum & Reip. conſtituendæ cauſa, paravit. Horum quoque dominationem & libidinem deteſtatus, rursùs ad conſules rediit. Donec, exortis bellis civilibus inter Cæſarem & Pompejum, & oppreſſa per vim libertate, ſub unius Cæſaris poteſtatem redacta ſunt omnia. Ex eo perpetua Cæſarum dictatura dominatur.

Initium Regni Mithridatis.

CYrus, Rex Perſarum primus, imperium Medis ademit. Duos filios reliquit, Cambyſen & Smerden. Horum Cambyſes, defuncto patre, quod major eſſet, Smerden, in ſolio ſedentem, capite cœlum pulſare, per ſomnium videns, occidendum eum curavit ipſe: & deinde, revertens ab Æthiopia, rebus perfractis, cùm in Ægyptum veniſſet, incolaſque ejus loci lætantes advertiſſet, ratus, illos adverſis ſui inſultare, Apin in femine vulneravit, eodemque ictu occidit. Interim Magus quidam Smerdes, Patibiatæ frater, abutens nomine ex formæ ſimilitudine, filium ſe Cyri profeſſus, regnum Perſicum invaſerat. Quod ubi Cambyſi nuntiatum eſt, regredi in patriam maturans, oblitus eſt gladium, quo Apin interfecerat, vaginæ reddere. Quòd cùm conaretur efficere, femen ſuum vulneravit, & eam partem, qua Apin vulneraverat. Ex eodem vulnere in paucis diebus obiit. De cujus morte poſtquam certior nuntius ad Perſas venit, Potanes Pedimam filiam ſuam, qua cum Smerdes conſuetudinem habebat, edocuit, cum ille ſopitus eſſet, utrùm aures tectas comis haberet, periclitaretur. Sciebat enim, à Cyro Smerdi Mago ademtas aures. Ille falſum eſſe Smerden confirmavit.

Tunc ſeptem nobiliſſimi Perſæ inter ſe conjuraverunt. Eorum nomina hæc ſunt, Potanes, Hydanes, Aſpatines, Saphernes, Megabojus, Gobies, Darius. Deinde, Mago Smerde interfecto, conſtituerunt, uti, excepto poſthac Potane, ex illis regnaret, cujus equus primus in loco, quem delegiſſent, hinniſſet. Tunc Hiberes, agaſo Darii, equum domini ad locum prædictum duxit: illic alia equa ab ſuo initur. Tunc equus Darii magnum hinnitum dedit. Ita Darius regnum obtinuit. A quo Artabanes originem ducit; quem conditorem regni Mithridatis fuiſſe, confirmat Saluſtius Criſpus.

Reges Parthorum.

SEleucus, Alexandri Macedonis amicus. Hujus poſt mortem Abarrida, frater ejus, juſſus Babylonem obtinere, finitimos ſub ſe redegit, unde Nicator eſt appellatus, & tres validiſſimas urbes conſtituit, Abarridam, Seleuciam, Laodiciam. Arſaces, formâ & virtute præcipuus, cujus poſteri Arſacidæ cognominati ſunt; qui pacem cum Sylla imperatore fecit. Orodes, qui fœdus cum Cn. Pompejo percuſſit, Craſſum cum legionibus apud Carras funeſta clade delevit. Pacorus; qui filium ſuum ejuſdem nominis miſit in Syriam, ut Romanas provincias popularetur; atque ipſe à Ventidio, legato Julii Cæſaris, occiſus eſt.

Reges Cappadociæ & Armeniæ.

TIgranes, qui jam ſcriptus eſt; qui tertio Punico bello perdomuit ſub Mancino Conſ. & Scipione Æmiliano. Bellus, rex Armeniæ; qui, cum impetum in Græciam feciſſet, & Pythii Apollinis templum incendiſſet, tempeſtate & frigore exercitum amiſit. Polycrates, rex Cappadociæ: qui ſomniavit Solem & Lunam uri: qui à præfecto Darii regis occiſus eſt. Epaminon, ejus filius, rex: qui Thebas Græcorum pugnando vicit. Periander rex, qui Corinthi regnavit; omnia terrâ & mari Romanus ſubjugavit. Timoleon, qui Corinthi fratrem ſuum regnantem interfecit. Idem & Dionyſium, Siciliæ regem, expulit, neque

Digitized by Google

que ipſe ab offerentibus regnum accepit, ſed arcem quoque demolitus eſt. Hic, cum convitia mala audiret, ait Totâ vita meaid egi, ut omnes liberi eſſemus.

Reges Aſiæ & Pergami.

EUmenes Carduenus, Philippi Alexandri armiger bellicoſiſſimus, ſed parum proſpera fortuna uſus, adeò tamen terribilis, ut, vivente eo, nemo auſus ſit Rex appellari. Antiochus jam ſcriptus eſt. Eumenes alius, qui Romanos Macedonico bello juvit cum milite ſuo. Attalus, qui pro Romanis ſæpè pugnavit. Nam teſtamento ſuo populum Romanum hæredem fecit.

Reges Ponti & Bithyniæ.

PHarnaces, Rex Bithyniæ, filius Mithridatis; qui bello civili, quod in Pharſalica geſtum eſt, milite patris ſui Syriam invaſit, & adventu Cæſaris, antequam in congreſſum ejus veniret, ipſo terrore nominis ſui victus refugit in Pontum. Pruſias Rex, amicus populi Romani; ad quem Annibal victo Antiocho confugit, &, cum à rege expoſceretur per legatos, veneno ſe liberavit. Nicomedes, ſocius & amicus populi Romani: in cujus amicitia prima ætate Cæſar fuit. Qui moriens teſtamento & ipſe Pop. Rom. hæredem dimiſit.

Reges Alexandriæ.

POſt mortem Alexandri Macedonis regnaverunt Alexandriæ Ægyptum octo Ptolomæi nomine, multi clariſſimi viri. Ptolomæus Evergetes: qui Alexandrum apud Ozydacras objecto clipeo protexit. Ptolomæus, filius Philadelphi, literatiſſimus: qui plurimos libros Græcos ſcripſit. Ptolomæus Soter: qui ingenti claſſe Rhodios vicit. Ptolomæus Tryphon; qui ſeditioſos in theatro ſagittis occîdit, alios flammis dedit. Hujus filius Cydris pro Romanis multa bella geſſit, adverſus Garamantas & Indos. Ptolomæus, Pupillus dictus: qui Pompejum tutorem à Senatu accepit, donec pubeſceret, & poſteà civili bello Pontino interfectus eſt.

Duces & Reges Carthaginienſium.

HAnno & Mago, qui Punico bello Cornelium Conſ. apud Liparas ceperunt. Hamilcar, qui Boccor cognominatus eſt, primo Punico bello magnam partem Hiſpaniæ ſub imperium Carthaginienſium redegit, relictis filiis quatuor, Aſdrubale, Annibale, Hamilcare, & Magone. Aſdrubal, frater Annibalis; qui ſecundo Punico bello, cum ingentibus copiis ab Hiſpaniâ veniens, antequam ſe fratri conjungeret, à Claudio Nerone exſpoliatus eſt.

Reges Numidiæ.

SYphax: quem Scipio Africanus victum in triumphum traxit, regnoque ejus impoſuit Maſiniſſam. Maſiniſſa Rex: qui Scipionem adverſus Carthaginem & Syphacem equitatu adjuvit. Ab eo, inter præmia commilitii, Numidiæ regno donatus eſt. Jugurtha: qui ſcriptus eſt.

Reges Mauritaniæ.

JUba Rex; qui Curionem legatum Cæſaris oppreſſit: mox, occiſo Pompejo, Catonis & Scipionis partes firmare conatus, cum ſe in regiam recepiſſet, poſt magnificam cœnam interficiendum ſe dedit. Juba, rex literatiſſimus; qui Cæſaris Auguſti juſſu regnavit: & magnificentiſſimam urbem Cæſaream condidit.

Qui adverſus Pop. Rom. arma ſumſerunt.

TAtius, Rex Sabinorum: qui, occupatâ arce Tarpejâ, in ipſo foro cum Romulo decertavit, & interventu Sabinarum pacem cum Romulo fixit. Metius Suffetius, Rex Albanorum: qui contra fœdus, à Fidenatibus deſtitutus, & juſſu Tulli Hoſtilii deligatus ad currum, & in adverſa actis equis, laceratus eſt. Porſenna, rex Etruſcorum: qui Romanos ad Janiculum obſedit, propterque Tarquinios. Tiridates, qui Corbulone Conſulari viro victus & reſtitutus eſt.

Bella

Digitized by Google

Bella civilia quot.

CIvilia bella quatuor mota ſunt in urbe à Romanis. Civile bellum primum Sulpitius Tribunus excitavit, quòd ſubſcriptam provinciam Mithridaticam Sylla in Marium transferre noluiſſet. Secundum bellum Lepidus contra Catulum, ob metum Siciliæ expoliatæ. Tertium bellum Cæſar & Pompejus, Belli ſpecies magis, quam cauſa fuit, negatus à Senatu Cæſari conſulatus. Cæterum utriuſque æmulatio & cupiditas imperii occupandi. Nam, cùm ſecundum mores legemque majorum dimiſſo exercitu venire in urbem Cæſar deberet, & docere Senatum de rebus à ſe geſtis, atque ita triumphum conſequi: ſimulans, ſe gratiam timere Pompeji, negavit ſe miſſurum exercitum, niſi conſularibus comitiis ratio abſentis ſui poſita fuiſſet. Quamobrem hoſtis à Senatu judicatus, ſtatuit id bello vindicare. Ac ſic non conſulatum modò ac triumphum, ſed totum Populi Romani imperium redegit in ſuam poteſtatem. Quartum bellum Cæſar Auguſtus adversùs complures duces: contra Pompejum juvenem bona paterna repetentem: mox adverſus Caſſium & Brutum in ultionem interempti patris: deinceps adverſus Antonium & Cleopatram ultrò bellum patriæ inferentes.

Quot genera bellorum.

BEllorum genera ſunt tria. Gentile: quod cum externis geritur: ut Romani cum Latinis, Athenienſes cum Lacedæmoniis. Servile, quod Romani adverſus fugitivos geſſerunt, & contra duces eorum, Spartacum, Crixum, & Oenomaum. Civile, quo inter ſe certant, ſicut Marius & Sylla, Cæſar & Pompejus, Auguſtus & Antonius.

Ordo Belli Mariani.

INexplebilis honoris Marii cupiditas, decretam Syllæ Ponticam provinciam voluit eripere per rogationem Sulpicii tribuni plebis. Sylla indignatus continuò ad exercitum

citum perrexit, & eum urbi admovit; & in patriam ingreſſus, Capitolium occupavit. Quo terrore victus Senatus, Mario totique factioni ejus interdixit. Profecto deinde in Aſiam Syllâ, Marius exul cùm profugiſſet, ac primum Minturnis in palude latuiſſet, tum conjectus in carcerem evaſiſſet, interim Cinna & Octavius in urbe eſſent; ob hoc, occaſione datâ, Marius redit, & ſe cum Cinna adjunxit, victis Octavianis partibus. Septies conſul creatus, ſæviſſimis cædibus totam urbem funeſtavit. Sylla interim victo Mithridate in urbem reverſus, prope totam Italiam in armis invenit, ſub juvene Mario, Marii filio: ſed omnes ejus copias partim in Etruria ad Sacriportum, partim ad Collinam portam proſtravit, & reliquias adverſariorum eorum, qui ſe dediderant, in villa publica trucidavit. Qui diffugerant, in tabula proſcripſit, jure permiſſo, ut interficerentur.

Ordo Belli inter Cæſarem & Pompejum.

CÆſar, & Pompejus, & Craſſus, initâ ſocietate, imperium Romanorum poſſidebant. Cæſar Gallicos, Craſſus Syriacos exercitus habebat. Pompejus, horum viribus fretus, in Senatu dominabatur. Poſt Craſſi mortem apud Parthos Muſius Barbarus Aſculanus, Quintus Lutatius Catulus.

De Bello Macedonico.

POpulus Romanus cum Macedonibus bellum ter geſſit. Sub Flaminio Conſule regem eorum Philippum vicit. Sub Paulo Perſen Philippi filium. Sub Metello Macedonico Pſeudophilippum. Prima belli cauſa, quòd de injuriis Macedonum Græci querebantur. Secundi, quòd fœdus cum patre ſuo percuſſum ruperit Perſes. Tertii, quòd falſo nomen regum Macedonum Pſeudophilippus invaſit.

De variis Cladibus Populi Romani.

ETruſco bello: cùm Porſenna Rex Janiculum obſedit. Gallico bello: cùm Galli Senones, exercitu apud Alliam deleto, urbe incensâ, Capitolium obſederunt. Tarentino

Digitized by Google

rino bello : cùm Pyrrhus ad viceſimum lapidem totam Campaniam populatus acceſſerat. Punico bello : cùm Annibal, Cannenſi exercitu fuſo, ad tertium lapidem caſtra poſuit. Cimbrico bello : cum Cimbri Tarentinas Alpes occupaverunt. Servili bello : cum Spartacus, Crixus, & Oenomaus gladiatores, populatâ propè Italiâ, cum ad incendendam urbem pergerent, in Lucaniâ à Craſſo, in Etruriâ à Pompejo Conſule, opprimuntur.

De tribus Punicis bellis.

POpulus Romanus cum Carthaginienſibus dimicavit. Primum Punicum bellum navalibus copiis geſtum eſt. Cauſa motus prætendebatur duplex. Altera, quòd Carthaginienſes Tarentinis adfuiſſent. Altera, quod Mamertini adverſus Pœnos auxilium poſcerent. Cæterum, reverà præmium fuit Siciliæ & Sardiniæ poſſeſſio, fertiliſſimarum inſularum. Appius Claudius bellum in Siculo freto commiſit : Manlius & Regulus in ipſa Africa profligaverunt : Duillius Conſul apud Liparas inſulas : Lutatius Catulus apud Ægates, merſis hoſtium claſſibus, conſummaverunt. Secundum Punicum bellum longè omnium cruentiſſimum fuit. Cauſa, quòd Annibal contra fœdus Saguntum evertiſſet. Prima clades hujus belli apud Liſternum, vulnerato Patre Scipione : quem Publius Scipio, nondum pubes, protexit ac liberavit. Secunda clades apud Trebiam, vulnerato Flacco Conſule. Tertia apud Thraſymenum, vaſtato Flaminii exercitu. Quarta apud Cannas, deletis duobus exercitibus Pauli Conſulis morte, Terentii fugâ Varronis. Poſtea verò quatuor duces Punici belli gloriam ſibi vindicant. Fabius ſive Cunctator : qui imminentem urbis excidio Annibalem morâ fregit. Marcellus : qui primus Annibali apud Nolam reſtitit, & inclinatam ejus aciem pænè ictus cruciavit. Claudius Nero : qui venientem ab Hiſpania Aſdrubalem cum ingentibus copiis, priuſquam ſe Annibali jungeret, excepit, & ingenti prœlio vicit. Tertium Punicum bellum majoris gloriæ, quam operis, fuit. Nam, Manilio Conſule, inchoatum excidium Carthaginis Scipio Æmilianus conſummavit : unà cum Tigrane cum in-

incensa Carthagine totius Africæ urbes in perpetuum repressit, quòd contra fœderis pactionem Carthaginenses reparassent classes, & arma finitimis intulissent.

Usque Imperium Trajani qui victi sunt & per quos, CCIV.

PEr Flaminium Consulem Macedonas vicit sub rege Perse bellantes. Per Scipiones Africanos, Carthaginienses. Per Paulum Consulem, Persen in Syriâ vicit regem Antiochum. Per Scipionem Æmilianum Celtiberos, & Numantiam. Per eundem Scipionem Lusitaniam, & ducem Viriatum. Per Decium Brutum Galliam. Per Mummium Achaïcum, & Corinthum, & Achæos. Per Fulvium Nobiliorem Ætolos & Ambraciam. Per Marium Numidas & Jugurtham. Per eundem Cimbros & Teuthones. Per Syllam Ponticos & Mithridatem. Per Lucullum item eosdem Ponticos & Mithridatem: item Cilicas piratas, & Armenios cum rege Tigrane, & plurimas Asiaticas gentes. Sub hoc enim ad Indicum Oceanum, & Rubrum mare usque pervenit. Per Cajum Cæsarem Gallias & Germanias. Britanniam sub hoc duce non tantum vidit, sed etiam navigavit Oceanum. Per Cæsarem Augustum Dalmatas, Pannonios, Illyricos, Ægyptios, Germanos, Cantabros, totumque orbem perpacavit, exceptis Indis, Parthis, Sarmatis, Scythis, Dacis, quòd eos fortuna Trajani Principis triumphis reservavit.

De Comitiis.

COmitia dicuntur à comitatu & frequentiâ, quod Patres & Classes ad suffragia vocantur, creandorum magistratum vel sacerdotum causa. Comitiorum autem triplex ratio est. Hæc Curiata, hæc Tributa, hæc Centuriata dicuntur, quia hæc per curias & per tribus & per centurias explicantur. Si translatitium sit, & solitum, de quo populus, curiatis transigitur. Si amplius, tributis. Si in summo discrimine est, tum miles ad suffragia vocatur, & Comitia centuriata dicuntur.

De

De Populi Romani diſtributionibus.

ANtiquiſſima Populi Romani diſtributio triplex eſt, quam Romulus fecit; in regem, in Senatum, in populum. Qui populus in tres tribus dividebatur; Tatienſem, Lucerem, Ramnetem. Sequitur Populi Romani diſtributio ſub Servio Tullio rege; qui eum in tribus, claſſes, centurias diviſit. Ab iteratione cenſus, ut optimus & locupletiſſimus quiſque in ſuffragiis, id eſt, in Populo Romano plurimum valeret. Et tertia diviſio eſt in Patronos & clientelas, quâ inferiores ſuperiorum ſe fidei committebant.

De Rebuspublicis.

RErumpublicarum tria genera ſunt; Regium, optimatum, populare. Aut enim ſub regum ſunt poteſtate: ut Seleucia Parthorum. Aut Senatus: ut Maſſilia Gallorum. Aut ſe ipſi regunt, ut Athenienſes ſolebant. Eſt & quartum genus, quod Romani commenti ſunt: ut ex his tribus unum efficerent. Nam & regiam poteſtatem Conſules habent, & plebs habet ſuffragiorum poteſtatem.

FINIS.

IN-

Digitized by Google

Abrupta. 2, 12, 4. *abrupti torrentes.* 4, 12, 6.
Abſcindere. 2, 2, 2. 2, 8, 9.
Abſcondit fortuna Pompejum, 4, 2, 87.
Abſens victus Perſes. 2, 12, 9.
Abſenti negatur conſulatus. 4, 2, 24.
Abundare divitiis. 3, 9, 2. *equitum copiâ.* 4, 2, 47.
Abundantia ſervorum perniciosa. 3, 12, 10.
Accendere facem certaminum. 3, 14, 1. *fax, quæ Druſum cremavit, ſocios in arma accendit.* 3, 18, 4.
Acceſſio belli. 2, 9, 4. *cladis* 3, 1, 16. *provinciæ.* 3, 6, 7.
Acceſſus. 1, 17, 4.
Accipere. Verſtaen, afnemen. 2, 18, 4, 1, 2, 5. *accipere regnum.* 1, 5, 1. *omen.* 4. 12, 14.
Accipere mortem. 4, 2, 70.
Accuſatoriè loqui. 4, 5, 2.
Acerbiſſimum. 3, 10, 15.
Acerrimus juvenis. 4, 4, 1.
Acerrima calliditas. 2, 17, 15.
Acervatim. 1, 7, 1.
Achaja liberata. 2, 7, 15.
Achaïcum bellum. 2, 16, 3.
Acies. 3, 22, 5.
Acies prima. 4, 2, 82.
Aciem committere. 4, 7, 10. *dirigere.* 3, 16, 5.
Aciem ordinaturo, quæ obſervanda? 2, 6, 16.
Acies intentionis. Præfat. 3.
Acilius Glabrio coſ. 2, 8, 10.
Acinaces. 4. 11, 3.
Acrior. 2, 2, 26.
Acrius. 1, 11, 3. 1, 13, 19.
Actum eſt de illo. 1, 18, 8. 2, 6, 50. 3, 3, 4. 3, 5, 5. 4, 1, 5. *nihil Actum eſt.* 2, 6, 49.
Acta Pompeji. 4, 2, 9. *Syllæ reſcindere.* 3, 23, 2.
Acta iniqua non ſemper poſſunt reſcindi, ibid.
Acuit virtutem ratio. 1, 8, 4.
Ad arma. 2. 15, 14. *Ad famam rei.* 3, 9, 4. *Ad id tempus.* 3, 10, 22. *Ad id temporis.* 2, 17, 8. *Ad mare.* 1, 16, 6. *Ad ſimilitudinem.* 1, 2, 3. *Ad ultimum.* 4, 7, 15. *Ad ambitum uſque armari.* 1, 16, 7. *Ad iniqua pondera gladium addere.* 1, 13, 17. *Ad virtutem dolum addere.* 1, 3, 4. 3, 3, 15. *Ad ſonum virgæ expaveſcere.* 1, 26, 3.
Adæquare famam alicujus. 2, 2, 14. *urbem flammis.* Tot den bodem toe verbranden. 3, 10, 23.
Addere dignitatem. 1, 8, 5. *Addere licentiæ ſcelus.* 2, 5, 2. *Virtuti dolum.* 1, 3, 4. 3, 3, 15.
Addicere. 3, 23, 3.
Adeò terribilius. 2, 6, 1.
Adequitare caſtris. 4, 10, 4.
Adeſſe. 2, 2, 8. 3, 5, 6. *Aderat puellæ forma.* 4, 2, 56.
Adgubernare. 2, 8, 1. *iter* 3, 5, 16.
Adherbal Bomilcaris. 3, 6, 19.

Adigere

Adigere gladium. 4,2,46. *Adigere ſacramento.* 3, 1, 13.
Adire hæreditatem. 2, 20, 3.
Admittere hoſtes. 1, 1, 13.
Admodùm prætextatus filius, 2, 6, 10.
Admovere arma. 3,23,3. *ſigna commilitonum.* 1, 24, 3. *uberа.* 1, 1, 3.
Adoleſcentia populi Romani, *Præfat.* 6, 1, 22, 1. *Adoleſcentiæ vires. Præfat.* 6.
Adoptare in locum liberorum. 1, 9, 5. *ſervi in bona libertatis noſtræ adoptantur.* 3, 20, 1.
Adoptati nomen familiæ ſuæ retinent. 2, 20, 5.
Adoptio Auguſti. 4, 4, 1.
Adorata urbs. 2, 6, 46.
Adorta urbs. ibid.
Adortus. 1, 3, 4. 3, 1, 13. 4, 12, 44.
Adremigare. 2, 8, 12. *littori.* 1, 18, 4. *portibus.* 3, 7, 3.
Adrianum mare. 2, 5, 1.
Adriaticum mare. 3, 4, 1. 3, 6, 9. 4, 2, 31.
Adverſari voluntati alicujus. 1, 22, 3.
Adulteratæ reliquiæ. 2, 11, 3, *Adulteratum. ibid.*
Ædes. 1, 7, 9.
Ædes magnificæ irritamenta invidiæ. 1, 9, 4.
Ædificator. 1, 8, 4.
Ædui. 3, 2, 4.
Ætas Ponticus. 3, 5, 1.
Ægates inſulæ. 2, 2. 32.
Æger rerum temerè motarum. 3, 17, 9.
Ægræ Reipublicæ requieſcere quomodocunque expedit. 3, 23, 4.
Ægimurus, 2, 2, 30.
Ægritudo corporis, 4, 7, 10.
Ægyptius triumphus Cæſaris. 4, 2, 88.
Ægyptium mare. 3, 6, 9,
Ægypti cornua. 4, 11, 9. *fugam in Ægyptum agitat Pompejus.* 4, 2, 51. *in Ægypto bellum cum Cæſare.* 4, 2, 53.
Æmilius Inſubres vincit. 2, 4, 3.
Æmilius Paulus coſ. 2, 12, 17.
Æmilius Regillus. 2, 8, 12.
Æmulus Cæſarianæ potentiæ Antonius. 4,3,2. *Æmula Romæ Alba.* 1,3,9. *Æmularum metu ablato, luxuriantur urbes.* 2, 15, 5.
Æmulatio imperii inter Latinos & Romanos. 1, 11, 1. 1, 14, 1.
Æmulatio inter pares. 3, 17, 4. *Æmulatio, metu remoto, erumpit.* 4, 2, 13.
Æneas in Italiam venit. 1, 1, 9.
Æqui. 1, 11, 11.
Æquitatis ſpecies in ſeditionibus tribunitiis. 3, 13, 2.
Æquo Marte contendere. 4, 2, 48.
Æquum & bonum. 1, 22,5. 3, 14, 3.
Ærarium. 3, 9, 5. *reip. nervus*,

vus. 3, 13, 4. ſanctum. 4, 2, 21.
Æs Corinthium. 6, 16, 6.
Æſapus fl. 3, 5, 17.
Æſtimare victoriam modeſtè. 6, 12, 41.
Æſtivæ deliciæ. 1, 11, 7.
Æſtus impatientes Galli. 2, 4, 2. Æſtus Oceani. 3, 10, 5. Æſtus fortunæ. 2, 7, 1. furoris. 4, 2, 64.
Ætas tenera iniuriæ opportuna. 4, 4, 2. Ætas juvenilis favorabilis. 4, 4, 4. Ætas populi Romani prima. Præfat. 5. 1, 81. ſecunda. Præfat. 6. 1, 22, 1. tertia. Præfat. 7. 2, 1, 1. 2, 19, 2. 3, 12, 1. Ætatis diſcrimina in tabulis. 1, 6, 3. Ætate poſſidere. 3, 13, 5.
Æthiops in aciem prodeuntibus obvius ferale ſignum. 4, 7, 7.
Ætnæus ignis. 1, 16, 5.
Ætoli in partibus Pompeji. 4, 2, 5.
Affectare Siciliam. 2, 2, 3.
Affectator imperii populus. 2, 7, 2.
Afficere pudendis fœderibus. 2, 18, 2.
Affectus. 1, 13, 12.
Afflat urbem terror regius. 3, 5, 9.
Affligere humo. 4, 12 5.
Afflicti mores. 3, 12, 7.
Afflictæ res. 2, 6, 31.
Affluunt copiæ. 3, 20, 6.
Afranius dux Italus. 3, 18, 6.
L. Afranius coſ. 4, 2, 8. Pompeji legatus. 4, 2, 26. occiditur. 4, 2, 9.
Africa Romanis cedit. 2, 6, 61. nomini induitur. 1, 11, 9. Africæ captivitas. 2, 6, 8. in Africam fugam agitat Pompejus. 4, 2, 51. in Africam navigatur à Tarento. 1, 18, 3. Africâ contenti debuerant eſſe Romani. 3, 1, 26. in Africâ bellum civile geritur. 4. 2, 6. 30. & 64.
Africanus ille magnus. 2, 15, 12.
Africum mare. 2, 2, 30.
Ager, quem Annibal caſtris inſederat, Romæ venditus. 2, 6, 47. Agrorum diviſio bellum concitat. 4, 5, 1. Agris dividendis creati triumviri. 3, 14, 6. Agros à tribunis flagitat populus. 3, 12, 8. Agris multati hoſtes. 4, 12, 11.
Agere. 1, 2, 1. 2, 5, 1. 4, 12, 10. Agere extorrem. 3, 13, 2. immunem. 1, 23, 2. Agere ducem. 2, 8, 9. poteſtatem. 1, 7, 2. regnum. 1, 6, 2. Agere cenſum. 1, 8, 6. conventum. 4, 12, 31. delectum. 3, 10, 22. triumphum. 2, 2, 9. Agere transverſum. 4, 2, 9. Agere equos. 1, 7, 3. naves remis. 2, 2, 35. Agere funes ſub mari. 4, 2, 32.

Agger effectus ex congestis cadaveribus. 4, 2, 85. *Aggere cinctæ civitates obsessæ.* 4, 2, 28.
Agitare. 4, 12, 46. 1, 5, 4. 1, 16, 7. 2, 12, 2. 3, 1, 3. 4, 5, 2. 4, 6, 2. *agitatus injuriis populus.* 1, 8, 7. *Agitatum sidera bellum.* 3, 21, 3. *Agitare extrema deditionis.* 2, 17, 17. *fugam.* 4, 2, 51. *imperium.* 2, 2, 3. *mœnia.* 1, 1, 5. *secum aliqua.* 4, 7, 8. *secum de extremis.* 4, 2, 83. *Agitare otia, luxus.* 2, 8, 8.
Agmen. 3, 5, 29. 3, 21, 6. 4, 2, 62.
Agrariæ leges. Vide *Leges.*
Agricola triumphalis. 1, 11, 14.
Albanus. 1, 3, 6. Vide *singularis pro plurali.*
Albani Asiæ pop. 3, 5, 21. & 28.
L. Albinius. 1, 13, 12.
Albinovanus. 3, 21, 7.
Alexia urbs. 3. 10, 23.
Algidum urbs. 1, 11, 6.
Aliâ minari, aliâ irrepere. 2, 12, 7.
Alienum bellum. 3, 6, 2.
Aliquando. 4, 2, 6.
Alii ex aliis reges prodeunt. 3, 5, 22. *Alia terra, mutati homines.* 4, 12, 27. *Aliud ex alio captare.* 3, 17, 2.
Allevari. 4, 2, 10.
Allia fl. 1, 13, 7.
Allobroges. 3, 2, 4. *in arma sollicitantur à Catilinianis.* 4, 1, 9.
Alluere. 4, 12, 46.
Alpes claustra Italiæ. 3, 3, 6. *hieme crescunt.* 3, 10, 22. *transcenduntur ab Annibale.* 2, 6, 9. *à Romanis.* 3, 2, 3.
Alpes Noricæ. 3, 3, 18. 4, 12, 4.
Alpium altitudo. 2, 6, 9.
Alpinorum corporum vitia. 2, 4, 2.
Alter. 1, 9, 3.
Alera patria. 2, 6, 42. *Roma.* 3, 5, 15.
Altus animus. 4, 12, 47. *Altum.* 3, 8, 4. 4, 11, 8.
Alumna urbis ostia. 3, 21, 12.
Ambitus. 4, 9, 2. 4, 11, 1. *Ambitus ducum in retinendis imperiis.* 4, 2, 43. *Ambitus honorum.* 3, 12, 11. *Ambitus rei.* 3, 17, 5. *usque ad Ambitum armati Samnites.* 1, 16, 7.
Ambracius sinus. 4, 11, 4.
Amicitia. 4, 10, 1.
Amicti vitibus montes. 1, 16, 5.
Amissa quasi rapta remittimus. 3, 5, 13.
Ἀμυησία. 4, 7, 3.
Amœnitate Asiaticâ mollita Gallorum feritas. 2, 11, 5.
Amor immaturus. 1, 3, 5.
Amplius bellum. 2, 7, 3. *nefas.* 4, 1, 4.
Amplè sonare. 4, 2, 65. *Amplius*

plùs audere, quam congredi. 1, 14, 1. *Amplùs ſuſpicari aliquem, quam ſit.* 1, 18, 8. *Amplexus amicorum.* 4, 2, 71. *Amputare ſarcinas.* 2, 18, 10. *Amulius.* 1, 1, 4. *Anceps acies.* 3, 22, 5. *bellum.* 4, 2, 26. *contentio.* 1, 3, 4. *prælium.* 4, 2, 78. *Ancilia.* 1, 2, 3. *Ancus Marcius.* 1, 4, 1. *Andriſcus.* 2, 14, 3. *Anguis Lernæus.* 1, 18, 19. *Angues obtrito capite, poſtremùm caudâ minantur.* 3, 5, 24. *Angulus Bruttius.* 3, 20, 13. *Italiæ ultimus.* 2, 6, 51. *Anicius prætor.* 2, 13, 1. *Anima imperii imperator.* 4, 3, 6. *Animæ immortalitas.* 4, 2, 71. *Animâ amiſſâ, corpore locum tegere.* 4, 1, 12. *Animadvertere.* 4, 1, 10. *in aliquem.* 3, 21, 23. *Animalia quædam aquam & terram incolunt.* 3, 6, 6. *Animoſior cladibus Samnitium gens.* 1, 16, 7. *Animus Mithridatis malis auctus.* 3, 5, 20. *Animo præſagire aliquid.* 4, 1, 3. *Animi ferarum Inſubribus.* 2, 4, 1. *Animus.* 2, 17, 3. *Animum perdere.* 4, 7, 14. *Tantum animorum.* 3, 16, 1. *Animos tollere.* 1, 3, 7. 1, 11, 1. *Animos erigere.* 1, 9, 3. *Animis ingentibus efferri.* 3, 5, 5. *Annales.* 1, 10, 3. 1, 12, 11. *Annibalis iter per Alpes.* 2, 6, 9. *Annibal vincitur ab Æmilio.* 2, 8, 12. *à Scipione.* 2, 6, 61. *fœdus cum Philippo percutit.* 2, 7, 4. *Romanis hoſtem toto orbe quærit.* 2, 8, 5. *cum iis* 17. *annis bellavit.* 3, 5, 2. *minùs vaſtavit Italiam quam ſocii.* 3, 18, 11. 3, 21, 21. *non videtur optaſſe quod Catilina.* 4, 1, 1. *Annitente reginâ.* 1, 6, 2. *Annixus ex ſummo ſtudio.* 1, 9, 4. *omni modo.* 1, 18, 15. *Anniverſarii Romanorum hoſtes Vejentes.* 2, 12, 1. *Annonæ pignora.* 4, 2, 22. *Anni bellorum Annibalis, Pyrrhi, Mithridatis.* 3, 5, 2. *Annus à Numâ in menſes deſcriptus.* 3, 12, 2. *Anni ſancti, pii, aurei.* 3, 12, 2. *per Annos ducentos in Hiſpania dimicatur.* 2, 17, 5. *Annis* 50. *cum Samnitibus bellatum.* 1, 16, 8. *Annis* 200. *Africa, Europa, &c. à Rom. ſubactæ.* 2, 8, 2. *Annua cœli converſio.* 4, 3, 8. *Annua ſucceſſio.* 1, 9, 2. *Annuli.* 1, 5, 5. *ſenatorum,* 2, 6, 24. *Annulorum modii duo Carthaginem miſſi.* 2, 6, 18. *Annulos in mare abjicit Sex. Pompejus.* 4, 8, 5. *Anſer Capitolium ſervat.* 1, 13, 15.

13, 15.
Ante ducis imperium signa canunt. 4, 2, 66. *Antè finitum bellum, quam geri nunciaretur.* 2, 13, 2. *Antè in mediâ Galliâ fuit Cæsar, quam ab ultimâ timeretur.* 3, 10, 22. *Antè victus hostis, quam visus.* 4, 2, 63.
Antecellere. 1, 13, 12.
in Anteccssum prædam dividere. 4, 12, 24. *sibi parentare.* 3, 21, 20.
Antidotis corpus munire. 3, 5, 26.
Antiochus Magnus. 2, 8.
Antonius Pompeji legatus. 3, 7, 6.
C. Antonius cos. cum Cicerone. 4, 1, 5.
M. Antonius insignia regni offert Cæsari. 4, 2, 91. *fax & turbo sæculi.* 4, 3, 2. *gravis reip.* 4, 6, 1. *avunculum proscribit.* 4, 6, 4. *scopulus securitatis publicæ.* 4, 9, 1. *bello Mutinensi vincitur.* 4, 4. *proficiscitur contra Cassium & Brutum.* 4, 7, 5. *vincitur à Parthis.* 4, 10. *ab Augusto.* 4, 11. *semet interficit.* 4, 11, 9. *Antonii metus & ignavia.* 4, 7, 10. *ingenium pessimum.* 4, 5, 2.
Apenninus mons. 3, 10, 10.
Aperire Europam. 3, 5, 8. *Italiam.* 2, 6, 4. *Aperire iter ad victoriam.* 1, 14, 4. *quâ maris nostri limen aperitur.* 3, 6, 9.
Apes in signis malum omen. 2, 6, 14. 4, 2, 45.
Apollo Cumanus. 2, 8, 3. *Pythius.* 1, 12, 10.
Appius Vide *Claudius.*
Applicare. 4, 2, 51.
Approbare. 1, 18, 16. *Approbare causam belli.* 2, 11, 2.
Appulejana seditio. 3, 16, 1. *ejus origo.* 3, 12, 8.
Apulejus Saturninus. 3, 16, 1.
Aquâ & igni interdicere. 3, 16, 2.
Aquæ Sextiæ. 3, 3, 7.
Aquila servata à signifero intra baltei latebras. 4, 12, 38. *Aquilam in castra refert Augustus.* 4, 4, 5. *Aquilæ prodire nolentes.* 2, 6, 14. *Aquilæ Romanæ captæ à Parthis.* 3, 11. *remittuntur.* 4, 12, 63. *duæ penes Germanos.* 4, 12, 38.
Aquila. 2, 6, 14.
Aquilius reliquias Asiatici belli conficit. 2, 20, 7.
Manius Aquilius servos vincit. 3, 19, 11.
Aquitani. 3, 10, 6.
ad Aram juratum. 2, 6, 2.
Aras amplecti inter necem. 3, 21, 21.
Arabes in classe Cleopatræ. 4, 11, 7.
ab Aratro dictator. 1, 11, 12.
Araxis fl. 4, 10, 2.
Arbiter inter reges Judæos Pom.

Pompejus. 4, 5, 3[illegible]. *regum & gentium pop. Romanus.* 3, 18, 7.
ad Arbitrium hostium mori, fortibus viris miserrimum. 4, 8, 4.
Arcanum gentis Judaicæ. 3, 5, 3.
Arcessere. 3, 15, 2.
Archimedes. 2, 6, 33.
Arctæ res. 2, 6, 31.
Arcus Persici. 2, 8, 17.
Ardentes oculi. 1, 16, 12. *ardentibus focis manum injicit Scævola.* 1, 10, 5. *Ardentissimus dux.* 4, 2, 42. *quid Romulo ardentius?* 1, 8, 2.
Ardere cupiditate auri. 3, 11, 11. *Ardet mare ventis.* 4, 2, 37. *novis motibus Asia.* 3, 5, 22.
Ardor pugnantium. 4, 2, 80.
Ardores. 4, 10, 9.
Arena. 4, 7, 6. Vide *Harena.*
Arethusæ fons. 2, 6, 34.
Argentariæ tabernæ. 2, 6, 48.
Argentea arma Samnitum. 1, 16, 7. *hasta Salondici.* 2, 17, 14. *Argenteum carpentum Bituiti.* 3, 2, 5.
Argentum Antonii dolabris concisum. 4, 10, 10. *Arg. in usum armorum pro ferro conflatum.* 2, 15, 10. *Argenti* 10. *pondo pro luxuriâ habita.* 1, 18, 22. *Argento fulgentes elephanti.* 2, 8, 16.
Argumentum pacis, clausus Janus. 1, 2, 2.
Ariobarzanes Cappadox. 3, 5, 12. *in partibus Pompeji.* 4, 2, 5.
Ariovistus Germanus. 3, 10, 11.
Aristonicus Pergamenus. 2, 2[illegible], 4.
Arma adempta victis. Vide *Ferrum victis ablatum. Arma argentea & aurea in usu, & quare.* 1, 16, 7. *Arma cremata à dominis.* 2, 18, 17. *à victoribus.* 4, 12, 9. *data in profluentes. Ibid. detracta templis.* 2, 9, 23. *discolaria.* 3, 2, 5. *promissa Vulcano.* 2, 4, 5. *Romana peregrinantur.* 4, 1, 1. *Roman sacrosancta violantur ab Aquilio.* 2, 20, 7. *rubiginem ac situm sentiunt.* 2, 3, 2. *Armorum manubiæ.* 2, 18, 6. *Armorum præmia armis defendere.* 4, 2, 17. *Arma circumferre.* Præfat. 2. *toto orbe.* 3, 12, 1. *corripere.* 1, 9, 6. 1, 10, 1. 4, 12, 32. *deponere.* 2, 18, 4. *Armis assuescere.* 4, 12, 17. *incitatissimum tempus.* Præfat. 6. *Injuriam vindicare.* 1, 22, 3. *multare victos.* 4, 12, 11. *Armis petere, quod negatum precibus.* 3, 3, 3. *urgere.* 1, 10, 2.
Arma. 3, 12, 9. 3, 21, 3. 4, 9, 73.

Armamenta navium. 4, 2, 76.
Armavit cupido dominandi Cæſ. & Pomp. furialibus in exitium reip. facibus. 3, 12, 13. *fortuna pop. Romanum.* 4, 2, 1. *Sex. Pompejus ergaſtula.* 4, 8, 1. *Sertorius Hiſpaniam armavit.* 3, 22, 3.
Armatura levis. 4, 2, 49.
Armenia æſtuoſa. 4, 10, 9. *recipitur à C. Cæſare.* 4, 12, 42.
Armeniæ utraque. 3, 5, 21.
Armenii triumphi. 4, 2, 8.
Arripere in occaſionem. 4, 2, 84.
Ars bellandi. 1, 3, 2. *Cilicum.* 4, 2, 32. *ducis.* 4, 10, 2. *Artem facere.* 3, 12, 10. *Artes.* 1, 6, 2. 1, 6, 3. 4, 4, 2. *Artibus ſuis hoſtem aggredi.* 3, 1, 10.
Artaxata caput Armeniæ. 3, 5, 27.
Artus humani diſſidentes. 1, 23, 2.
Arverni. 3, 2, 4. 3, 10, 20.
Aruns Tarquinius. 1, 10, 8.
Aruſini campi. 1, 18, 11.
Arx. 1, 26, 8. 3, 16, 6. *Arx Capitolii.* 3, 21, 7. *Capitolini montis.* 1, 13, 13. *Præneſtina.* 1, 18, 24. *Arx Ciliciæ Iſaurus.* 3, 6, 5. *Arx & ſpecula Africæ Clypea.* 2, 2, 19.
Arces tres Syracuſis. 2, 6, 34.
Aſcendit bellum montes. 4, 12, 4. & 49.
Aſculum duplex. 1, 18, 9. *evertitur.* 3, 18, 4.
Aſdrubal Carthaginienſium dux ultimus. 2, 15, 16.
Aſdrubal frater Annibalis. 2, 6, 49. *vincitur à Scipionibus.* 2, 17, 6.
Aſia à Pompejo perdomita. 3, 5, 31. 3, 10, 1. *provincia Craſſi.* 4, 2, 12.
Aſiatici amœnitas. 2, 11, 4. *hæreditas Attali regis.* 3, 12, 3. *Romanos corrumpit.* 3, 12, 7. *Aſiaticum mare.* 3, 6, 50.
Aſinius Pollio. 4, 12, 11.
